


Śląska Biblioteka Publiczna

01000

31736

I

F.



60-

MENTARII IN UNIVERSAM
Physicam Aristotelis libri qua-
tuor, denuo summa diligentia
uariorum exemplarum
collatione recogniti
& illustrati.

QVIBVS ACCESSIT CERTO
consilio D. I. cobi Schegkij Schorndorf
fenſi de principatu Animæ Dialogus,
nunquam antehac excusus.

Cum locupletissimo uerborum & rerum in utroq;
opere notatu dignarum Indice.

ELABORATA TUBINGAE
ab Ulricho Morhardo Anna
M. D. XLII.



2983
32

31735



I
Lamia Σεπτεμβρίου
1883

Βίβλος ὀνύμοσορ συγκατέμαρτφε λίκη
τόλμοντο γε προσκαταθεῖς καὶ τοι μάλα πολλὰ λεγόνταις
πάντα τὰ τῆς φύσεως μέλλεντα λιπάντι
πολλὰ δὲ τῶν ἄλλων ἔσωτος αὐτὸν ματατεχνών
ἐνδοκίμως ἡμῖν ἥθελεν ἐκτελέσαι
αλλὰ τὰ σφέντη πονέονθ' ἡμῖν φθονέόσαι καθεῖλε
ιαρπαλίμως ὅλοις μοῖρά εφιέσαι νόσοι
τῷ οὐρανῷ ἐπειτα τελετάνειν πατέσαι τοις λέλαψται
ἡμιτελής, αὐτὸν τετυχόντα πλέον
τῆς νεατῆς αὐτῷ προσχατέοντα χερός
αλλὰ φιλοσάρδοις μήδ' ὁδὸντειλεσά πορτρέμπης
ἔσεται γάτ' αδανή γάτ' ἀνονήτα ποτε
τινᾶς γε μάλιστα, χερός τοῦτον λελαχόντα πελάργυς
πολλὰ κατόρθωσης πολλὰ δὲ προσθεμένης.



St 582

REVEREN

DO IN CHRISTO PA=

TRI ET DOMINO VLRICO

Abbati Alpersbachensi &c. Sebal-

dus Hauuenreuterus Noricus

S. P. D.



V M D E C R E V I S S E T T Y-

pographus noster , Homo bonus
atq; industrius , excudere Cōmen-
tarium Physices doctissimi quon-
dam & optimi uiri IOANNIS

Velcurionis , Reuerende pater , à me flagitauit,
ut sibie a in re adiumento essem . Quod ex si multis
nominibus difficile mihi fuit & graue : Nam inter
plurima alia quæ me ab hoc labore suscipiendo de-
terrebant , uel hoc præcipuum erat , quod recorda-
bar , ipsum Autorem , dum superstes adhuc esset , nul-
lis precibus eò perduci potuisse , ut edi has suas lucu-
brationes pateretur , propter nullam aliam causam
quam quia non essent ab ipso diligentius recognitæ
atque emendatae . Videbatur igitur illiberale , alie-
nam rem in uito domino publicando quasi attrecta-
re : Tamen cum instandi & urgendi nullum finem
faceret Chalcographus , crebroq; obijceret utili-
tatem quæ ad omnes studiosos inde posset redire ,

A 2 cui

cui iuuande & pro uiribus augende cum mihi per-
suaserim omnes meos conatus debere noctes diesq;
esse paratos, passus sum tandem uincere me preces
illius. Quia enim defuncto iam Autore, nulla alia
ratione tam utilis libellus in studiosorū manus per-
uenturus esse uidebatur, quo tamen maximo suo in-
commodo essent carituri, potius publici omnium
studiosorum commodi, quam priuati Autoris iudi-
cij habendam rationem duxi. Ac mouit me lauda-
tiſimi principis Augusti Cæſaris exemplum, qui
doctiſimi Poëtæ Virgilij poemata, que ille crema-
re testamento iuferat, conseruanda putauit. Plus
referre arbitratus, extare memoriam sempiternam
Romani imperij originis tanto Poëta descriptæ,
quam supremæ uoluntatis religionem publicam eti-
am legibus sacrosanctam, non uiolare. Ait enim.

Frangatur potius legum ueneranda potestas,

Quam tot congestos noctesq; diesq; labores
Hauserit una dies &c.

Nos similiter maluimus à uoluntate Autoris disce-
dere, quam tanto bono studiosos fraudare. Collatis
itaque quotquot habere potuimus exemplaribus,
scripta illa, & bonitate & utilitate præstantia, ut,
quam fieri potuit, emendatissime in lucem prodi-
rent, curauimus. Tibi uero R. P. potiſſimum dedi-
care hanc alieni operis editionem uolui: quia excel-
lens tua bonarum artium doctrina, & singularis
optimorum

P R A E F A T I O.

Autoris.

LONGA quidem prefatione, qua affectate cōmendem physicæ opus minime me nūc uti debere certis de causis existimo. Nam si uerū est quod uulgo dicitur: Probæ merci emptorem facile reperi¹ri, si etiam solide bona nō ualde indigent aliena & accurata cōmendatione, ad probos ac doctos præcipue, quid attinet tempus hic diutius & operam tenuere preconijs ociosis. Etenim uel mediocriter peri-¹tes phys-
ti facilime sentiunt, quam sit Physicæ scientiæ neceſ-
sarius usus, non tantum ad Medicam professionem,²
ut perperam nonnulli putant, sed etiā ad intelligen-
da Poëtarum, Philosopherum, atq; aliorum eius ge-
neris autorum scripta, qualia sine aliquanta rerum
naturalium scientia non ab ullo percipientur, quan-³
tumlibet in alijs erudito. Quin & quod attinet ad
Theologiam solidiorem, quid quoſo efficiet aliquis
in D. Augustini, Ambrosij, Basilij, & similiū ueter-
rum Theologorū lectione, qui non probe degustarit
& imbibiter naturæ fontes, ut amoenissimos ita &⁴
saluberrimos. Et nemo sanus tam est sacre scriptu-
ræ negligens & imperitus, ut arbitror, qui nūdideat
in ipsis quoq; Biblijs sacris plurima esse, que nature
cognitionem plane desiderent, si modo quis ea certo
cognoscere & intelligere uelit. Vbi enim diſputatio-
nes incident de fato, de rerum, causarum, effectu-
um &

umq; necessitate & cōsequentia, de libero arbitrio,
de fortuna, de anima & natura, uiribusq; hominis,
isti physices imperiti magis sunt muti quā pisces &
rane seriphiae, à qua taliū rerū noticia omnino est
petenda, Taceo interim quomodo ex creaturis et ef-
fectis naturae, ad aliquantam creatoris Deicogniti-
onē perueniamus, ut Psalmista səpiissime testatur.
ubi beneficentiam & sollicitam Dei curam seduli-
tatemq; in rebus naturalibus describit, sicut & alij
Prophetæ haud raro faciunt, etenim ut sacræ literæ
plurima sumunt ex politica scientia permittentes
illisua præcepta & iura, qualia certe sine philoso-
phia morali per omnia nequeunt intelligi. Ita quoq;
ex Physicis plurima illæ mutuantur, nemini asse-
quenda, præterquam ei, qui teneat scientiam Physi-
cam, & in ea sit mediocriter peritus. Quæ ergo est
ista socordia uel potius uesania & imprudētia, nol-
le discere & pernoscere Physica, que non tantū iu-
cunda & utilia, uerum adeo necessaria sunt, ad Me-
dicinam, ad Mathemata, ad literas humaniores, de-
niq; ad Theologiam quoq; solidam. Quin & Iure-
periti, qui maxime se à Physica immunes esse opinā-
tur & alienos, tamen ex hac scientia multa accipi-
unt, usuq; sibi uendicāt, ubi de principijs cognitionis
& actionū, hoc est de legibus naturae, de iure natu-
rali, de hominis cōmuni iudicio, de causis effectisq;
rerum politicarum səpiissime disputant, præsertim
recentiores

recentiores, qui cum in scholis docendo, tum agendo
in foro se exercuere, ad quorum libros, & testimonia ego hic prouoco. Verum hæc mediocriter
eruditis iuuenibus dixisse satis est, qui uel sua indu-
stria uident me sibi non facere fucum, neque inanem
obtendere speciem, sed ueros colores exhibere, at-
que uera adeo dicere. At imperitis nihil potest satis
facere, quia nullius ne minimæ quidem artis usum ui-
dere potest ullus, nisi præceptis, & experientia de-
niq; adiutus, qua carent imperiti. Sicut enim ab ar- Simile.
bore nemo suauem, & mitem decerpit fructum, nisi
hic Solis, & temporis beneficio maturuerit. Ita nul-
lius artis usum, & fructum quisquam degustat, nisi
eius animus discendo exercendoq; emollitus maturu-
erit, & per experientiā sue artis materiam subege-
rit atq; decoixerit. Quare nemini sit mirū si plerisq;
hec dicta erunt nō satis credibilia, uel suspicantibus
sibi imposturam fieri, uel nondū eò prouectis, ut ta-
lia intelligant. Veruntamen hæc præfari libuit sim-
plicissime, ut admonerem tantū aliquos, ne hanc no-
stram operam, & Physicæ scientiam iudicarent su-
peruacuam, nec satis utilem esse, nam ferè non dam= Hostes bo-
nantur artes, nisi uel ab Imperitis, uel à fastidiosis, narum ar-
qui nescio quo malo affectu oderunt eas priusquam tium qui
pernoverint, aut parū grati, & impij quoq; sunt in sint
eas artes, quibus adhiberi debebant, & addici, adeo
uerè dicitur, quod scientia non habet inimicum nisi
ignorantem

Pollicita= ignorantem. Cæterum de mea diligentia & fide in
tio Autor. hoc Commentario physico pro meo iuuenumq; ca=
ptu ac viribus, ad prescriptam normam Aristote.
& peripateticorum absoluendo, cum bona fortuna
& propicia Dei uoluntate, non est quod plus polli=
cear aut promittam, quam medare uelle summam
operam, & conari manibus animoq; per omnia, ut
huius auditionis neminem studiosum & sedulum
iure paeniteat, quod si ab omnibus non impetrave=
ro, tamen in hoc instituto sic pergam, ut, con=
scius mee bone uoluntatis & diligen=
tiæ, me hic culpa reprehensio=
neq; iusta uacare
gaudeam.

COMMENTARII IN PHYSICAM

ARISTOTELIS LIB. PRI-
mus partitio & index.



ENE QVIDEM ET COM-
mode faciunt illi, qui in primo adi-
tus scientie Physicæ inquirunt par-
tes & officia Philosophiae totius,
& quatenus huic subiecta sit Phy-
sica: Verū cum ista deberent pueris quoq; esse nota,
breuiter tantum attingam, ut studiofis iuuenibus
iustam materiam plura cogitandi meditandiq; præ-
beam. Et quidem recta uia incipiam à Philosophiae
definitione, ne longis ambagibus lectorem in operis
exordio detineam.

PHILOSOPHIA est sapientie studium, & Philoso-
diuinarum humanarumq; rerum notitia, Item cau- phia quid-
sarum & effectuum atq; uerborum, quibus hæ res
continentur & explicantur scientia, quatenus hu-
mana ratio potest assequi. Hæc definitio aperte col-
ligitur ex uerbis Ciceronis in principio 2. offi. & in
principio quinti Tuscula. Quæstio. cui non im-
morabor explicandæ, cum satis superq; incom-
mentario. 2. capititis Episto. ad Collos. exposita sit.
Ceterum magno consensu & autoritate doctissi-
morū, præcipue Plato. & Ciceronis in principio 4.

COMMENT. PHYS.

Philoso= de finibus Philosophiae tres species numerantur.
phiæspe= RATIONALIS uerborum & orationis cogni-
ciestres. tio, partes habens Grammaticam, Dialecticam &
Rationa= Rhetoricam. NATURALIS rerum naturali-
lis eiusq; um & accidentium secundum naturam scientia,
partes. habens tres partes, Mathematicam, sub qua sunt
Naturalis Arithmeticæ, Musica, Geometria, & Astronomia,
eiusq; par Physicam (quæ & Physiologia uocatur) quam in-
tes. fræod. cap. i. definiā, & Metaphysicam. MORA
Moralis. LIS, Ciuilium morum priuatim, & publice notitia
Quarta & experientia. Quod uero quartā speciem philo-
species phi phiæ adiungūt quidam Mechanicam, & eam in ra-
lo sophie à rationalem & Manuariā, & rursus hanc Manuari-
quibusdā am in liberalem & questuariā uel sordidam secant,
addita. non est nostri instituti uerbose exponere: Partim
Quare o- quia facile patet Mechanicam illam, quam uocant
mittat logicam. i. rationalem, ex Mathematicæ & Physi-
quartam ce preceptis ac obseruatione cōstare, Chirurgicen-
speciem. uero. i. Manuariam agilitate manuum atq; corpo-
ris habitu, robore, fatigacioneq; exerceri: Partim
quia mihi non uidetur commodum, neq; literarum
studiosis honorificum, istos manuarios artifices illi-
teratos nomine philosophorum & literatorum ho-
nestari sine ullo discrimine. Vide tamen de his phi-
losophiae partibus apud Policianum in Panepistē-
mo Declamatione, qua nomenclaturam facit pa-
Cōmerida= tum philosophiae & Mechanics. Et quidem hæc
lio philos. philosophia cum suis formis & membris, hoc est cū
artibus

estibus liberalibus reuera donum Dei est pulcher-
rimum, datum hominibus ad illuminandas mentes
alioqui sine literis caliginosas, rerum optimarum
scientia & experientia, Quam Lucretius in 5. ma-
gnifice quidem, at uere celebrat, dicens.

Nam si ceu ipsa petit maiestas cognit a rerum,
Dicendum est, Deus ille fuit Deus, inclyte Memmi,
Qui princeps, uitae rationem inuenit eam, que,
Nunc appellatur sapientia, quiq; per artem.
Fluctibus et antis uitam, tantisq; tenebris,
Intam tranquillo, et tam claraluce locauit.

Sed omisso eucomio de sola Physica speciatim dice= Partitio-
mus, in hac epitome deinceps uel cōmentario quem huius cō-
quidem in quatuor lib. partior. Primus continet mentarij-
principia rerum naturalium, que communia uo= Argu. pri-
cantur, & item que isti principijs causisq; affixa milibri.
sunt, qualia Aristot. in octavo libro, de auditione Ratio in-
Physicatradit, quod opus istorum quidam putat in= scriptionis
scribi ideo de auditione physica, quod ista magis au= octo libro
ditu & studio cōtemplationeq; audientis quam sen= Phys. Ari.
supercipiantur, uel experientia magna ex parte. Argu. se= Secundus liber de mundo & eius partibus, de Ele= cundi lib.
mentis & qualitatibus primis, & secundis, de com= positione corporum, & rerum mixtarum ex ele= mentis & qualitatibus docet, quatenus ad prima
physicæ rudimenta satis est.

Tertius tractat mixta uel cōposita corpora & pe= Argu. ter-
ciliariter Meteorologiā, addito breuissimo indice tij lib.

C O M M E N T . P H Y S .

et admodū nudo de metallaribus, de plantis, de animalibus, de homine, atq; de ortu, & partibus eorū.

Arg. quarti lib. Quartus liber animæ naturā, partes, viresq; expōnit. Atq; hæc ferè summa est huius commentarij, in quo quidem tali dictione, & oratione utar, quæ magis ad docendū perspicue, quam ostentationi inseruit. Dabunt ergo ueniā nobis delicati, & elegātes. Multa nouis uerbis præsertim cum sit agendum, Propter egestatem linguae, & rerum nouitatem. Ut me Physici poëtæ ueteris uerbo & autoritate tuear. Quia uero professionibus singulis sui quidā loci cōmunes, & capita primaria sunt, de quibus peculiariter quæq; docet. Ideoq; Physicæ scientie suos locos cōmunes & generales accēdere oportet, quorum est cōmunis usus ad cuiuslibet rei naturalis noticiam acquirendam. Atq; ita statim uidemus, quārum rerū cognitionem Physica professio nobis pollicetur, & suppeditet, & quid studiosus expectare debeat ab ipsa. Etsi uero aliqua capita aliorum pertinere uidentur, ut Deus & fatum ad Theologiam, & similia quædā, Tamen quia professioni huic sunt affinia, ut sine illis absolui nequeant naturalia, breuiter saltem attingere ea libuit. Sunt ergo cap. Physicæ hæc ferè quæ sequuntur 148. circiter.

I N P R I M O L I B R O H A E C sunt capita.

- 1 Physiologia.
- 2 Subiectum & materia
Physices.

Physices.	principijs	27 Cōmunia et
3 Deus.	14 Materia.	propria cau-
4 Fatum.	15 Forma.	sarum.
5 Res fatalis.	16 Priuatio.	28 Actus.
6 Natura.	17 Cōmunia &	19 Potentia.
7 Res naturalis.	propria prin-	30 Motus.
8 Res non na- turalis	cipiorum	31 Infinitum.
9 Ars.	18 Causē.	32 Continuum.
10 Res artificia- lis	19 Materiapar ticularis.	33 Diuiduum. 34 Quies.
	20 Formapar-	35 Mouentia.
11 Inuenta homi- num	ticularis.	36 Mobilia.
	21 Efficiens	37 Terminii.
12 Principia re- rum natura- lium.	22 Finis.	38 Locus.
	23 Effectus.	39 Vacuum.
	24 Fortuna.	40 Spacia.
13 Opiniones phi- losophorūde	35 Casus.	41 Tempus.
	26 Res fortuita.	42 Numerus.

IN SECUNDOLIBRO

hec sunt capita.

1 Mundus.	7 Ignis.	& mutatio
2 Cœlum.	8 Aër.	rerū natura.
3 Mobilitas cœli.	9 Aqua.	13 Generatio.
4 Sphæræ	10 Terra	14 Corruptio.
5 Stellæ.	11 Terrapar-	15 Alteratio.
6 Elementa.	tes.	16 Augmenta
	12 Compositio,	tio.

C O M M E N T . P H Y S .

17 Diminutio.	primæ.	propria ele-
18 Latio.	23 Qualitates	mentorum.
19 Contactus.	secundæ.	26 Mixtio, &
20 Actio.	24 Mixtio Ele-	compositio
21 Passio.	mentorum.	corporū na-
22 Qualitates	25 Cōmunia &	turalium ex-
		elementis.

I N T E R T I O L I B R O
hæc sunt capita.

1 Quinq; spe=	dia.	25 Fœtus.
cies composi=	9 Venti.	26 Volatilia.
torum uel mi=	10 Tempestates.	27 Aquatilia.
xtorum cor=	11 Prognostica	28 Insecta.
porum.	tempestatū.	29 Terrestria
2 Causæ Meteo=	12 Metallaria.	fera.
rorum.	13 Metalla.	30 Terrestria
3 Fumi ut ua=	14 Sal	domestica.
por exha=	15 Lapidæ.	31 Partes ani-
latio.	16 Plante.	malium.
4 Meteoraigni	17 Arbores.	32 Homo.
ta.	18 Herbæ.	33 Hominis or-
5 Meteora ad=	19 Frutices.	tus.
quosa.	20 Cultura.	34 Corpus.
6 Fontes & flu=	21 Fruges.	35 Partes cor-
mina.	22 Liquores.	poris.
7 Mare.	23 Mensuræ.	36 Habitus cor-
8 Meteorame=	24 Animalia.	poris et phy-
		fognomo-

siognomo= 37 Vita. 39 Aetas.
nia. 38 Respiratio. 40 Mors.

IN Q VARTO LIBRO
hæc sunt Capita.

- | | |
|---------------------------------------|--|
| 1 Anima. | 17 Ratio in brutis. |
| 2 Opiniones philofo= phorum de anima. | 18 Rationalis anima. |
| | 19 Intellectus. |
| 3 Partes & potentia | 20 Species intelligibiles rerum materialium. |
| animæ. | |
| 4 Motiuua anima. | 21 Species intelligibiles rerum immaterialium. |
| 5 Vegetatiua anima. | |
| 6 Sensitiua anima. | 22 Vniuersalia. |
| 7 Sensus exteriores. | 23 Ratio. |
| 8 Obiecta sensibilia. | 24 Voluntas. |
| 9 Sensus interiores. | 25 Memoria. |
| 10 Species sensibiles. | 26 Lex naturæ. |
| 11 Singularia uel indi= uidua. | 27 Synteresis. |
| | 28 Dictamen rationis. |
| 12 Somnus. | 29 Conscientia. |
| 13 Somnium. | 30 Affectus. |
| 14 Vigilia. | 31 Habitus intellectuus. |
| 15 Appetitus uel uis ap petituua. | 32 Principia de natura. |
| | 33 Habitus uoluntarius. |
| 16 Vis motiuui prosecu= tiua. | 34 Principia de moribus. |
| | 35 Libes |

C O M M E N T . P H Y S .

- | | | | |
|----|--------------------|----|--------------------------|
| 35 | Liberum arbitrium. | 38 | Origo animæ. |
| 36 | Res uoluntaria. | 39 | Nobilitas animæ. |
| 37 | Causæ uoluntarie. | 40 | Immortalitas ani-
mæ. |

Modus do-
cēdi in hoc
cōmenta-
rio.

Catalogus ergo iste summatim ut dixi Physi-
ces Capita generalia complectitur, quia de
specialibus suo cuiusque loco uidebitur, & horum
quidem locorum diffinitiones, partitiones, cau-
sus, & effectus, breuiter quidem & articulatim de-
scribam, & quam potero Methodice perspicueq; in-
dicabo, copiosior autem tractatio horum Capitum,
querenda est omnino ab illis, qui ista singulis
prope uoluminibus docuere. Et hæc de
cōmentarij nostri diuisione materiaq;
& indice quasi præfatus, iam pri-
mum omnium de Physica di-
cam, ne Titulum operis
prætere-
am.

De Phy-

DE PHYSICAE SUBSTANTIA.

Caput I.

PRIMO: Physicæ uocabulo bifariam Scholæ Acceptio= utuntur in partitione Philosophiæ. Nam pri= nes uoca= mo genera=im significat secundā philosophiæ spe= buli physi= ciem præcipuam, quæ de substantia, quantitate, et 1. ce. forma rerum naturalium, et in summa, de ipsa na= turâ rerum docet, unde habet quoq; nomen à Physi. Physica id est natura de qua infra eodem Cap. 6. et huic unde di= physicæ tres subiiciuntur species, scilicet Mathe= catur. matica, Physica specialis, et Metaphysica, de qui= bus supra attigi, et alibi uidere oportet. Finis autem Physicam tem generalis physicæ est Theoricus, id est, specu= esse specu= latius, quia et ipsa est scientia speculatiua, cuius latiuam. proprius finis sit scire et cognoscere naturam, non eliquid operis facere, aut quicquam agere. Dein= 2 le physicæ nomen speciatim et proprie significat ipsam Physiologiam, hoc est, de rerum naturalium motu, mutatione, atq; operationibus disputationē.

SECVNDO: Esse aliquam scientiam de rebus An sit sci= naturalibus certam, si nihil aliud probaret, tamen entia de re Aristoteles et communis doctorum consensus, Scho= bus natu= lirumq; tam constans diuturnaq; autoritas satis ar= talibus. guit, quod si fidem illis adhibere nolit studiosus, fru= fra docebitur. Nam addiscentem oportet credere. sed tamen certæ sunt omnino rationes, Cur de natu= ra possit haberis scientia, Tametsi id negarint Hera= ditus et Academicci, ut est apud Aristotelem in

C O M M E N T . P H Y S .

principio Metaphysics. Sed ista prudens omitto,
quia in huiusmodi opiniosis & ociosis disputationi-
bus immorari nolo. Sed remitto curiosiores ad do-
ctorum iusta uolumina in istiusmodi rebus, si ope-
ræ premium videatur tales disputationes legere, quæ
ingenium excitent & exacuant.

Physica
specialis
seu physio-
logia quid

TER TIO: Physica specialis aut physiologia
est de natura & naturalium corporum atq; rerum
motu, principijs, causis, effectibus, officijs, partibus,
atq; accidentibus scientia. Velsummatim, Physica
est naturalium corporum & substantiarum scien-
tia. Hæc definitio explicabitur infra eodem Capit.
proximo & septimo.

Causæ effi- Q V A R T O: Tametsi huius scientiæ principia
cientes sci- quædam sunt nostris animis indita à natura & per
entiae phy- experientiā probata, tamen nō acquiritur eius co-
ficiæ.

Inuentores
physices.

sine magna meditatione, diligentia, & do-
ctrina methodica, quæ quidem discentis excitant a-
nimum, ut docilis fiat ad ea quæ audit à præceptore
& monitore, & quæ aliorum scriptis legit, præ-
cipue uero curā adhibere debet physicæ studiosus,
ne ordinem certum diligentiamq; omittat, quam la-
rium rerum uoluptas & amēnitas adiuuat pluri-
mum. Cæterum de primis inuentoribus physicæ ce-
piente differit Laertius in præfatione primi libri, ut
bi docet antiquiores philosophos ferè in sola scien-
tia naturæ occupatos fuisse, ut Thaletem Milesium,

Pythagoram

Pythagoram Italicū, Anaxagoram, quoad Socrates Moralem philosophiam adinuenit.

Q VINTO: Quatenus Physica differat à Mathematica & Metaphysica sic breuiter accipe. tia inter Mathematica solam quantitatatem continuam uel di= Physi. Secretam tractat à subiectis & corporibus abstractam themati. Etiam, nō quidem reuera, sed imaginatione tantum. & Metaphysica uero cōsiderat substantias corporas phys. & incorporeas, prout sunt reuera per se, & essentiam habent & formam suam motui & mutationi iam non obnoxiam, sed à materia remotam, & puram, Et hac parte non est ualde necessaria neq; addiscendum, neq; ad docendum, ut Plutarchus quoq; ait in uita Alexandri. Præterea tradit Metaphysica & complectitur aliquot aliarum disciplinarum & præcipue physices prima principia in complexa, & complexa hoc est, axiomata & propositiones quasdam communes, in hacq; parte est phys. ualde utilis. Verum ipsa physica docet de corporis naturalis materia & forma sue materiæ coniunctam. Et a quatenus mutationi est obnoxia, ut iam mox patebit. Plura autem de hoc Capite quære
in 2. Physicorum in principio & in sexto Metaphysics, &
apud Albertum in 1.

Physicorum

Cap. 1. &

C O M M E N T . P H Y S .

D E S V B I E C T O E T M A =

teria circa quam uersatur

Physica.

Caput II.

PRIMO: Omisiss opinionibus multorum, sim-
pliciter dico ex Aristotelis & Alberti auto-
Subiectum ritate, subiectū physices esse substantiam corpore-
physices. am, inanimatam vel animatam, cum suis naturali-
bus causis, effectibus, et accidentibus, hoc est, ut bre-
uius dicam & significantius, materia & subiectum
circa quod uersatur physica est corpus naturale mo-
bile. Voco autem Mobile, quod motui & mutationi
Mobile. est obnoxium, Motus autem peculiari quadā phra-
Motus. siphysica hic significat mutationem secundum sub-
stantiam uel accidentia, & Moueri est mutari sub-
stantia uel accidente, ut corpus generari uel cor-
rumpi substantia, augeri uel diminui quantitate, al-
terari qualitate, loco mutari et ferri, & simplici-
ter Moueri est progredi ab una substantia in aliam,
ab una qualitate in aliam, ab uno loco in aliud lo-
cum.

Corpus na SECUNDΟ: Corpus naturale mobile est mere-
turale mo= substantia corporea, cōposita ex materia prima, &
bile quid. substantiali forma corporea, mutationi obnoxium
totum uel saltem partes sua. Hæc definitio conuenit,
& cœlo & mundo, & elementis, nedum ipsis cor-
poribus compositis. Quia tametsi cœlum & ele-
menta sunt corpora similitudinē, hoc est, non compo-
posita

posita ex alijs corporibus, tamen composita sunt ex illa materia prima, tanquam ex chao. De quo Ouid. in. i. Metamor. & ex sua forma, ut infra eodem cap. 14. & in libro. 2. cap. 1. & 2. explicabitur.

T E R T I O: Praeter corpus naturale mobile & Quæ praesubstantiam corpoream, tractantur multa quoq; ac ter corpus cidentia istius corporis mobilis, quia accidentia naturale maximam partem afferūt ad cognitionem substantie mobile quæ, ut infra eodem capite octauo ostendam, non est physica autem opus hic enumerare species istius corporis, tractet. quas cursus professionis huius attinget suo tempore, & supra in catalogo locorum cōmunium plerasq; enumeravi, atq; in arbore prædicamentaria substantiæ subjiciuntur oculis.

D E D E O. Caput III.

P R I M O: Deus est spiritus, et mens libera, se= Deus quid. gregataq; ab omni cōcretione mortali, omnia sentiens, omniaq; mouens, per uim suam illis infusa. Hæc definitio apud Lactantium lib. 2. capi. 5. Ciceronis est, quam ille sumpxit ex platonis Timæo, & hanc Virgilius in libro sexto Aeneidos magnifice explicat his uerbis.

Principio cœlum & terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniq; astra,
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus.
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumq; genus uitæq; uolantum

Et

C O M M E N T . P H Y S .

Et quæ marmoreo fert monstras sub æquore pontus,
Igneus est illis uigor, & cœlestis origo.

An sit De-

De.

Argumen-

tum lib.

Cice.

rum.

Dij pro-

phanini-

hil sunt.

Quid si-

gnificet

SECUNDΟ: Esse Deum lex naturæ, & ratio conscientiaq; arguit & conuincit quemlibet sanæ mentis hominem, tametsi impia & corrupta hominis natura Deum esse confidenter neget, contra sumam ipsius conscientiam, cum Deū esse ex creaturis saltē & effectibus agnoscat, quem tamen non co-

lit, ut in Cap. 1. ad Romanos scribitur, & extant

tres præclarissimi libri Ciceronis de natura Deo-

rum quorum in primo disputat an sit ullus Deus, in

secundo ex sententia Stoicorum scribit esse Deum,

& omnia necessario iuxta prouidentiam Dei &

satisfieri, in Tertio ex Platonicorum sententia dis-

serit esse quidem Deum, sed non omnia necessario

cuius prouidentia & fato fieri. Quædam enim ne-

cessario fieri à fato & natura, hæcq; duo peculia-

riter à nutu prouidentiaq; Dei pendere. Quædam

vero non necessario sed contingenter accidere à for-

tuna & libero arbitrio, & tamen hæc etiam duo,

præsertim hominis uoluntatem in arduis peculia-

riter à Deo excitari & impelli. Cæterum de pro-

phanis dijs & idolis, ut de Ioue, Iunone, Apolline,

& similibus, nec ipsi gentiles constanter aut ma-

gnifice sensi runt aliquid, nedum homines naturam

sequentes & eruditi, tam spurcas foedasq; superstitiones serio coluerint, & obseruarint. Quod uero

tantus est deorum, Nympharum, semideorumq;

numerus

numerus apud Aethnitos & præcipue poëtas, id tantus deo uoluere significare isti, singulis rebus adesse uim rum nume quandam diuinam, easq; uel minimas nedum manus apud gnas, diuinitus regi, ut exponit Cicero ex Stoico= Aethni= rum placitis, in 2. de natura Deorum, sed quisnam cos. & qualis ista omnia regeret nescierunt.

TERTIO: Deum physici cognominant pri= Cognomi= mam causam, primum motorem, primum mouens, na Dei a= primam naturam, causam infinitam, principium pud physia effectuum omnium rerum, summum bonum, sum= cos. mun finem omnium rerum, factorem & autorem omnium, Quia ipse peculiariter & potenter omnia tam in cœlo quam in terra faciat, & soueat propter suam ipsius gloriam. Reliqua de bonitate, mi= sericordia, beneficentia Dei, & de fide, timore, cultu, reuerentiaq; erga Deum proprie pertinent ad Theologiam solam, illa enim non nisi Christia= De Deo ni, & uere p[ro]i intelligere possunt & sibi uendicare. tractatio De hoc capite uide plura apud Lactantium in libro ad Theolo primo institutionum, ubi redarguit gentes ex ipsa= giam per= rum testimo[n]ijs & conscientijs esse Deum unum, tinet. quem tamen negent pertinaciter, & in secundo li= bro eiusdē copiose refutantur superstitiones & ido latria. Hæc enim ad presens indicasse satis est, quo Deus sit prima causa & infinita, à qua aliae cau= sae secundariæ, ut natura, principia, causæ effecta q; naturæ dependeant.

C O M M E N T . P H Y S .

D E F A T O E T P R O V I -
uidentia Dei.

Caput IIII.

Cur de fa= **P**RIMO: Cum de Deo sit dictū capite superis-
to hoc lo= ore tanquā à quo dependeant omnes causæ se-
co tractet. cūdæ, ut à prima causa, iam ergo inde accedere nos
conuenit ad secundarias causas, easq; cum suis effe-
ctibus speciatim tractare. Itaq; sunt quatuor secun-

Quatuor dæ causæ præcipue, à Deo dependentes, scilicet. Fa-
causæ secū tum, Natura, Fortuna, & uoluntas, ab his quatuor,
da præci- tanquam præcipuis, dependēt omnes aliæ speciales,
pue. & singulares inde causæ, cum suis effectibus quæ de-
niq; in Deum ipsum redeunt, tanquam in primariū

Circulus finem atq; hic est pulcherrimus ille circulus, & ab
causarum solutissima periodus causarum & effectuum præ-
& effectu ciporum, specialium, & singularium, exiens à
um. Deo primo effectore, & autore, & rediens in eun-
dem ipsum Deum, primarium, & ultimum finem,
propter quem omnia sunt creata, omniaq; suum of-
ficium præstant.

Fatum un= **S**ECUND O: Latini fatū à fando appellarunt,
dedica= quod necessario siant ea que Deus fatur, id est loqui
tur, & quasi fando præcipit fieri, Græcis ep̄uāq; me-
tur à sortiendo uocatur, quod ineuitabilis sors &
eventus fit, eorum quæ fatis destinantur, distribu-
untur cuilibet.

Fatum du= **T**ERTIO: Docendi gratia duplex fatum con-
plex. stituimus

stituimus, scilicet, Physicum, quod Physici à Deo,
& prima causa dependere aiunt, & Astrologicū,
quod astrologi ab astrorū cursu, & influentia re-
gi, dependere cōsent, quod uocat Ptolemaeus uir-
tutem constellationis, uel influentiam cœlestem.
Talem quidē fati potentiam, & uirtutem, quasi di-
uinam, astrologi suis astris attribuunt, non tam af-
serendi forsan, quam coniectandi gratia. Quamuis
enim sit reuera, in syderibus certa natura, inclina-
tio, influentia, & uirtus, tamen inde non statim con-
sequitur necessitas euentorum, præcipue humano-
rum, & qui sunt arbitrarij. Nam & uulgo aiunt,
astra inclinare, sed non imponere necessitatem, præ-
cipue sapienti, qui dominatur astris. Verum in hoc
fato Astrologico refutando, multus, & immodicus
etiam est Picus Mirandulanus, in opere longo, con-
tra astrologos. Vide & disputationem Phauorini
Philosophi, apud Gellium lib. 14. capite primo. Sed
hoc loco de Physico fato paucis transigam.

Q V A R T O, Mirabiliter sollicitauit, nō mo- An sit fa-
do Philosophos ipsos, sed & scholasticos scripto- tum.
res, hec quæstio, an sit fatum ullum, hoc est, an om-
nia fiant necessario quodam, & ineuitabili ordine,
cui aut fortuna, aut uoluntas, resistere nequeat, &
huic questioni, affinis est hec altera, pariter uulga-
ta, & difficilis, an omnia fiant iuxta prouidentiam
Dei, & an prouidentia Dei imponat necessitatem

C causis

C O M M E N T . P H Y S .

Tres de Fato catusis, & euentibus. Sunt autē de his quæstionibus
to & Pro omnino tres opiniones, quarum prima est Epicurea=
uidētia o= orum, plane impia, qui cum negent esse Deum, non
piniones. quidem uerbis, sed tamen animo, in corde suo, simi=
Epicureo= liter negant prouidentiam Dei, & fatum, ut extat
rum opi= apud Lucretium in sexti libri initio, & apud Cice=br/>nem in primo de natura Deorū sub persona Vels=br/>Stoicorum leij disputantis, contra prouidentiam. Altera opi=br/>opinio. nio est Stoicorum, qui cum prouidentiae Dei omnia
recte tribuant, ita ut nihil fieri dicant, imprudente=br/>uel inscio Deo, & non curante, tamen nihil non fa=br/>to quoq; fieri iudicant, falso quidem. Nam hæc sen=br/>tentia de fati necessitate in omnibus rebus, euertit
contingentiam rerum, & uim liberi arbitrij, in offi=br/>cijs, in delictis, in actionibus moralibus, et polititis,
& electionem in rebus medijs, in uirtutibus, & ui=br/>tijs homini datam à Deo, & natura, Quare erro=br/>nea est, & pernitiosa Stoicorum hæc sententia de
Peripateti fato. Tertia demum opinio, sanctior & uerior est,
corum opere eorum, qui recte sentiunt, omnia quidem secundum
prouidentiam Dei fieri, & euenire, & multa etiam
fato necessitateq; fatalis fieri, pleraq; tamen in libe=br/>ro arbitrio & electione hominis, inq; fortuna sita
esse, & hæc sententia est Aristotelis, in secundo
Physicorum, & Platonis, atq; scholasticorum theo=br/>ologorum.

Fatu quid. Q VINTO: Fatum est connexio, & perpetu=us ordo

us ordo causarum, & effectuum, dependens à prouidentia primæ causæ, hoc est Dei, & imponens necessitatem rebus fatalibus ineuitabilem. Hæc definitio colligitur ex uerbis Chrysippi, apud Gellium libro sexto, capite secundo & Trismegisti apud Albertum in secundo physicorum, & Boetij in quarto consolationis libro, est ergo fatum plane effectus prouidentiæ Dei.

S E X T O : Prouidentia Dei est ipsa diuina ratio, Prouidentia in summo omnium principe Deo constituta, qua is tia Dei cuncta præterita, & futura, uidet et præcognoscit, quid. hoc est, Prouidentia Dei est scientia Dei certa, in eius mente concepta ab æterno, de his que olim facta & unquam futurasunt, necessario, uel non necessario & contingenter. De hac Cicero copiose differit, in secundo de natura Deorum, ex sententia Stoicorum, & in tertio ex sententia Academicorum, quorum aliqui dissentientes à Platone suo, male sentiebant, fieri multa præter prouidentiam Dei, hoc est quasi ignorantे & dormitante Deo.

S E P T I M O : Differt prouidentia à fato breui= Differen-
ter hoc modo, per prouidentiam præcognoscit & tia inter
præuidet Deus omnia necessaria, & nō necessaria, Fatum &
contingentia, fortuita, consulta, uoluntaria. Ita Prouiden-
tia enim Deus, prouident fato sua fatalia, naturæ sua na- tia Dei.
turalia, fortunæ sua fortuita, uoluntati sua uolun-
taria. Per fatum autem singula fatalia dirigit ipse,

C O M M E N T . P H Y S .

ac disponit, mobilia iuxta et immutabilia, et circumscribit ista, suo motu, loco, forma, tempore, alijsq; circumstantijs a unexis, et utraque haec pruisione, et dispositio Dei, uocari potest tam ordo re-

Ordo fatrum ad finem suum, quam ordo partium in toto.

Iis secundis OCTAVO; breuiter ex sententia peripateticum Pericorum obserua hunc ordinem fatalem, connexi pateticos. nemq; rerum. Primum singulares individuorum,

I et particulares euentus varijs, et effectus, proueniunt ex motu animalium, et corporum mixtorum, vel libero, et uoluntario, ut in actionibus et officijs hominum rationis compotum, qui habent delecti-
nem, et liberum arbitrium. Vel non libero motu,

II sed naturali instinctu ut in pueris, et in ratione car-
rentibus animalibus, ut in rebus inanimatis, quarum
motus tantum est naturalis. Secundo motus et effec-
tus mixtorum corporum proueniunt iuxta motum,

III et harmoniam elementorum quatuor, et prima-
rum qualitatum. Tertio motus elementorum et qua-
litatum refertur ad motum sphærarum cœlestium,

IV utpote planetarum, stellarum, et firmamenti. Quar-
to Motus inferiorum sphærarum, et firmamentorum
dirigitur ad motum primi mobilis, supremi cœli iux-
ta physicos. Quinto primi mobilis, id est, supremi
cœli agitatio, et motus, atq; influentia, regitur se-
cundum prouidentiam primi motoris, hoc est, Dei,

qui uocatur alias immobile primum, et mens super
innixa

innixa uniuerso mundo, in modo, infusa toti mundo & partibus eius singulis. Atque hic est ordo motuum, & actionum, in rebus naturalibus, & fatalibus, ex quo uidemus aperte, quo modo unum ex alio fluat, & dependeat, & quomodo singulares actiones denique proueniant, ex uniuersalibus causis, & à prima causa, nempe Deo pendeant. Et peripatetici solum secundum & tertium motū, dicunt esse fatalem, neque tamen eius effectum statim necessariū, & ineuitabilem esse concedunt. Tamen si causæ sint necessariae in genere, quia cursus & effectus naturæ, saepè impeditur, scilicet, impeditis causis, Sed motū primæ speciei singularem, id est, actionem individui cuiuslibet naturalē, in inanimatis, uel irrationabilibus, & uoluntariam, in solo homine, affirmant non esse fatuo obnoxiam, sed obsequentem suæ causæ, atque ita singulares causæ, & effectus singulares, id est actiones individuorum, non sunt necessariae, sed mere contingentes siue naturales, siue animales, siue uoluntariae sint, quia aliter se habere possunt. Quamuis reuera, in uirtutibus heroicis, in naturali diuinoq; ingeniorū impetu excitatur et inflammatur animus hominis, quasi fataliter, ab ipso Deo, ad agendum, & præstandum aliquod egregium opus. Sic Alexander magnus fatali & diuino impetu, rapiebat ad prelia fortiter & faciliissime obeunda. Sic Homerius, & Virgilius ad Poësim, sic Demosthenes

Peripatetici
corum sententia.

Heroicae
uirtutes
unde.

C O M M E N T . P H Y S .

Aurea Catena apud Homerum quid.

Et Cicero ad eloquentiam fato raptus est. Quartū uero, et Quintum motum non fato, sed prouidentiæ Dei, subiectum esse dicunt Peripatetici, et suapte natura absolui necessario. Atq; ciuilis hæc est facilisq; sententia de ordine causarum fatali q; conne= xione, et hæc quidem aurea cathena est, causarum et effectuum, qua Iuppiter in principio octauii Iliados, negat se etiam ab omnibus Diis è cœlo posse detrahi, significans, Deum minime obnoxium esse fato, et fatali necessitati, nedum naturæ, fortunæ, aut uoluntati, imò semel possee uertere omnes causas cū fato si uelit et cū neceſſitate fatali. Cui tamen omnia et in cœlo et in terra subseruiunt, quo ad prouidentiam, et uoluntatem Dei, quia non cadit passer in terram, sine uoluntate patris cœlestis. Etenim ne unus quidem passerculus, est in obliuione corā Deo ut dicitur Matthæi decimo et Luce duodecimo, iuxta illud etiam diuī Hieronymi dictum, nō cadit foliū de arbore, sine uoluntate Dei, id est, quin Deus approbet, quin Deo placeat, casus etiam fortuitus et plane non necessarius, ipsius folij uel passerculi.

Quid hoc minis sit de facio tenet dum.

Verum quod ad hominem pertinet, pro captu, usu, iudicio, experientia, actione q; hominis, pleraq; res, nō sunt fatales, pleraq; non necessario fiunt, sed fortuito, aut uoluntarie et mere contingenter, ita ut se aliter habere possint. Siquidem ea quæ Deus præuidet, et præcognoscit contingenter, fortuito, et uoluntarie

luntarie euentura esse illa sunt mere contingentia.
 Contra uero, qua præcognoscit naturaliter, aut fa-
 to euentura illa sunt necessaria. Si enim prouiden-
 tia Dei dat, & disponit alijs effectibus causas nece-
 sarias, alijs uero causas contingentes, ut fortuitas,
 & uoluntarias. Sic ergo effectus prouidentiae, non Effectus
 est quidquam simpliciter euenire quomodo cunctis, prouiden-
 sed quodlibet, uel necessario, uel contingenter eue- tiæ Dei.
 nire. Sed effectus fati, et naturæ, in genere est, quid= Effectus
 quam simplici necessitate euenire, fatali aut natura fati & na-
 li. Sicut contra effectus fortune ac uoluntatis est, turæ in ge-
 quidq; simplici contingentia euenire fortuita, aut nere.
 uoluntaria. Itaq; prouidentia Dei est tanquam liber Effectus
 quidam, in quo consignata, & cōscripta sunt omnia, fortunæ et
 necessario, uel contingenter facta, aut futura un= uolunta-
 quam, & alias, uocatur uoluntas, prædestinatio, tis.
 præscientia, dispositio Dei, qua uult, & disponit re Prouiden-
 rum necessitatem, uel contingentiam. Et hec quidem tia Dei.
 dicere nulla religio uetat, in rebus politicis, si modo Quo ani-
 animus talis fiducia imbutus sit; ut sentiat, Deum es mos fit acce-
 se patrem benignum, in omnibus rebus, à quo om- dendū ad
 ni bona se accipere credat, Contra uero mala, & tractatio-
 crimina, stulticiæ suæ, impietatiq; propriæ, aut nem de fa-
 Diabolice fraudi expensa ferat, ita tamen, ut con= to & pro-
 fidat Deum illa mala quoq; in melius uertere uel- uidentia.
 le his, qui in ipsum credunt. Quanquam homici Peruersi-
 nes mere contra faciunt. Nam optimaqueque suis tashom.

C O M M E N T . P H Y S .

uiribus, aut fortunæ abscribunt, Mala autem, in ipsum Deum referunt, & regerunt omnium malorum cul-
pam, in eundem Deum, alioqui optimum & innoxi-
um. De qua improbitate hominum conqueritur apud
Homerum in principio primi Odysseæ Iuppiter, dicens

Ofacinus, mortale genus, nos numina primum
Incusat, causamque putat, fontemque malorum
Quæ ueniunt, sua sed pereunt ob facta nefanda.
Cum præter fatum sibi sponte incomoda querant

Atque hoc idem comprobat exemplo Aegisthi ad
ulteri, qui etiam à Mercurio Deo præmonitus, ta-
men non abstinuerit ab adulterio Clytemnestrae, u-
xoris Agamemnonis, sibi exitiabili. Hanc autem sen-
tentiam de fato, & prouidentiasatis est tenere in-
terim, dum philosophi & scholastici consentiant,
atque concordiam in eant. Plura habes apud Cicero-
nem in opere de natura Deorum, & de fato, & apud
Boetium in quarto, & quinto consolationis, & a-
pud Vallam in opere de libero arbitrio.

D E R E F A T A L I .

Caput V.

I. Reifa=
talis duæ
acceptio=
nes.

II

PRIMO: Video rem fatalem bifariam dici,
primo generaliter, & proprie eam, quæ fato
& connexioni isti causarum, & effectuum subiacet,
ut sunt mobilia ipsa, iuxta cursum fati, & uniuersa
lis naturæ. Deinde per antonomasiam rem fatalem
appella=

appellamus eam, quæ nō naturæ uulgato cursu, mul-
to minus temeritate fortuita, neq; libero arbitrio cō-
stat, se cuius rei peculiarem autorem se Deus esse te-
statur, per scripturas, uel per euentum, et per ex-
perientiam. Quæ res ita fatalis, uel misericordiam,
uel iram Dei eximie arguit, et significat. Atq; hæc
fatalia antonomastica sunt reuera necessario, et
sunt ineuitabilia. Imò etiam portendunt ineuitabili-
les euentus, effectusq; necessarios habent. Ita fatalis
res est creatio, qua Deus creauit, id est, ex nihilo, cō-
tra omnem naturæ cursum, fecit, et fabricatus est,
cœlum et terram, et omnia quæ in eis sunt, id est,
omnem spiritum, omnem uirtutem, et motū, atq;
influentiam coelestem, omnem naturam, et causas,
principiaq; et effectus rerum, omnem speciem mi-
xti corporis, aut simplicis. Deniq; creauit et ipse
Deus fatum, naturam, fortunam, et uoluntatem
hominis, quibus à principio in finem usq; mundi do-
minatur, et imperat, ut suum quæq; præsent offi-
cium. Sic etiam fatales res uocantur aliæ, quas insi-
gniter Deus per se, aut per angelos bonos aut ma-
los, uel per homines eximie bonos uel malos facit,
ut sunt miracula, monstra, portenta, signa, prodi-
gia, heroicæ uirtutes, immania sceleræ, ingentes pla-
gæ, immensa beneficia, nunquam speratae mutatio-
nes rerum, præcipue publicarum, aliaq; mirabilia,
quorum cause omnino latent homines, præsertim

Exempla.

C O M M E N T . P H Y S .

impios. Qualium rerum fatalium innumeratas for=mas, et exempla nobis depingunt sacræ literæ, et prophane quoq; historiæ, experientiaq; docet quo=tidiana. Sic etiam mere fatalia sunt, quæcunq; ad iustificationem, et salutem bonorum, et ad contumaciam damnationemq; malorum pertinent, descripta in sacris literis.

VSUS HUIUS
cap. **S**ECUNDΟ: Hoc caput de re fatali huc ideo apposui, ut esset locus communis in quem iam enumerata fatalia, et illis similia, collectari et annotari possint, sicuti in philosophorum quoq; libris reperiantur, ut apud Ciceronem, et in historijs, uel poëmatijs, ut apud Liui. Plinium, Vergil. Homer. Sciamus tamen illa fatalia, non naturæ, neq; libero arbitrio, neq; temeritati fortuitæ tribuenda esse, ut faciunt Epicurei, et pleriq; impij. Sed referenda in ipsum Deum autorem, qui in talibus misericordiam suam ergapios, et iram in impios significare solet. Sic ergo quatuor hec genera rerum, hoc est genera re causarum, et effectuum probe discernere oportet, quod res sint quadruplices, scilicet, Fatales à Fato, Naturales à natura, Fortuitæ à fortuna et casu, Voluntariæ à libero arbitrio, et uoluntate hominis, tanquam à sua proxima et efficiente causa profectæ, harum deinde aliæ sunt necessarie scilicet à fato et natura in genere, aliæ sunt contingentes scilicet à fortuna et uoluntate, Atq; ita uidemus quod duplex

duplex sit Neces̄itas, nempe fatalis, & naturalis. Neces̄itas Sicut & duplex est Contingentia, scilicet, fortuita, duplex. & uoluntaria. Verum constat sane Necessarium id Contingē- esse, quod aliter se habere nequit, Sed Contingens id tia duplex esse, quod aliter se habere potest. Hac autem in prae Necessari- sens de Deo, fato, prouidentia, refatali, deq; neces̄um quid. sitate & contingentia rerum dixisse sufficiat. Se- Contingēs quitur inde, ut primum & proprium caput Physi= quid. & nempe naturam ipsam inquiramus.

DE NATVRA.

Caput. VI.

PRIMO, quamvis uarie significet naturæ uo Naturæ cabulum, tamen ad præsens satis est quatuor quatuor si enumerare significata eius præcipua. Primū enim I significa natura significat generalissime essentiam cuiuslibet cata. substantiæ incorporeæ & corporeæ, & essentiam quoq; cuiuslibet quoq; accidentis sensibilis, & insen- sibilis, Sicq; est plane synonymū cum uocabulo es- sentiæ, rei, entis, rei substantiæ generaliter captæ. Secundo generaliter natura uocatur substantia tan- tum incorporea, uel corporea, eius proprium esse II dicit Boetius, facere, aut pati, uel utrumq; horum, & sic est synonymum prædicamento substantiæ. Tertio, Natura significat principum motus, & III quietis, ut hoc loco. Quarto, communiter & im- propriæ natura significat differentiam specificam, IIII uel

C O M M E N T . P H Y S .

nel proprium, aut accidens inseparabile, cuiuslibet substantie, uel accidentis, adeoq; efficaciam rerum natuam: sic naturam iusticæ dicimus esse unicuiq; suum trbuere, naturam ignis dicimus calefacere, sic naturas herbarum, & gemmarum, aut cuiuslibet rei, uocamus uulgo earum uirtutes, & efficaciam, & proprietates. Ad hoc autem caput pertinet tertium significatum naturæ, alia uero aliorum spectant.

**Quod in
hoc capite
Natura si-
gnificet.**

I. **Natura
duplex.**

II

An sit Na-
tura.

**Natura
quid.**

SECVND O: Natura duplex est, scilicet natura prima, & infinita, hoc est, ipse Deus, prima causa omnium, & naturæ, fatiq; creator, & dominus, quem Ouidius meliorem naturam, isti naturam naturali uocant, id est, facientem omnia per se, uel per causas secundas: Alia est natura finita physica, de qua iam hic loquimur.

TER TIO: Merito ridet Aristoteles eos, qui naturam negantes, sibi illam demonstrari postulant, & probari sit ne, an non sit. Quia per se manifesta, perq; experientiā nota, uelle probari sibi, mera est stultitia, & contra negantem principia non est disputandum, sed omitti debet ille qualiscunq; suæ stoliditati. Si dubitas enim, an sit natura, certe dubitas utrum ne ipse sis an non sis.

Q V A R T O: Natura est principium, & causa motus, & quietis, in re naturali, cui primum per se, & non per accidens inest. Hec definitio ex Ari-

stotelis

Aristotelis secundo Physicorum in principio definiuntur, & in eandem sententiam Cice. in secundo de natura Deorum definit naturam esse uim quandam continentem motus, in corporibus necessarios, cuius ordo indicat, quid cuiusq; rei causa efficiat, & quid quamq; causam sequatur. Sic natura est uis quedam occulta, non quidem sensu, sed intellectu perceptibilis, ita instructa a Deo, ut cuilibet substantiae corporae, nempe elemento, lapidi, herbe, arbori, leoni, equo, uulturi, aquila, lupo, homini, suppeditet essentiam, & quilibet uires naturales.

QVINTO: Memoria probe tenere oportet Definitionem hanc definitionem Aristotelis, cuius singulae uoces nisi Naturae peculiarem habent significantiam & Emphasim, rae explicaque infra suis queq; capitibus exponentur. Interim catio. hec qualiscunq; expositio potest Philosophi sententiam aperire. Natura inquit est, Principium unde oritur essentia rerum naturalium proxime, quarum, & eadem est causa, cur uel mutentur, uel in eodem statu aliquantisper permaneant, ita tamen, ut non sit extra eas, sicut ars, & efficientes causae, atq; finis, sed ut in sit ipsi composito corpori non quidem per accidens, sicut qualitates prime, & secundae, aliaq; accidentia rerum, sed tanquam pars substantiae eius primaria, & necessaria, utpote materia, et forma, qua natura corrupta, necesse est compositum quoq; ex eadem natura corrumpi, & interire.

Qua

COMMENT. PHYS.

Quanquam autem Deus etiam insit rebus, tamen minime est pars rerum Deus, cum insit, id est, a&bit tantum uirtute sua, tanquam presens inspecto&, & gubernator rerum, quibus benedicit, & optima queq; prouidet, Sicut ergo anima non potest auel li à corpore hominis, sine morte eius, & interitu, ita natura à corpore naturali nequit prorsum auel li, sine eius interitu. Breuiter ergo ut dixi, Natura est uis communis, suppeditans materiam, & formam, adeoq; substantiam, & essentiam, corpori naturali mobili. Rursum, Natura est uis quedam perpetua, & certa, rebus naturalibus insita necessario, & sic instituta à Deo, ut eis certo cursu, uirtute, & exemplo suam materiam, formamq; suppeditet, atq; accidentia sua ipsis superaddat, & cu Naturain iusq; essentiae regulam conseruet in corporibus. Sic quo predi ergo cum natura significatum, principium & camentum. Nam, tum est in prædicamento relationis. Quando uero eadem significat partem corporis atque adeo substantiam corporis, tum est in prædicamento substantiae.

Natura **SE X T O**, Duplex est rursum natura, scilicet rursum du Vniuersalis, & Particularis & Vniuersalis quplex. dem bifariam intelligitur, primo logice, cum natura Vniuersal= ram aliquam dicimus conceptum communem ratio lis Natura ne excogitatum, ut genus specierum, & speciem in= logice. diuidorum, quorum tamen neutrum est separa= tum

tum reuera, à suis individuis, ut disputatur in praedicabilibus, & de hac nihil loquimur in physica. Secundo uniuersalis natura physice dicitur, item Vniuersalib[us] scilicet mathematice, cum significatur uirilis Naturae diffusam in substantias cœlorum communiphysice. ter, & uim cœlitus immissam his inferioribus, quæ Mathematica regit & continet omnem naturam particularem, tica Naturae id est, singula corpora naturalia, quibus influentia ratione uniuersalitatis celestis est instillata, iuxta proportionem non arithmeticam æqualiter sed Geometricam æquabiliter, efficax mouendis corporibus infernis, ut officium suum prompte faciant, & secundum hanc naturam uniuersalem mathematicam, id est, cœlestem, uoluitur Periodus causarum, & effectuum singularem, ut aiunt mathematici, & neque huic conuenit definitio prædicta, sicut neque Deo, qui etiam à quibusdam uniuersalis natura infinita uocatur. Deinde uero natura uniuersalis uel communis physica, est hoc principium motus & quietis naturae paulo ante definitum, non quidem in cœlo, aut aliud extra corpora hæren[s]t, aut separatim salis. consistens, sed à D[omi]no rebus naturalibus communiter inditū, quas excitet, soueat, & ad motus, mutationisq[ue] & operationum uicissitudines subigat necessario quidem. Nam hæc uniuersalis natura est, cū speciei aut generi, hoc est secundis substantijs, tribuitur causa,

C O M M E N T . P H Y S .

causa, & effectus naturalis, ut cum dico homo generat hominem, Pirana scuntur ex piro arbore, & si cut hæ cause, ita effectus quoq; sunt necessarij, non contingentes. Siquidem quæq; species ex sua specie, ut homo ex hominè, hordeum ex hordeo, cerasum ex ceraso, & quodq; genus ex suo genere, ut animal ex animali, frumentum ex frumento, fructus arborescens ex arbore, & quisq; effectus uniuersalis ex sua causa, & natura uniuersali, & non aliunde, nascitur, propagaturq; necessario, nō contingenter, ita ut aliter fieri nequeat, nisi fato aliquo, & miraculo se, cōmunis naturæ cursus immutetur. Et quidem ut dixi, hæc natura cōmunis per se nihil est extra individua, & singularia sua, nisi quatenus imaginatio ne cōcipitur, & abstrahitur ab individuis. Verū Naturæ particularis est ea, que in rebus singularibus, & individuis substantiæ corporeæ inest. Secundum quā nomen cause, uel effectus, tribuitur individuo, ut cū dico ex hoc ouo nascitur hic pullus, ex hac arbore nascuntur poma. Et hæc natura particularis est ipsa cum suis viribus, substantia individuorum. Destructa ergo omninatura particulari, aut cessante operari, ut post extremum iudicium, necesse est destrui reuera, totam quoq; uniuersalem naturam, nisi quod illius idea abstracta hæredit in animis, si cut & amici cognatiue mortui, idea atq; imago, haeret in memoria nostra. Ergo post extremum iudicium,

Natura
particula
ris.

ciū omnia prorsum erunt fatalia, aut a voluntaria,
quia cessabit naturæ particularis, iuxta & uniuersal-
is actio, operatio, & motus. Atq; hæc diuisio per
plexior quidem, tamen non fuit mihi prætereunda,
propter uariam utilitatem eius.

SEPTIMO: Due sunt species naturæ, scilicet, Species Na-
Materia & Forma, ingredientes substantiam, & ture.
essentiam cuiuslibet corporis naturalis, id est, sub-
stantiæ corporæ. Et de utraq; harum prædicatur
natura, utpote, Materia est natura & principium Materia.
motus passionis, quia patitur se informari, ut ouum
informatur pulliforma, infra eodem ca. 14. &, For- Forma.
ma est natura nobilior, & principium actuum, in-
formans materiam, ut forma pulli informat ouum,
forma pomii informat germen, infra eodem cap. 15.
Natura ergo est materia & forma, totaq; adeo cor Natura.
poris naturalis essentia, motui & mutationi obno-
xia, suoq; motus & officia præstans.

OCTAVO: Quererere materialem aut formam Naturæ
le causam naturæ, est mere superuacaneum, cum causa ma-
natura sibi met ipsi materia formaq; sit, & cū desi- terialis &
nitio nomenq; eius indicet formam, materiam uero, formalis.
naturæ uis occulta non habeat, neq; sit ex ullo se
priori composita, quia est principium primum. De
materia autem naturæ, que circa quam improprie-
tudinibus, hoc est, de corpore naturali subiecto eius-
dem, & physicæ, dicitur supra capite secundo, &
infra eodem capite proximo. Efficiens autem naturæ Causa ef-
ficiens

D causa



COMMENT. PHYS.

Sciens nat. causa, solus est ipse Deus, primus motor & natura
turæ. melior, mouens hanc naturam physicam & souens,
Cur philo= ne sit ociosa, sed actuosa. Et hoc est cur aliqui philo=
sophi non= sophi, ut Stoici, apud Ciceronem in 2. de natura De=

nulli ani= orum, naturam esse animatam, & rationis parti=

matam na cipem putarint, quia uiderent nullam uim, sine ani=

turam fe ma aut numine aliquo, esse tam efficacem posse. Sed

cerint. reuera, natura physica hic definita, non est proprie

Natura substantia, nec corporea nec incorporea, nedum

mera re= animata, sed relatio mera, quatenus est principiū.

latio. Finis autem naturæ patet ex definitione, nempe es=

Finis na= sentia & operatio rerum, hoc est, motus & quies

turæ. rerum & corporum naturalium, ut illa suas uicis=

situdines conseruent.

Propria NO NO: Propria naturæ officia primaria sunt
Naturæ of hæc, sponte sua materiae naturali induere formam
ficia. I naturalem, & forma priore corrupta, eidem mate
riæ manenti, sed uariatæ & mutatæ, rursus aliam
formam induere. Sic corrupto corpore animalis, ca
dauer tanquam materia mutatur putrefactione in
terram uel limum putidum, cui deinde natura affin
git aliam formam, nempe uermis, uel serpentis. Na
turæ item est, cuilibet substantiæ corporeæ, uim su=

II am genuinam & naturalem potentiam, uel impo=

tentiam & habilitatem, suas cuiq; uirtutes inferea=

III re. Deniq; natura cuiq; cause naturali in genere,

uel specie, suos effectus tribuit, & expedite cōmuni=

cat, ita ut nihil ociosum esse patiatur, ut infra plura

de causis

de causis & effectibus dicentur. Cetera vero naturae accidentia, & innumeros effectus meditationi cuiuslibet permitto & experientiae.

D E C I M O : Cognitionem habet natura, cum Cognata Creatione atq; Fortuna, & Voluntate, in hoc, quod Naturae ista suos effectus habent interdum naturalib. similes, imò & similimos, quia Creatio idem facit ex nihilo, quod Natura producit ex aliquo, ut patet in Genesis capite primo: Et quia ars imitatur natura quatenus potest, sicut etiam Fortuna, ut patet in metallaribus, quibus mere fortuito innascuntur sepe imagines piscium, animalium, herbarum, stellarum, sicut etiam Fortuna fingit quandoq; species animalium & corporum in nubibus temere concurrentibus. Item Natura sepiissim. artificiosis rebus materiali suppeditat, ut lanam, ligna, lapides, cui materiae, ars ipsa affingit artificiale formam, ut ex lana fiunt fila, & inde pannus & inde uestes, ita ex lapidibus & lignis construitur domus.

V N D E C I M O : Diuersa naturae est primū Creatio, que cum ex nihilo, id est, ex nulla materia facta Naturae. erat corpus, cum suis motibus, natura quidem nō ex nihilo, sed ex aliquo, id est, ex materia facit corpus cum suis motibus, & operationibus, quia, Ex nihilo nihil fit, & Quodlibet fit ex aliquo, secundum physicam. Secundo, Ars differt à natura, que non est in arbitrio hominis, neq; in ingenio eius, sed ars est in electione, arbitrio, & ingenuo hominis. Natura

C O M M E N T . P H Y S .

Itaq; cursum, & effectus suos absq; ministerio homi-
num plerunq; efficit, ut in sponte nascentibus docet
experientia, præsertim in illis quæ sub terra nascun-
tur, uel in desertis. Tertio, liberū arbitrium, quod
producit plerunq; effectus immateriales, ut uirtutes
uitiaq; , & artes, Natura autem substantias corporeas
generat, & mouet, easq; suis qualitatibus ornat.

Circum- DVODECIMO: Circumstantiae, Signa, & In-
stantiae, si= dicia, item alia accidentia, partim separabilia, para-
gna, indi= tim inseparabilia, sunt innumera, neq; percipi ab
cia & ac= ullo possunt omnia, quorum tamen præcipua Mo-
cidentia tus, Tempus, Locus, Motor, obseruari debent, de
naturæ. quibus suo loco differetur. Hæc ergo in genere de
natura dixisse satis sit in præsentia. Cuius tamen ca-
pitis summam breuiter libet talem subnectere, ut in
tanta prolixitate iuniores discernere possint, que-
Summa hu- nam maxime præhensare debeant, SV M M A er-
ius capit is go huius capitii sexti hæc esto.

Sexti. Primo, Natura est principiu, & causa, præbens
essentiam, durationem, mutabilitatem, uires & o-
perationes naturales, cuilibet corporeæ substantiae,
cui inest eadem natura, tanquam pars substantiae.

Secundo, Natura uniuersalis necessario opera-
tur, & agit, neq; se aliter habere possunt causa, &
effectus naturalis. Sed natura particularis non ne-
cessario, uerum contingenter agit in individuis, quia
causa particularis potest se aliter habere, & impe-
diri, ne effectum particularem producat, & huic
non

non conuenit definitio supradicta, quia individua sunt remota ab arte.

Tertio: Natura est duplex, scilicet, Materia et Forma, quæ ambæ coniunctæ, substantiam corporis naturalis absoluunt.

Quarto: Propria naturæ officia patent ex definitione, quorum nullum præstare posset natura, nisi Deo ita efficax, et actuosa redderetur ipsa.

Quinto: Exempla naturæ sunt paßim obvia in doctis quoq; nedum literatis et doctis, si inspiciant incrementa, decrementa, uicissitudines, statum, mutationes, uires, et actiones corporum naturalium, obuersantes quotidie ob oculos.

DE RE NATURALI.

Caput VII.

PRIMO: Iam inde sigillatim quamlibet uocē, Rei Naturæ rem in definitione naturæ positā, diligenter exponere oportet, ita enim fiet, ut ista definitio= acceptio= ne cognita, caput rei teneamus. Itaq; Naturale, uel nes.

Res naturalis trifariam dicitur. Primo enim Naturale est, quod alicui substantiae uel accidentiū in est à sui creatione et natura, sic discere et scire est naturale homini, sic benedicere est natura ipsi rhetoriæ. Deinde Naturale dicitur, quod fit secundum, et non contra naturæ cursum, ut equum ex equa nasci, botrum ex uite, sic pleraq; accidentia uocantur naturalia, que secundum naturam sunt indita corpori-

I

II

COMMENT. PHYS.

III

ribus, ut generatio, corruptio, complexio, motus, uires &c. Deniq; Naturale proprie est res natura- lis, quam physica considerat, tanquam subiectum suum, circa quam operationes & uim suam exer- cet natura. Et hoc tertio significatu intelligimus uocabulum Rei naturalis, in præsenti capite.

Res **Natu-** SEC VND O: Res naturalis est tantum substantia corporea simplex ut coelum, & Elementa, uel compositum, & mixtum corpus naturale, ut Mete- ora, Metallaria, Plantæ, Animantia, Homines, & membra, Artus, Articuli, ac Momenta quoq; cor-
Cur dictæ porum. Et uocantur hæ res, Naturales, quia neces-
Res **Natu-** sario in se non aliunde ex libero arbitrio, uel arte, rales. aut fortuna habent suam naturam et essentiam, que natura ipsa, suppeditat eis, materiam, & formam, & essentiam, durationem, & mutabilitatem. Sed cum naturalium corporum singuli articuli, & mo- menta nequeant enumerari, tamen satis est præci- puastenere & scire partes.

Finis rerū TERTI O: Finis rerum naturalium est, gloria naturaliū. Dei, secundum pios, & ornatus mundi, & commo- ditas hominum atq; animantium, aliorumq; corpo- rum conseruandorum. Pleraq; enim natura facit, ut homo aliquam utilitatem inde accipiat, ut domi- nium eorū teneat, uel saltem usu fructuarius sit rerum naturalium, ut copiose differit Grego. Nisenus in libris de anima, & D. Ambrosius in Hexamero, & Cicero in secundo de natura Deorum.

Q VAR TO

QVARTO: Differt res naturalis à Creatura, A quibus
à Re artificiali, à Fortuita, à Voluntaria, secundum differat res
causam efficientem. Nam creatura est res mere fata naturalis.
lis, à Deo præter naturam & arbitrium hominis,
ex nihilo facta, ut Adam, & Eua, ut prima animan-
tia, ut prime plantæ, ut stellæ. Nam ista non ex ma-
teria cōmuni, uel particulari, sed ex nihilo creauit
Deus primum. Deinceps uero naturæ suas uices cō-
misit, quæ istiusmodi generaret ex aliquo, id est, ex
materia naturali. Res ergo naturalis quelibet non
potest esse ex nihilo sed oportet eam ex materia cō-
muni, & particulari esse conflatam.

DE R E N O N N A T U R A L I.

Caput VIII.

PRIMO: Res non naturalis proprie uocatur Res non
quidquid nō est substantia corporeæ simplex, naturalis
uel composita, neq; pars eius corporeæ. Itaq; res nō quid.
naturalis est uel substantia incorporeæ, uel acci-
dens sensibile, aut insensibile. Atq; hæc considera= Res non
tur à Physico, quatenus naturali corpori accidit, naturalis
uel aliquam societatem, coniunctionemq; cum re quatenus
naturali habet, ut calor, siccitas, leuitas in igni. Hu= ad Phys-
mor, frigus, grauitas in aqua. Et partim omittitur pertineat
quatenus non est necessaria, ad constitutionem, uel quatenus
cognitionem rei naturalis. Sic Physicus nihil de iux non.
sticia, fortitudine, alijsq; similibus docet.

COMMENT. PHYS.

Rerum nō uatnra I SECUND O: Triplex est ordo rerū non natu-
ralium. Primo, quædam res nō naturalis, est tamen
secundum naturam, et per naturam in corpore na-
turali, ut anima cum suis uiribus et operationibus.
ita est cōiuncta corpori animato, ut auelli nequeat,
sine corporis corruptione, tametsi sit ipsa incorpo-
re a substantia, sic propria, et accidentia præsertim
inseparabilia, quæ natura inserit suo tempore et
modo corporibus naturalibus, tamen sunt res non
naturales, ut est leuitas in pluma, uire do in folijs, du-
ricies in ligno, tales sunt qualitates primæ, et ple-
ræq; secundæ, in his enim non est principium motus
II perse et primo, sed secundario per accidens. Secun-
dus ordo est, quod quædam res non naturales sunt
etiam secundū naturam, id est, non contra naturā,
et tamen præter naturam, id est, nō per naturam,
sed per alias causas efficientes, ut Res artificialis est
ab Arte, infra eodē capite 10. Res fortuita est For-
tuna et Casu, infra eodem cap. 26. Res uoluntaria
est à Libero arbitrio, infra in 4. cap. 36. Et huiusmo-
dires, tametsi non efficiat natura, tamen secundum
eam sunt, quatenus non aduersantur rectæ rationi,
et naturæ, ut calor in aqua calefacta, ut lapidis ia-
etus sursum, ut morbus in corpore, et similia. Ter-
III tius ordo est, quod quædam res non naturales sunt
contra naturam, ut quæ contra cōmūnem eius cur-
sum accident, quales sunt illæ, quas supra cap. 5. uo-
cari res fatales, ut creatio, monstra, miracula, et c.

TERTIO

TER TIO: differt res non naturalis à naturali Res nōna multipliciter. Quia omnis res naturalis est substantia naturalis à tia corporea, prima, uel secunda. Sed nullares nōna Renatura turalis est substantia corporea, sed uel incorporea li quid uel mere accidens, ut supra dictum est. Sic corpora I differat. artificiosa sunt in quarta specie qualitatis, licet eo= rum materia sāpe sit substantia, ut ligna, lapides, lutum sunt materia domus, uerum à forma habent appellationē res ipsæ, non à materia. Deinde res na- turales, habent suam materiā, et formam intra se certam, et à natura absolutam, atq; constantem, ut eadem est forma et eadem materia, equi, canis, ho- minis, auri, argenti, aliorumq; corporum, hodieq; qualis à primordio mūdi extitit. Quinetiam si quod corpus peccat, et aberrat ab ista materia et forma naturali, illud uocatur Monstrum, uel miraculum, Monstrū pugnans contra naturam. Sed rerum non naturaliū Miraculū. plerūq; et forma et materia uariat, pro arbitrio hominis, aut fortunæ, quod experientia quotidiana in uariādis uestibus docet, præsertim in germania, ubi nusquam eadem forma diu seruatur in uestitu. Postremo res naturalis non est in arbitrio hominis, neq; à temeritate fortunæ, sed certum habet et de- stinatum motum, ac progressum, quem semel incep- ptum prosequitur solum, nisi impediatur. Sed artifi- cialia, et uoluntaria, sunt in arbitrio hominis, neq; eorum est certus motus ubiq;, cum artifex possit mu- tare semel ceptam formam, aut materiam, ut pictor

II

III

D 5 imagi-

COMMENT. PHYS.

imagines suas mox potest uariare, aut corrumpere & omnes res naturales habent materiam corpoream, & formam. Multæ uero res non naturales, neq; materiam, neq; formam corpoream habent, ut in substantijs incorporeis, & in accidentibus immaterialibus uel insensibilibus patet.

DE A R T E.

Caput. IX.

Ars quid
hoc loco
significet.

PRIMO: inter alia significata, artis uocabulo hic utimur pro habitu animi intellectuo, secundum quem homo facilius & melius potest aliquid intelligere, agere, & præsertim facere, uel fabricari.

Ars quid.

SECVNDO: Fabius lib. 2. ca. 8. ex græcorum sententia, sic definit artem. Ars est ordo constans ex præceptionibus consentientibus, & coexercitatis ad finem utilem uitæ. Huius definitionis hic ferè sensus elicetur. Ars est habitus animi in intellectu acquisitus, constans ex regulis certis, per experientiam probatis, & exercitatione cognitis, ad aliiquid utile humanis usibus efficiendum.

Artis par-
tes duæ.
Methodus

TERTIO: Due sunt partes artis scilicet methodus, & praxis. Methodus est cōpendiosa & certa uia, ratioq; artis, per regulas, præcepta, & institutiones tradita, ut est grammatica Perotti, Physica Aristotelis, μηνηγοτέχνη Galeni, Institutiones Iustiniani, Institutiones Fabij. Praxis est exercita-

Praxis.

tio

tio ususq; artis, cōstans stylo, lingua, manu, aut cor **Praxis.**
 poris actu, ut est Grammatica exēgetica, id est, ex-
 positiua in Cornucopiæ Perotti. Sic Rhetorices pra-
 xim, id est, usum docet Cicero in Oratore perfecto,
 & in Bruto. Et Fabius in 10. & 12. libro. Ut autem **Methodus**
 nihil prorsum ualeat methodus sine praxi, hoc est si= sine Prax.
 ne usu & exemplari tractatione, experientiaq;. Sic nihil ualeat
 rursum praxis sine methodo nihil ualeat constanter
 & solide. Licet enim ingeniosi homines, quandoq;
 sine doctrina & methodo aliquid fabrefaciāt, ut il-
 le qui naturali quadam facilitate pingit, fингit, illa
 tamen actio magis secundum naturam, quam secun-
 dum artem fieri dicitur, est q; effectus naturalis po-
 tentiæ, non artis, neq; ipsius habitus, Sicut luscinia
 secundum naturalem potentiam, non secundum ar-
 tem, tamen optime canit. Sic mediocriter periti nu-
 merant, loquuntur sine arte, adiuti exercitatione.
 Sic mulierculæ & Empirici sine arte medentur.

QUARTO: artiū alia est speculatiua, cuius si **Artium**
 nis est scire, ut Physica, mathematica, & metaphy= differen-
 sica mere theorica, ut differit Arist. in 6. metaphysi-
 ces. Alia est actiua, uel practica, cuius finis est age- **A gere**
 re, & agere uocant operari ita, ut post labore opus quid.
 effectum supersit nullū, qualis est Grammatica, Dia-
 lectica, Rhetorica, Ethica, Iuris sciētia, Medicina.
 Sic composita controuersia, & lite forensi nihil am-
 plius superest operis. Sic finita oratione nullū opus
 superest, sed silentium est. Alia est effectua, uel
 fabrica-

C O M M E N T . P H Y S .

Facere quid. **Fabricatiua**, græcis poëtica dicta, id est, factiua, que est rectaratio & habitus operum fabricabilium, cum opus effectum superest post laborem, et huius finis est facere. Vocant autem facere sic operari, ut post laborem supersit opus effectum, nempe artificiale corpus, ut domus, tunica, aut forma artificiosa ut pictura extat etiam artifice mortuo, ut post architectonis laborem, aut mortem quoq; tamen superest domus ædificata, talis est quilibet ars mechanica, & hanc peripatetici recentiores uulgo solam uocant artem, per antonomasiam.

Quamvis Aristoteles in 6. Ethicorum, proprie artem uocat eam, quam supra appellauit praxim methodi. Veruntamen idem Aristoteles & alij Physici, cum artem conferunt cum natura, loquuntur de

Mechanica. **hac fabricatiua mechanica**, quæ opera manufacta, hoc est artificiosa corpora efficit ex materia corporali, quæ materia sapissime est res naturalis, id est, corpus naturale, ut lana, lignum, frumentum.

Observatio. Ex hac autem secunda diuisione, obseruare conuenit, multas artes, philosophiæq; partes, esse partim speculatiuas, partim practicas, ut Grammaticam, Dialecticam, Rheticam, Arithmeticam, Musicam, & totam Ethicam & Medicinam quoq;. Sola autem Physica, cum Metaphysica est mere speculativa scientia, sicut & pleraq; Astronomia & Geometria. Mechanicæ uero artes sunt mere fabricatiæ. Tamen uidere oportet in appellandis artibus,

at à fine proprio, tanquam à digniore fiat earū ap= Artes à fa-
pellatio, Sic ergo Rheticam & Ethicam uocare ne proprio
debemus artes practicas, cum ipsarum proprius sit appellan-
tis actio, ut benedicere, bene uiuere, malos mores dæ.
uitiaq; fugere.

QVINTO: Causas artis quæ uulgo patent, hic Causæ ar-
sciens omitto, quis .n. nesciat quamlibet artem na=tis effici-
tarali bonitate ingenij, & doctrina, & usu compaentes.
rari, iuxta illud: Tu nihil inuita, dices, faciesue Mi-
nerua, id est, repugnante natura et ingenio. Item So-
phiam me grajuocant, latini sapientiam. Vsus me-
genuit pater, et mater peperit memoria. Itē, Quod
nemo didicit, nemo docere potest. Omitto etiam enu Artis offi-
merare artis officia, cum supra satis dixerim, quod cia.
ars imitetur naturam, adeò, ut nulla ars humana, et
licita, posset contra naturam efficere quicquam. Sic
ergo mere impostura est Alchimica, & Magica,
quarum profitetur utraq; se posse rerum, ut metal-
lorum, aliorumq; corporum substantias transmu-
tare. Sic ergo omnes res artificiales, sunt res non na-
turales, ex secundo ordine non naturalium, ut su-
pradixi capite proximo in artic. secundo.

SEXTO: Affinis est arti natura quod supra sa= Cognata
tis explicavi, cap. proximo. Siquidem mutuas ope= artis.
ras sibi locat, natura, et ars. Nam hec naturam ad-
iuuat sæpiissime, ut cum natura ad alimentum homi-
nis produxerit frumentū, mox accessit huic ars, in-
genio hominis excogitata, uel potius à Deo tradi-
ta,

C O M M E N T . P H Y S .

ta, ut mola contusum frumentum fiat farina, deinde ex farina, et aqua fiat massa fermentata, et ex hac massa coquatur panis, aut placenta, cibus hominis quotidianas. Sic natura sponte sua producit arbores sylvestres, et plantas, huic accessit ars agricultura, quæ hortenses arbores, quæ plantas, alias huiusmodi serit, plantat, inserit, propagat, colit. Sic tota ferè agricultura, iuuat, et excusat ipsam naturam. Viciòm et natura adiuuat artem, adeo, ut haec prosum nihil sine natura possit efficere. Sic sterilem agrum, uel littoris harenam, quantumlibet arte excolis, tamen nihil producit frumenti, quia natura eius terræ, resistit, et repugnat arti. Sic harrena nullum funiculum nec tes, neque ex pumice oleum aut aquam exprimes, ulla arte. Contra uero plurimum sola natura per se sine arte, sine fortuna ualeat, Quot. n. millia herbarum, lapidum, aliorumque corporum sua sponte, sine cultura, immò hominibus ignorantibus dona naturæ, ipsa fœcundissima rerum mater natura parit et ornat, cum nulla ars adeo sit efficax, et fœelix. quæ uel unum naturale corpusculum, gignere possit, nedum animale. Nam quilibet substantia corporea, quodlibet accidens naturale, producitur à natura, ab eaque completur, non per artem. Quamuis sepiissime ars, ut dixi adiuuet naturam, ut metallarius artifex segregat quidem, et expolit metalla, et metallaria, sed non complet, non dignos gignit, non absoluens nullus artifex. Iam uero longe

ge aliud est compleere, aliud est adiuuare, & abeffi- res fit ap-
ciente digniore fit appellatio. Quanquam & ars pellatio.
ipsa uariare potest naturalia accidentia, sed nul-
lam substantiam, ut tinctor lane candidæ induit co-
lorem rubrum aut uiridem, sed natura dudum com-
pleuit, & substantiam lane, & accidentia eius na-
tiva. Ita ergo uidemus quæ sit societas, quæ item di-
uersitas naturæ, & artis.

DE RE ARTIFICIALI.

Caput X.

PRIMO: Satis superq; apparere arbitror ex **R**es artifi-
cialis que superioribus, quod res artificialis est ea, quæ
habet formam sibi per artem, & consilium artificis
hominis inditam, quam alioqui nō haberet, nisi ars,
& uoluutas eam sic complesset, ut tunica talaris
manicata est res artificialis, quia istam suam uestis
formam, habet à sartoris consilio, & arte. Contra
nero cutis, qua circum tegitur hominis totum cor-
pus, est res naturalis, non artificialis, quia eam non
fecit, & informauit ars, sed natura corpori circum-
duxit, & circumdedit, sicut & pellis uillosa est na-
turale umentum lupi, leporis, uulpis, pecudis,
& similium.

SECUNDO: Cum nulla res naturalis sit plane **S**pecies rei
insensibilis, tamen res artificialis alia est sensibilis, artifica-
habens materiam corpoream, & formam uisu uel
tactu perceptibilem. Alia est insensibilis, uel immaterialis

COMMENT. PHYS.

terialis, nullam habens formam visibilem, uel tactilē, nēdum materiam, sed ratione sola, et imaginatione perceptibilem, uel intelligibilem, ut sunt prædicabilium, prædicamentorum, propositionum, et similiū, formæ conceptæ apud animum, ut sunt ideæ, id est, formæ rerum abstractæ in hominis, uel animalis mente, intellectu, et memoria.

Idea.

Partes rei
artificia-
lum.

Monstra.

Materia
rei artifi-

Forma rei
artif.

Efficiens
rei artif.

TER TIO: Partes rerū artificialium tot sunt, quæ membra, et momenta adeo, cui piam toti artificioso insunt, quæ inter se apte quadrare, suaq; proportione debent cohærere, alioqui non artificiosum opus, sed uel monstrorum, uel saltem ineptum uocabitur. Sicut et physici Monstra uocant ea corpora naturalia, quæ nō habent iustum situm membrorū, neq; consuetam naturæ proportionem partium.

QVARTO: Materiæ artificialis sensibilis, est ipsa quoq; sensibilis. Modo res naturalis, ut ex ligno formatur trabes, uel mensa, uel scandum, Modo ista materia est pariter res artificialis, ut ea ius effectus artificiosus, ut ex panno consuitur uestis, at qui pannus fit ab arte. Forma aut̄ rei artificiose, quæ sit, patet cui libet oculato, et habenti comum sensum. Efficiens uero causa rei artificialis, est uoluntas, et consilium hominis artificis, operantis per artem. Si qua aut̄ natura producit aut fortuna, artificiosis rebus similia, præter hominis artem et manū, tamen illæ res nativæ, uocari debent naturales, non artificiales, ut supra admonui. Sic portus

ille

ille Carthaginensis in primi Aeneidos principio,
est res naturalis. Portus uero Hostiensis est res arti-
ficialis, utpote manufactus. Pariter actiones & ope-
rainfantum, fatuorum, brutorum, plantarum, &
rerum inanimatarum sunt uel res naturales, uel res
secundum naturam primi ordinis, uel etiam fortui-
te, non sunt autem res artificiales, neq; uoluntariæ.
Nam ista non agunt, neq; faciunt quicquam delibe-
rate, aut libero arbitrio, nedium arte, sicut & infan-
tes nondum sue rationis, neq; uoluntatis sunt com-
potes. Sic nidus hirundinis est res naturalis. Sic mo-
le actus & attritus, est res secundum naturam. Sic
ludus, aut stetus infantis, est res secundū naturam,
Atq; ita de similibus iudicare conuenit, Tametsi in-
fantes & fatui, & bruta sepe imitentur, expri-
mantq; artis, & uoluntatis opera, sicuti simia homi-
nis imitatur actus. Efficienti etiam cause connume= Instrument
ramus instrumenta artificum, que sua cuiq; pro= ta.
pria sunt, & peculiaria. Cæterum finalis causa rei Finis rei
artificialis est commoditas & usus hominum amœ= artif.
nitasq; & ornatus mundi, & hic quidem finis est in
genere. Verum sicut cuiusq; rei naturalis proprius
est finis in specie, ut arboris pomi, est ferre poma, a=
gri est ferre frumenta uel plantas, sic & cuiuslibet
rei artificialis, suus & proprius speciatim finis u=
susq; est, homini, uel animalibus necessarius, ut pa=
nis est famem sedare, pharmaci finis est mederi mor=bo, uestis est uestire corpus, sicut Grammaticæ finis

C O M M E N T . P H Y S .

est latine loqui & scribere, Arithmeticæ est bene numerare.

Cognata
rei artif.

Q V I N T O : A ffinis est res artificialis natura-
li, præterquam ut supra dixi cap. 7. in hoc etiam,
quod artificiale, quatenus consideratur cum mate-
ria & forma sua, dicitur improprie res naturalis
quandoq; per analogiam, id est, similitudinem quan-
dam, cum alioqui sit res eat tantum secundum natu-
ram. Differunt autem, quia res naturalis per se, hoc
est, semper eodem modo, & inuariabili natura, non
artif. &
rem natu.

per accidens, habet eandem suam materiam. Ut pul-
lus necessario non nisi ex ouo nascitur, ut sanguis
in corpore semper nascitur & cogitur ex humore
subtiliori, & humido decolato, ut frumentum non
nisi ex seminarijs granis nascitur. Sed res artificia-
lis habet materiam suam per accidens, hoc est, non
semper eandem, sed uariam, ut mensa iam è ligno,
iā è saxo, ex marmore, ex auro, argento, ex aliaue
materia, fabrefieri potest, Accidit ergo mensæ, esse
ligneam, uel marmoreā, uel argenteam &c. Dein-
de forma artificialium per artem, naturalium per
naturam completur, tametsi altera saepe adiuuat
alteram, ut suum queq; opus compleat.

Quæstio
difficilis.

S E X T O : Hic mihi temperare nequeo quin ali-
quam curiosis dubitandi & cogitandi materiam,
occasionemq; præbeā. Cum artificialia & natura-
lia quædam uideantur ita amphibola & ambigua,
dubitari potest, utrum talia prædicamento substanc-
tie,

tie, an acc̄identi, nempe quartæ speciei qualitatis, debeant connumerari, et utrum ne censeri debeant res naturales, an artificiales, præcipue si formam substantiæ similimam assumpserint, non tam in artificis, quam motu corporum, ratione, aut sensu quoq; carentium, unde multi dubitant, utrum substantiæ an accidentia sint. Farina, panis, offa, ceruisia, condimenta, esculentorū et poculentorum genera Pharmaca, et reliqua huiusmodi, que pristinæ quasi substantiæ sibi reliquias retinent. Ego qui Solutio dem cum bona uenia aliorum, in talibus dijudicandum esse id opinor, utrum natura an artifex plus nis. operetur, utrum ars an natura plus efficiat, a deoq; compleat opus. Sic farinam esset rem naturalem opinor, quia dura commissa duris teruntur in mola, etiam absente manu artificis. Sic cōtra tametsi ignis coquit panem, tamen manus pistoris accidentariam formam, rei præcipuum partem, indidit farinæ. Verum hec cuiusq; cogitationi relinquo.

DE INVENTIS HOMINVM.

Caput. XI.

PRIMO: Hominum inuenta hic uocamus peculiарiter ipsas artes et res artificiales, ingenio, experientia, agilitate, industriaq; hominum excogitatas, inuentas, auctas, et exultas. Hoc autem caput subscripsi, ut esset aliquis unus locus communis, in quem exempla artium et operum artificios hominum quid. vsus huius capititis.

COMMENT. PHYS.

αίτιολος γία. ciosorum cōmode annotarentur. Nam utile est ex liberale studio, annotasse, quo tempore, quo auctore, quibus initijt, & incrementis, quæq; artes & res artificiales excogitatæ factæq; sint, primo quidem rudius, deinde cultius & subtilius. A minimis enim initijt & contemptibilibus principijs, inuenies incepisse optimas & maximas artes, & inde per incrementa, gradusq; suos, ad summum progressas ut de statuaria Plin. in 34. libro, De pictura in libro 35. scribit. Deinde ubi artes ad summum peruererūt semel, tum eas decrescere, intercidere, & prope intermori, ac deinde rursum ab interitu uindicari, atq; à morte adeo resuscitari. Sicut latinitas, & poësis propemodum intermortuæ, patrum memoriare resuscitatæ sunt à doctis Italïs, sicut græcæ literæ restitutæ sunt, Interim uero, natura ab origine sua, perpetuum, similemq; sui, semper, & ubiq; cursum, effectusq; habuit, hodieq; habet. Verum in specie, de artium, & operum artificiosorum, rerumq; artificialium inuentoribus, ex cultoribus, meminit Plinius in libro 7. capite quinquagesimo sexto, & diserte, copioseq; scribit Polidorus in opere de inuentoribus rerum. Nobis quidem ad præsens sufficit hæc de arte & artificialibus dixisse, quatenus suam cū natura cognitionem habent, & ad hanc professionē quoq; pertinere uidentur. Iam ergo ad rem institutā redibimus, de principijs, et causis naturalib. dicturi, quantū fieri potest, breuiter, & perspicue.


DE

DE PRINCIPIIS RE=
rum Naturalium.

Caput XII.

PRIMO: Cum uocabulum principij, ut tradit Principij Arist. in quinto Metaphysice, uarie significat, nempe, quodlibet, unde primo cuiusque rei cognitiones. tio, uel essentia oritur, Tamen omissis istis ambagi= bus, hoc loco & capite, Principium est, unde primum Principium res naturalis quaeque fit, aut constat, ita ut corporina quid. turali hoc ipsum principium insit, tanquam pars sub= stantiae eius, per se, & non per accidens. Huius defi= nitionis, ex uerbis Aristotelis elicite, hic ferè sen= sus est. Principium est aliquod primum, ex quo, ut ex Expositio materia fit & nascitur corpus, uel per quod, ut per definitio formam consistit corpus, ut horum utrumque rei factae nis. insit, & indissolubiliter inhæret per se, hoc est, tan quam pars substantiae, non tanquam accidens inse= parabile, nedum separabile. Neque enim reuera, neque ullam imaginatione, auelli potest alterutrum principium à corpore, nisi hoc corruptum imaginemur, & plane imperfectum, cuius exemplum cape ab ex= perientia communi. Videmus pomum arborem esse corpus naturale, huic pomo sua materia inest cor= porea & lignea, quam si exuris, corrumpitur certe arbor. Inest & pomo forma arboris truncosa, ramo= sa, frondosa, (sit enim haec forma arboris docendi gratia) hanc formam si auellis secando, uel urendo, corrumpitur certe arbor, & mutatur in frustra, &

E 3 fustes,



C O M M E N T . P H Y S .

Principia
sunt sub-
stantia.

Fustes, aut sarmenta. Cæterum uiredo, humiditas, proceritas, durities, & similia, sunt quidem accidentia arboris, & inseparabilia, tamen non sunt pars substantiae eius, quia in alijs prædicamentis reponuntur q̄ arbor, modo principia ista sunt substantia, sicut & totū corpus est substantia. Ita ergo uidemus, utrumq; principium, scilicet materiam ligneam, & formam arboream inesse pomo, sine quibus substantia pomi nequit consistere. Nec secus est iudicandum ferè de primis principijs, in nullo corpore mobili.

Principia
tria.

SECUNDО: Principia sunt omnino tria, neq; plura, scilicet materia, forma, & priuatio, ut infra explicabo, suum quodq; loco, neq; impedit discensem, quod priuatio uocatur principium accidentiarum, quia ratione tantū differt, & comparatione

Cur tantū à materia, & non re ipsa. Probatur autem hic ternarius numerus principiorum sufficere, hoc modo. principia Necessitatem in omnire naturali cum fit, id est, generum naturarum subiici, hoc est, subesse aliquid, quod habeat

turalium. potentiam uel habilitatem ad illud, quod fit. Sic cum

dico subiici aliquid, intelligo materiam, ex qua fit res naturalis. Cum dico quid fieri, intelligo formā, quae dat essentiam corpori naturali, cum dico requiri potentiam uel habilitatem, intelligo priuationem, & exemplum cape rursum à communi experientia, ut ex ouo nondum pullo, sed pullabili, id est quod potest sumere formam pulli, fit deniq; pullus. In hoc exemplo ouum est materia, pullabile est pri-

natio,

natio, nullus est forma, neq; aliud requiritur ad constitutionem pulli, & ad substantiam eius perficiendam. Tot ergo sunt principia corporis naturalis, nempetria, per rationem quidem distincta, quia secundum substantiam duo tantum sunt principia, materia, scilicet, & forma.

TERTIO: Materialis causa principij nulla Materia est, quia nihil est ante principium primum, alioqui principij non esset primum. Forma uero patet ex definitione, Efficiens. & nomine. Deinde efficiens principij causa naturalis nulla est, praeter Deū, qui & naturam & Principia prima, ex nihilo creauit, à primordio mundi, eaq; corporibus simplicibus & compositis indidit. Causa finalis principij est, producere, gignere, & Finis. constituere corpus naturale mobile, id est, substantiam corpoream.

QUARTO: Principij sunt tres proprietates. Proprietate Prima, non fieri ex alijs. Secunda, ex se omnia facere, I. et II. teste, producere, & cōstituere, quæ naturaliter fiunt. princ. Teria non fieri ipsa ex se inuicem, neq; alterum altero prius esse, quia semel eodem momento ad generationem corporis concurrunt. Quæ uero principia sint cum causis communia, patebit infra eodem capite 17. & 18.

DE OPINIONIBVS PHILo-

sophorum super principijs.

Caput XIII.

C O M M E N T . P H Y S .

PA R V M hic referre existimo, ut uarias philosophorum opiniones de principijs rerum numerem. Licet. n. Aristoteles in primo Physicorum, & in primo Metaphysicæ & post eum, Cicero in quarta Academia operose recenseant, & refutent opiniones ueterum, tamen nobis nihil indulgebimus, in hac quasi obscura & superuacua parte. Hoc enim potius spectari debet, cur Aristoteles maluerit ordiri physicā ab his principijs, materia, forma, & priuatione, quā ab elementis quatuor, quod Lucretius facit secutus Empedoclem, & opinionē An Ele= uulgi. Sed non oportet iudicare quasi elementa qua menta sint tuor, aut cuiuslibet corporis materia sensibilis, for= principia. maq; statim sit principium primum, cum ista sint magis causæ, uel principia secunda, quam prima. Verum est quipiam imaginatione tantum percepibile, quod materie formæq; habet essentiam, & appellationē primi principij, nulli sensui corporeo, sed tantum intellectui obuium, ex quo ipsa quoq; ele Cur exco= menta sint composita, quæ elementa cum inuicem gitata sint mutari & misceri quotidiana experientia doceat, ab Arist. ut cum terra liquefacta resoluitur in aquam uel aqueum humorem, quod in metallaribus patet, ut cū aqua decocta resoluitur in aërem, necesse est quære re alia prima principia istius mutationis elementa ris, nempe materiam primam, et formam primam, quæ utraq; communicent elementa, ut infra copiosius in 2. libro dicetur capite 6. et 25. Sunt ergo ele= menta,

menta, non prima principia, sed hæc tria, quæ Aristotle tradit, Materia, Forma, & Priuatio.

DE MATERIA PRIMA

Caput XIII.

PRIMO: Materiæ uox ambigua est, quia in= Materiæ
proprie uocant materiam non Physicam, circa significat= caquam, hoc est, propositū alicui negotio, uel arti, ta. **I** circa qua
circa quod quis laboret. Sic literas, syllabas, dictio-
nes, & orationes, dicimus materiam grammaticæ,
nam circa illas occupata est grammatica. Sic mel,
ceram, fauum, flores, succos, dicimus materiam esse
apum, circa ista enim occupata sunt apes. Atq; hæc
materia circa quam, alias uocatur subiectū uel ob-
iectum, uel argumentum. Deinde quoq; impropriæ **II**
uocamus, materiam non Physicam, in qua, hoc est,
aliquod subiectū, cui inest accidens, sic uoluntas ho-
minis est materia in qua, uel subiectum, in quo hæ-
ret uirtutes, uitia, & affectus, sic corpus ualentudinum est materia in qua, uel subiectum in quo hæ-
ret & perdurat morbus. Deniq; propriæ materiam **III**
Physicam ex qua, uocamus principium, ex quo fit ex qua
corpus naturale, & naturale inquam, ideo, quod
materia ex qua fit corpus artificiosum, non appella-
latur materia Physica sed accidentaria.

SECUNDO: Inter alias diuisiones materiæ **Materiæ**
hæc est potissima, quod materia alias sit prima, & diuisio.
comunis, non sensu, sed imaginatione tantum per-

C O M M E N T . P H Y S .

Materia partit.
ceptibilis, sicut chaos Ouidianum nusquam uideatur ubi sit, ex tamen esse constat, ex alia fit materia secunda, communis uel particularis, hoc est, res corporea et naturalis sensu exteriore perceptibilis, ex qua fit corpus naturale, ut ex semine, carne, ossibus, cartilagine, et sanguine, compositum est corpus

A n s i t m a- animale, de hac infra eodem capite. 19. Quod uero
t e r i a p r i- materia prima sit alicubi hodieq; , et à primordio
m a . mundi perduravit, probauit supra capite proximo,
ex mutua elementorum mutatione, de qua infra in
libro secundo, clarius dicam.

M a t e r i a T E R T I O : Materia prima est subiectum, ex
prima qd. quo corpus naturale generatur primū, et in quod
corrumpitur ultimum. Vel, Materia prima est pri-
mum subiectum, uniuscuiusq; rei naturalis, ex quo
fit, ita, ut insit rei per se, non secundum accidens, et
cum res naturalis corrumpitur, tum in subiectum
illud tanquam ultimum abit.

E x p l i c a- Q V A R T O : Vtriusq; huins definitionis Ari-
tio defini- stotelicæ hæc ferè est sententia, quod materia prima
tionis. sit primum subiectum, quia necesse est in generatio-
ne corporis quippiā prius esse et subiecti, quod subi-
gatur et præparetur ad recipiendam formam cor-
poris mox superuenientem, ex quo subiecto fit cor-
pus ipsum. Sic materia suscipiens formam corporis
nascentis manet in eodem corpore, tanquam pars
substantiæ eius primaria, sicut et forma manet, et
nraq; per se, non per accidens, sicut qualitates pri-
me,

mæ, & secundæ. Quod si eius corporis forma eu-
nescit, & corruptitur essentia eius, tamen eadem
materia deniq; remanet, mox induens aliam for-
mam, quam modo suscipere possit. Et probatur hæc
definitio ex his duobus principijs Physicis, nempe.

Quod ex nihilo nihil fit, sed necesse est quippiam ex Duo prin-
aliquo fieri, & Quod nihil evanescit in nihilū, sed cipia phy-
necessæ est quippiam in aliquod abire & corrupti. sica.
Nam alioqui nature cursus, & successiones, uicissi-
tudinesq; prorsus interirent.

Q VINTO: Quoniam & ipse Aristoteles fa- Quomodo
tetur materiam primam per se, neq; uideri, neq; co peruenien-
gnosci, sed per analogiā, hoc est, per exempla alie- dum sit in
na ab artibus, uel ab accidentibus sumpta, imagina= cognitio-
tionem tantum concipi. Quæ exempla proportionem nem mate-
rialiam & similitudinem cum natura habent. Itaq; ria pri-
& nobis erit agendum exemplis, si hoc principium mæ.
utcunq; intelligere uelimus, Sicut ergo figulus ope= Exemplū
rosior aliquis, & magis sedulus, in sua officina ha= analogiū
bet in promptu aceruum & massam ingentem ex materiæ
argilla congestam, ad huc tamen plane rudem, in= principijs,
formem, non subactam. Deinde facturus idem arti-
fex uasa fictilia qualiacunq; particulas decerpit de
suo aceruo & massa argillea informi & confusa,
non in aliud usum, quam in rota figulari mani-
busq; suis decerptas particulas argillæ subigat &
præparet, ita ut suam quæq; formam uasis fictilis ac-
cipiat, eaq; uestiatur, & ornetur, ueruntamen uas-
ficti •

fictile nondum esse perfectū uidemus, nisi probe co-
quatur, & induretur igni ista materia sic prepara-
ta neq; dum absoluta forma uestita. In hunc modum
natura est plane quasi figurus, pro officina habens
mundum capacissimum, & materiam primam tan-
quam massam argilleam, ex qua materia prima de-
cerpit quotidie, imo & in horas, & in momenta
quoq; particulas subigendas, preparandasq; ad cu-
iuslibet corporis naturalis formam suscipiendam.
Qualia uero ipsi figulo sunt uasa fictilia, ut urcei,
amphoræ, fideliae, patinæ, pelues, pocula, cacabi,
aliaq; terrea uasa, & signata talia sunt naturæ cor-
pora naturalia, ut elementa, meteora, plantæ, me-
tallaria, bestiae, homines, & similia. Veruntamen
accedere oportet ad perfectionem corporis natura-
lis, uires, & qualitates elementorum, ut calidum, fri-
gidum, humidum, siccum, ueluti fictilia imperfecta
mollirentur humore aqueo, ut facilius possit impri-
mi forma. Deinde in fornace exiccantur & indu-
rantur igni, atq; hoc exemplo analogico interim
definitionem materiæ primæ, ut cunq; exposita iu-
dico, etiam iuuenili captui. Obserua & poëticū il-
lud chaos, ab Ouidio descriptum, quod ipse Hesio-
dum & Orpheum secutus, ante mundū ipsum exti-
tisse (tanquam materiam primam mundi, & omni-
um eius partium) credidit, cum tamen secundum
ecclesiasticos scriptores materia prima statim cum
ipso mundo ex nihilo sit creata à Deo, ita.n. scri-
ptum

**Chaos poë-
ticum.**

ptum est Gene. i. In principio creauit Deus cœlū & terrā, & terra inanis & uacua, & tenebrae erant super faciem abyssi. Hic quidam terram inanem, & uacuam, & tenebras, dicunt plane esse materiam primam & chaos illud informe, confusaneūq;. Item philosophi græci materiam primam uocant ὑλη, id est, syluam, à similitudine per metaphoram, sicut n. in syluam suppetit affatim materies cui libet ædificio ligneo, uel corpori ligneo fabricando, quamquam rudis neq; dum dedolita, & expolita, sic ex materia primo, & chao, naturæ affatim suppeditatur materies fabricando cui libet naturali corpori. Et hæc de definitione, sequuntur inde propriæ nōtæ, quibus hoc principium describitur.

SEXTO: Libet hic breuiter enumerare octo Proprietates, uel conditiones, quibus materiam pri mā circumscribunt & depingunt Physici, ut eo teriæ. facilius intelligi queat definitio, & hoc caput, in quod intendendus est sensus cōmunitatis, non n. hic de rebus in alio mundo positis loquimur, Sed de his, & talibus, quæ imaginatione possint apprehendi, & quæ Scholis solennia tritaq; esse debeant. Prima ergo proprietas est, quod materia prima uel communis est ingenerabilis, hoc est, nūquam generata, sed coæterna mundo sicut & de chao scribit Ouidius, Physici enim dicunt materiam primam & mundū nunquam cœpisse, sed fuisse semper æternū, ut infra in 2. capite primo uidebimus. Veritas tamen diuina coarguit

C O M M E N T . P H Y S .

coarguit & multū, et materiam primam ex nihilo
creatam esse, quod non assequi, neq; credere potest
ratio humana. Vide autē pulchram disputationem
Lactantij, in libro 2. cōtra Ciceronem & Physicos,
qua probat diserte materiam primam non ingene-
rabilem, sed creatā esse à Deo. Secunda proprietas,
II materia prima est incorruptibilis, quia si corrum-
peretur, necessario abiret in aliud quiddam, atq; ita
III non esset ultimum subiectum. Tertia, materia pri-
ma est insensibilis, & sola imaginatione percepti-
III bilis, per analogiam, ut sēpe supra dictū est. Qua-
ta proprietas, materia prima est informis, perinde
ut poēticum chaos erat informe, tamen idoneū cu-
V iuslibet corporis formē suscipiendæ. Quinta, Ma-
teria prima non consequitur formam sibi coeternā,
neq; perpetuam sed caducam, & temporaneam,
VI quā subinde mutat. Sexta, Materia prima est inde-
finita, aut illimitata, ut isti loquuntur, qui non uni,
sed cuiilibet formē præparatur, sicut cera eadē sus-
cipit impressum signum hominis, lupi, canis, auicu-
læ. Sicut & ille Protheus mutabilis, quamlibet indu-
ere potuit formam, ut est in quarto Georgicorum,
quem mythologidicunt esse symbolū materiæ pri-
mæ. Septima, Materia prima est appetens cuiusli-
bet forme naturalis, cuius suscipienda suo tempore
est habilis & apta. Cum aut̄ ipsa sit corporea, nem-
VII pe pars substanciæ corporis, non potest in duere nisi
corporeas quoq; formas, & non immateriales, neq;
mere

mere imaginarias, neq; spirituales, quales sunt uir-
tutum, uitiorum artium, spirituum, formæ, absq;
materia ulla. Et suam formam appetit materia si-
cut foemina uirum, & sicut turpe appetit pulchri-
tudinem, proptersui perfectionē, qui appetitus uel
habilitas materiæ ad formam, est maxime propria
nota ex officium materiæ, uel potius differentia es-
sentialis. Octaua proprietas, Materia prima est me-
re passiva, quia patitur se preparari, subigi, & in-
formari sicut cera informatur & fingitur per spe-
ciem, uel formam candelæ, uel animalis, aut cuius-
libet signi, ideoq; supra diximus eam esse subiectū,
& principium passuum. Atq; hæc de materia pri-
ma altero principio primo satis est modo tenere,
que tamen infra multis locis exponentur magis per
specie atq; repetentur.

VIII

D E F O R M A.

Caput XV.

PRIMO: Varie significat nomen formæ, nem Formæ ac
cepiones. II
pe pulchritudinem, ut forma bonū fragile est.
Deinde speciem uniuersalem prædicabilem apud
Dialecticos in prædicabilibus, ex apud Ciceronem
in Topicis. Item: Ideam, sic. n. Platonis Ideas uo-
cant formas latini, ut infra eodem, capi. 20. dicam.
Item formæ significat formam separatā, id est, sub-
stantiam incorpoream, & spiritum. Item formam
incidentariam, ut sunt qualitates sensibiles, uel ima-
ginariæ, sic dicimus formam iusticiæ pulcherrimā
esse

III

IV

V

C O M M E N T . P H Y S .

V I

esse & amabilē maxime si oculis uideri possit. Item
essentiā substantiae uel accidentis cuiuslibet, de qua
 Gilbertus Porretanus in principijs scribit. Item per
 fectionem rei, sic ex anima dicitur forma corporis,
 id est, perfectio corporis animati. Verū hę septem
 significaciones enumeratę nō pertinent proprie ad
 hoc caput. Itaq; demum octauo forma hic significat
 formam Physicam, alterum naturale principium.

VII

*propria
affinitatis
formae dicitur*

Diuisio
forme.

Forma
quare cō=
munis di=
catur.

S E C V N D O : Inter alias diuisiones forme, hec
 est potissima, formam aliam esse primam, uel com-
 munem, de qua in hoc cap. Aliam esse secundam, uel
 propriam, de qua infra eodem cap. 20. Non oportet
 autem imaginari inepte, formam ideo dici commu-
 neam, quasi omnium rerum, corporumq; naturalium
 confusa sit una forma, ex eadem essentia, ut pseudo-
 platonici quidam somniant, ponentes id eam com-
 munem alicubi in mundo stare separatam, à rebus
 & materia, sicuti spiritum aliquem. Sed quia ratio
principij secundi, quod forma dicitur, cōmunis est,
 & ex equo communicata omnibus corporibus, ut
 enim homo est ex materia prima, & secunda, sic
 etiam homo suam habet essentiam à forma prima
 & secunda, quarum secunda propria hominis, non
 communicatur cani, lapidi, arbori, elemento, sed
 prima forma & materia, homini cōunis est, cum
 cane, lapide, arbore, elemento.

definitio
Forma
quid.

T E R T I O : Forma est principiū diuinum, opti-
 mum, appetibileq; ipsi materiæ suæ prime, quam
 informa-

informat, suppeditans cuilibet rei naturali essentiā. Item forma est principium, dans primo essentiā corpori naturali.

QUARTO: Definitionis utriusq; ex Aristo Expositio telis uerbis elicit.e, hec ferē est sententia. Forma est definitio principium primum actuum, informans, et figurans, depingensq; materiam primam sui appetentem, ita quidem, ut eam totumq; adeo corpus naturale ipsa perficiat, et quasi Deus quidam cōseruet, atq; rei naturali actum suū essentiamq; suppeditet, cum sit eadem forma altera pars corporis diuina quidem et melior, qua in ditta corpori, statim cesseret Forma, generatio, succeduntq; actiones naturales, quia si nis genera nis generationis est forma, et quodq; agit uirtute tioni s. sue forme, quae si abeat rursum, tum mox corrumpitur corpus, ita, ut nihil præter materiam primā informem rudemq; supersit, ut iam exemplis indicabo. Siquidem ut materia prima non intelligitur nisi per analogiam, ita et formæ rationem officiaq; oportet inquirere per similitudines rerum earum, que sunt obuiæ sensibus.

QVINTO: Exemplum analogicum quo for= Exemplū ma principium intelligitur, hoc interim esto, quod analogicā ab ipso homine sumitur. Propone itaq; tibi homi= formæ pri nem quempiam, utpote Iulium, uel Marcum, atq; cipijs. huic primum adimes sensibilia accidentia, ut colore, figuram, qualitates externas et internas. Mox adime insensibilia quoq; accidentia ut uirtutes, uitia,

F affectus

C O M M E N T . P H Y S .

affectus, habitus, relationes, potentias & actiones. Iam sublatis accidentibus istis, superest sola substantia, formaq; hominis secunda & propria, quā nulla alia substantia præter hominem habet. Verū ut inquiras formam principiū, oportet homini conferri equū, aliudue animal, aut corpus, ut arborem, herbam, lapidem, metallū, atq; his pariter adimere sua accidentia externa & interna, sensibilia atq; insensibilia, Quæ separatio fit per imaginationem solam ut & dialectici dicunt de inseparabili accidente, tandem separando à suo subiecto. Sublatis aut̄ istis corporū accidentibus sua cuiq; supererit forma secunda & propria, utpote forma equi, animalis, lapidis, arboris, herbæ, metalli. Quod si īā istam quoq; propriam formam euane scere sinis apud animū tuum, & cōmūnem corporis formam istis iam enumeratis rebus permittis, à qua forma, ex æquo essentiam suam accipiat omnia corpora elementaria, uel composta ex elementis, illa deniq; forma remanens est principium primū formale, de quo in hoc capite disserimus. Porrò, ablata etiam hac forma prima, & cōmuni, quod superest tenuē quiddam, & imaginatio ne uix cōpræhensibile, id reuera est materiale principiū, et materia prima, cōmuniq; corporū, de qua supra capite proximo tractauī. Vide & aliud exemplum de materia formaq; principijs primis, animo inuestigandis apud Rodolphum in primo libro topices, cap. de materia & forma, partibusq; substancialiæ. Sic

Aliud ex-
emplum
analog.

tie. Sic ergo uidemus sensim & gradatim esse eundum, à proprijs secundisq; corporū principijs, quo ad perueniamus mente ipsa, ad prima, & deniq; ad ipsum chaos, id est, ad materiam primam, que tamen si sit informis & rudis, tamen naturalem habet appetitionem, & habilitatem ad formam primam denuo recipiendā, sicut materia secunda propriam quoq; formam appetit, quam recipere possit.

SEXTO: Forma non est ex ulla materia. Nam Materia alioqui non esset primum principium, sed informat formæ. materiam primā, & pariter eodem momento temporis cū materia operatur ad compositionem corporis, sicut mas & foemina eodem momento operantur ad sobolem. Formalis autem causa eius est Forma. hec ipsa forma, quam habet, & qua uestit corpus mobile. Efficiens causa forme, sicut & materiæ pri- Efficiens. me est Deus ipse, totius nature creator ex nihilo, quem Plato sepe uocat esse Torem atq; largitorem formarum. Finis autem formæ est essentiam corporis Finis. naturalis completere, & conseruare, ut ex definitione patet. Sicut enim materia est principium passuum, cuius ratione mutantur corpora, sic forma est principium actuum, cuius ratione conseruantur, actuosaq; sunt corpora.

SEPTIMO: Forma sortitur uaria nomina, ex varijs officijs, & coparationibus. Nam dicitur forma respectu materiæ sue, quam informat, & figurat. Dicitur & species respectu cognitionis, quia

Synony
I ma for
me.
II

C O M M E N T . P H Y S .

III queq; res persuam formam & speciem definitione
 cognoscitur. Dicitur & ratio, quatenus definitionē
 constituit, remq; describit. Dicitur & ē de λέξει,
 id est, actus respectu priuationis, quam repellit ex
 V materia, ut iam capite proximo uidebimus. Dicitur
 & substantia uel essentia, quatenus est altera & me-
 Duo prin- lior pars substantiae, incorpore naturali. Sicut aut
 cipia in totum compositū, id est, corpus naturale est in prae-
 quo prædi dicamento substantiae, sic materia & forma, iuxta
 camento. primæ, secundæq; sunt in prædicamento substantiae,
 seorsim per se consideratæ, atq; absolutæ. Et hec de
 his duobus principijs substantialibus indicasse satis
 est. Sequitur tertium accidentarium, Priuatio.

D E P R I V A T I O N E .

Caput XVI.

Signifi- I PRIMO: Physici hoc loco appellat priuatio-
 cata pri- nem nō absolutam & meram negationem, ut
 nationis. cū dicimus lapidem non uidere, aut cæcum esse lapi-
 II dem. Neq; meram amissionē alicuius formæ substanciæ,
 uel accidentariæ, ut cū semel mortuum canem nunquam reuiuiscere posse dicimus, ut cum oculis bū oculis dicimus plane cæcum & nunquam recipere posse uisum. Sed priuationem deniq; uocant eius formæ absentiam, quam mox materia potest suscipere, ut cum dico pannum nondum esse tunicam.

III SECUNDO: Priuatio principiū, est absentia & carentia formæ in materia habili ad illam for-

mam

Priuatio quid.

mam suscipiendam. Huius definitionis sententia ferè Definitio
hecest. Priugtio est principium corporis naturalis exponitur
accidentiarum, & mera absentia eius formæ, quam
formam sibi aptam & idoneam appetit materia, et
quam mox generatione perfecta assequitur. Neq; Opinio
defuere qui dicerent priuationem non cum sola ma- quorundā
teria tanquam subiecto suo cohærere, sed etiam cū de priua-
forma conuenire, Ita ut priuatio sit informatio, id tione.
est, inceptio formæ, in materia nondum formatas fa-
tis. Sic tepiditas in aqua est inceptio caliditatis, nō=
dum perfectæ, sed perficiendæ. Sic in ovo tanquam
in materia, pullabilitas, id est, inceptio pulli nondū
perfecti, est priuatio, & isti quidem nihil admodum
à sententia Aristotelis aberrant. Nam sic reuera Priuatio
priuatio est medium principium generationis, con- cur exco-
iungens principia duo contraria, scilicet materiam gitata ab
& formam, & consotians ad generationem corpo= Arist.
risnaturalis, Nam alioqui sine medio, ex contrarijs
principijs duobus nihil fieret, ut prolixo Aristote=les probat, circiter finem i. libri Phys.

TER TIO: Dicitur autem priuatio esse princi- Priuatio
pium per accidens, bifarium. Primo: Quia per se I cur prin
nihil est priuatio extra materiam, cui inheret tan= cip. per
quam proprium accidens. Deinde quod adueniente II accidēs.
forma evanescit priuatio, & prorsum interit, ut
neq; sit pars substantiæ corporis compositi. Præte= Cur priua
rea dicitur habilitatem requiri in materia, priua= tio tantum
tionem patiente, Nam ut dixi materia nō iudicatur sit in mate

C O M M E N T . P H Y S .

Cur commentus sit priuatio nē Arist. priuari illa forma quam nunquam posse recipere, ut in ouo non est priuatio assidue pomu. Sic q; priuatio est plane eadem numero cum sua materia, nisi quod ratione, id est, definitione differunt. Neque uero Aristoteles (tametsi solus) hoc principium commentus est temere, sed necessario, ut iam indicavi. Nam duo contraria principia non possunt cooperari ad unius compositi corporis generationem, sine principio medio, per quod medium sit progressus à termino à quo ad terminum ad quem, ut infra eodem cap. 27. patet. Atq; ita hæc priuatio illicit, & impellit materiam formæ indigam, ut desideret, ac recipiat formam sui perfectionem.

Priuatio nis diuisio nes. **I** Q V A R T O : Sicut supra in diuisionibus dixi, materiam & formam aliam esse primam, aliam secundam uel propriam. Sic & priuatio alia est communis, nempe in materia prima communi. Alia est

II propria nempe in materia secunda. Item priuatio alia est substantialis, absentia formæ substantiae, alia est accidentaria, absentia formæ accidentis. Sicut & forma quædam est substantia quædam est acci-

Priuatio nulla spiri tualis negat coelestis quare. dens. Ceterum nulla priuatio dicitur spiritualis, nulla spiri quia cum substantia incorporea non habeat materialis, ergo nec priuationem habet. Sicut nec illa dicitur priuatio superior uel coelestis. Nam in materia coelestium corporum nulla est plane priuatio, cum illa habeant perfectissimam formam, qua meliorem ne quidem suscipere possint, nedum uelint desiderare,

desiderare, & in coelestibus corporibus cum sint
iugenerabilia, & incorruptibilia iuxta Physisos,
potentia non precessit actum, aut formam. Quia Cōtingere
(ut illi aiunt) contingere nihil differt ab esse in per- ab esse ni-
petuis, hoc est, esse posse, & reuera esse nihil tempo- hil differt
re differunt, quia mox cœlū semper fuerit perfectis in perpet-
simū, neq; materia cœli, unquam informis extiterit. tuis.

DE COMMVNIBVS ET proprijs Principiorum.

Caput XVII.

PLVR A quidem de principijs dici posse, &
debere fateor, si quis ista uelit exacte per om-
nia nouisse, uerū quia doctoribus hic cōmentarius
non satisfaciet ullo modo, ideoq; & Arist. & alio= Vsus huius
rum cōmentarij sunt legendi, ad quos, si uiam ali= cōmenta-
quā aperire possim, satis superq; officio defunctus rij phys.
esse uidear. Quin ergo hactenus dictorum de prin= Summa
cipijs à cap. 12. Epilogū hic subtexere libet, ut iuuē= quinq; præ
nes præsertim, ea facilius memoria complecti pos= cedentium
sint, et iudicare in quibus præcipue debeat insistere. cap.

PRIMO: Principia naturalia ex quibus primū Principia
componitur quoq; corpus naturale, sunt tria, scilicet naturalia
cetera, materia, forma, & priuatio. quot.

SECUNDO: Dicuntur hæc prima principia, Cur pri-
quod ex his oriuntur omnia secunda principia, ut e= ma princ.
lementa, materies, formaq; propriæ, uel singulares. dicantur.

TERTIO: Quia elementa mutantur inuicem, Quare ele

C O M M E N T . P H Y S .

menta non eragunt, ut experientia docet, ergo necesse est posse sint prima nere alia priora principia elementis. Nam omnis principia mutatione extractione materie. Et omnis actio est à forma. Ergo oportet pariter materiam, et formam priores esse elementis, quibus hæc communicant.

Princip.

Q V A R T O : Principium itaque aliud est primum, aliud secundarium vel proprium cuique corpori, sicut materia et forma prime secundaque sunt.

Materia

Q V I N T O : Materia est subiectum, ex quo corpus naturale generatur primum, et in quo corruptitur ultimum, ut patet in exemplis analogicis, fictilibus: ex terra et massa, quæ sic conminuantur, rursum in terram vel massam, tempore suo rediguntur.

Materiæ

SE X T O : Octo sunt conditiones materiæ prime. **primæ o-** Quod sit non generata, non corruptibilis, insensibili-
cto condi- lis et latens pars corporis naturalis, informis, idoneities. nea formæ cuique, indefinita, appetens formæ, mere
Forma pri- **S E P T I M O :** forma est principium (passiva.
ma quid. informans materiam primam, cuilibet corpori naturali suppeditans primo essentiam.

Princip.

O C T A V O : Materia et forma prime sunt nihil sunt corporis naturalis partes substantiariae latentes, non extra cor- quidem seorsim extra compositum corpus sciun- pus cōpos. et, sed proportione geometrica cuilibet corpori naturali communicatæ. Sicut ergo manus et pedes non sunt corpus hominis, sed partes sunt humani corporis. Ita materia et forma prime, extra compositum, nihil sunt quicquam, nisi imaginarium quidam,

quiddam, nomine magis, quam re notum.

NONO: Varia sunt nomina materiae & formae Synonyma quibus utriusq; exponitur natura. Nam materia uero materia catur materia prima, sylua, substantiae pars igno= prima. bilior, subiectum primum, & ultimum, commune receptaculum corruptibilium, chaos, natura fœminina. Sed forma uocatur forma prima, species, Synonyma ratio, substantiae pars nobilior, ἐνδελέχεια, essentia= forma pri- tia, conseruatrix essentiæ, natura masculina. mæ.

DECIMO: Priuatio est absentia & parentia Priuatio forme cum habilitate materiae prime, ad formam quid. primam suscipiendam.

VNDECIMO: Priuatio est principium mere Discr, in= accidentarium, & medium consocians materiam ter priuat. & formam, sic consensus semel testatus coniungit et alia duo sponsum & sponsam. Alia uero duo sunt principia princip. substancialia tanquam pars substantiae, nempe ma- teria passuum, & forma actuum principium.

DVODECIMO: Communia principijs duo Commu- sunt, nempe, ut sint ante omnia corpora mobilia na- nia prin- turalia, & tamen sint in omnibus corporibus gene- cip. que. rabilibus, & corruptibilibus, tanquam pars substan- tiae eorum, hæc duo scilicet materia & forma. Sed priuatio statim post generationem perit. Deinde II comune est principijs non aliunde generari, neq; ex se inuicem, Imò ingenerabilia, & incorruptibilia esse. Quare cum elementa, & materia formaque Elementa, cunda iuxta generentur & corrumpantur (sicut secunda.

COMMENT. PHYS.

princip.
cur.

Propria
principia

& partes corporum integrales) ideoq; ista nō appellantur, neq; sunt principia prima, sed secunda.

AD VLTIMVM: Propria cuiq; principio ex antea dictis satis apparent. Tantū enim de principijs primis indicare uolui hactenus, quantum iuuenili captui & incipientibus hæc elementa Physices discere uisum est satis esse.

DE CAVSIS.

Caput XVIII.

ALTERA in naturæ definitione particula erat naturam esse quoq; causam, nō solum principium. Ne ergo nomen aut uim causæ ignoretio cognitio summopere cauere oportet. Quod si enim scire est rem per causas suas cognoscere (ut toties ingeminat Aristoteles atq; alij multi) Quod si & Physica est scientia de principijs, causis, & effectis rerū naturalium, minime hic locus debet negligi, qui uel solus maximum momentum adfert ad scientiam naturæ uel rerum naturalium. Et si nihil aliud cōmoditatis, aut oblectationis discenti afferret Physica, tamen erat diligentissime complectenda, propter unum hoc caput. Nā hæc de causis præcepta in aliâs quoq; professiones non modo ualent, uerū & summe necessaria sunt, quæ certe pleriq; docti testantur à Physicis repetenda esse. Et quidem philosophus sine cognitione causarum est merus sophista, parum uel nihil ab indoctis Idiotis & rusticis differens, cū nihil admodum supra uulgas imperitū sapiat, quod

non

non ultra uulgares effectus progreditur, neq; penitus inquirit effectus proprios, nedum causas occultiores. At, si (prudentissimo Poëta teste) is deniq; est fælix, qui potuit rerū cognoscere causas, necesse est infælicem esse cum & intenebris agere, qui causas non nouerit, & reuera magna est infælicitas homini, ad investigationem & notitiam ueri genito, in tanta caligine mentis, & in ignoratione optimarum iucundissimarumq; rerū, uelut in periculosa tempestatis iactatione uersari, animo dubiū huc illuc incertū fluctuari. Quare studiosis est summo pere laborandum, ut sese ab ista infælici ignorantia vindicent, & caliginem animo obiectam abstergant, diligentissimae inquisitione, & doctrina causarum, ex quibus pulcherrime res emanant, atq; nascuntur, quales affatim nobis Physica cum primis exhibet. Sed ne longior hic fiat declamatio, hunc locum quam possum clare tractandum aggrediar.

P R I M O : Causæ uocabulo hic non utimur ut rhetores qui vñποδεσι, argumentū, negotium, matteriam, item probationem. Et ut dialectici rationē mediumq; syllogismi uocant causam. Neq; nimis parce efficientem solum, atq; finem nominamus causam ut Cicero in topicis appellat. Verum Physicus nominat causam in genere id, propter quod aliud est, nempe effectus. Et quamuis hic torqueant Differentes multi, quomodo causa differat à principio, in tia inter Aristos

Causa
I signifi
II cata-

III

IV

V
Differen-

C O M M E N T . P H Y S .

**cals. &
princip.** Aristotelica definitione naturæ, fateaturq; Aristoteles in quinti metaphysics initio, Synonima sere esse causam & principium, nihilominus tamen cōsensum scholarum ego sequendum esse iudico, qui hæc ita discernit, ut principium proprie significet materiam primam, & formam primam & priuationē. Causæ uero appellatio amplior significet & ista principia prima, & materiā secundam, & formam secundam uel propriam. Deinde efficientem, finemq; rei, ut iam mox indiuisiōnibus ostendam.

**An sit causa.
sa.** SECUNDΟ: An sit causa aliqua, dubium non est adeò, ut prouerbium quoq; testetur, Nihil sine causa esse, uel fieri. Et Deum naturamq; nihil face re frusta, id est, sine causa. Ergo omissa questione superuacua, potius inquirendum est, quæ & qualis sit causarum uis, natura, atq; differentia.

Causa qd. TERTIO: Causares est antecedens, ad quam suus effectus sequi potest, ut pannus est, ergo tunica potest fieri suo tempore. Atq; hæc definitio causam in genere notificat.

**1. Diuisio
caus.** QVARTO: Causa alia est prima infinita, nempe Deus ipse primus motor, autor, & effector omnium rite appellatus. Quoniam ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. De quo supra capite tertio dictum est. Alia est causa finita secundaria, dependens à Deo, qui eam reddit actuosam, à quo Deo sunt & dependent cœlestia, atq; inferiora.

2. Diuisio Item Causa finita, alia est superior cœlestis uniuersalis

salis quæ alias influentia, uisq; & virtus coelestis caus.
uocatur, operans in uniuersa hæc inferiora. De qua
infra in secundo, ca. 2. & 3. tradetur. Alia est infé-
rior, dependens ab illa superiore coelesti. Porrò au= 3. Diuisio
tem finita inferior causa, à coelesti, & inde à Deo caus.
dependens, est aut Fatalis, ut Fatum, de quo supra
cap. 4. Aut Naturalis, de qua proprie in hoc capite
docebo. Aut Fortuita, ut Fortuna & Casus, de qua
infra eodem cap. 24. & 25. Aut est Voluntaria, ut
Voluntas, & liberum arbitrium, de qua infra in
quarto, capite 23. & 34. & 37. dicam.

QVINTO: De causa naturali hoc capite tra-
ctabo præcipue, tametsi alias quoq; attingam, regu-
le & exempli causa. *Hec ergo naturalis sic defini-*
tur. Causa est res naturalis, uel secundum naturam, *Præmissa de se*
ad cuius essentiam, uel intentionē, sequitur actu aut
potentia suus effectus, ut quia ouum est, pullus esse
potest. *Quia nubes est, pluia fieri potest.* *Quia est*
aqua, humectatio fieri potest, Definitur etiam hoc
modo. *Causa est antecedens res naturalis, uel secun-* *Causa na-*
dū naturam, ex qua, per quam, à qua, propter quā, turalis
aliæ res consequens, hoc est, effectus esse aut fieri po-
test, ut ex nube resoluta potest fieri pluia, ut per
formam suam est pluia, ut à uirtute coelesti est plu-
via, ut propter humectationem terræ est pluia.

SEXTO: Duodecim aut plures sunt apud Phy-
sicos, aliosq; causarum diuisiones, quarum tres iam
supra enumerauit. *Quarta uero hæc est.* *Causa na-* 4. *Diuisio*
turalis caus.

C O M M E N T . P H Y S .

turalis sunt quatuor species , scilicet materia , for-
ma , efficiens , et finis , quas isti uocant causas mate-

Quae situa rialem , formalem , efficientem , et finalem . Atq; he-
caus. qua= species quatuor totidem quae situiis eliciuntur , et
tuor.

notantur , nempe ex qua scilicet materia , per quam
scilicet formam , à qua scilicet efficiente , propter
quam scilicet finem . De quibus infra . Nunc interim
has breuiſſimas descriptiones obſeruare oportet .

Materia. Materia est causa , ex qua est effecta res , tanquam
ex parte ſubſtantiali , ut ex hordeo , aqua , et lupu-
lo decoctis eſt ceruifia , de hac infra eodem capite

Forma. proximo , et ſupra capite decimoquarto . Forma eſt
cauſa , per quam reſ effecta habet ſuam eſſentiam ,
et nomen , ut per formam ſuam eſt et nominatur
menſa , tunica , fornax , homo , per formam quoq;
ſuam , quilibet effectus habet ſuas actiones et uires .
Etenim forma affert rei eſſentiam , et omnes ope-

Efficiens. rations uirtutesq; coniunctas eſſentiae . Efficiens eſt
cauſa , à qua fit reſ effectat anquam à mouente , et
faciente primario , ut à ſartore conſuitur uestis , à
ſole oritur lux et dies , infra eodem capite uicesimo

Finis. primo . Finis eſt cauſa propter quam reſ effecta eſt .
et fit ab efficiente , quem ipsa finalis illicit , et im-
pellit ad operandum , et agendum , ut propter cor-

5. Diuīſio
cauſ. poris protectionem uel ornatū efficitur uestis , pro-
pter eſum et alimentum naſcuntur fruges , ut infra
eodem cap . 23 . Quinta diuīſio . Cauſarum alia eſt
interna , que eſſentiam corpori prebens , fit eiusdem

pars substantialis, ut materia & forma, ideoq; ex Interna
Cicero has duas nomine partis censet, ut supra quo= caus.
que capite duodecimo, dixi. Alia est externa cau- Externa
sa, que essentiam quidem corpori prehens extrin- caus.
secus, tamen non sit pars compositi, sed extra illud
manet, ut arbor non est in pomo, neq; sartor est
pars uestis, sicut pannus. Sic ergo efficiens & finis
sunt externæ cause, quibus corruptis, uel non con-
secutis tamen effectus perdurat. Contra uero cor-
ruptis materia, & forma, necesse est corpus quoq;
corrumpi, & interire. Sexta diuisio. Causarum alia 6. diuisio
est uniuersalis, alia particularis. Causa uniuersalis caus.
alioqui communis uocata, ea species indiuidue cau-
se, uel specificæ cause, ut cum dico homo generat
hominem, animal generatur ex animali, arbor ex
semine, atq; hic aliter uocamus causam commu-
nem, quam supra materiam & formam commu-
nes. Causa uero particularis, alioquin singularis Caus. par-
aut indiuidua dicta, est plane indiuiduum, cause tic.
fungens officio, ut cum dico hic homo generat hunc
hominem, hoc pirum nascitur ex hac piro, hoc po-
mum nascitur ex hoc germine. Atq; ex hac parti-
tione nascuntur infinitæ theses, & hypotheses, a-
pud medicos, rhetoresque & Philosophos, in alijs
quoq; professionibus, rebusq; non naturalibus.
Et recte admonent, à singulari causa ascenden-
dum esse ad uniuersalem, ordine prædicamentario
quasi, tametsi Physica nihil admodum de singulari
causa

C O M M E N T . P H Y S .

Singula.

causa effectuq; particulari docet. Quia ab arte singularia sunt remota, præsertim quæ theoretica sit. Praxis autem & usus artis exercetur circa singularia & individua. Vniuersalem quoq; causam uocat alias, ut supradixi, superiorē cœlestē m̄q; causam, eò quod uniuersa effecta naturalia à cœlesti uirtute dependeant, & uegetentur. Septima diuisio. Causarum alia est per se uel propria, ad quam effectus per se uel proprie sequitur, ut ædificator est causa propria ipsius ædificij, poëta est causa propria boni poematis. Alia est causa per accidens uel impropria, nempe quodlibet accidens proprie cause separabile, uel inseparabile, ut eiusdem ædificatoris albedo, sanitas, sunt causa impropria ædificij. Sic Lucius Marcus Quintus, & similes sunt causa impropria ædificij. Sicut elementa quatuor, sunt causa propria, & per se corporum generandorum, sed qualitates elementorum sunt cause per accidens corporum. Octauadiuisio: Causarū alia est propinqua, ut pannus tunice materia est, poëta boni carminis est effector. Alia est remota causa, ut lana ex qua pannus fit, ut ouis gestans lanam est causa remota uestimenti. Et probe debent obseruari hæ due diuisiones, uitiose enim colligitur saepe ex causis improprijs, & remotis. Quo uero proximiior proprie & propinquæ cause una queq; est causa, eò certiore notitia rei adfert, neq; hic cum indocto uulgo desipiendum est. Quod obuias tantū præhensat causas, plerumq;

remotas

Cœlest.**caus.cur
uniuer.****Caus.per
se.****Caus.per
accidens.****8.Diuisio
caus.**

remotas, & impro prias, cum hæ sint vulgari captiu
 magis idoneæ & promptæ. Nona diuisio: Causarū 9. diuisio
 alia est necessaria, quam necessario consequitur esse caus.
 atus, ut ex bona arbore fructificante, necessario na= Caus. Ne
 scitur bonus fructus, ex mala arbore nascitur ma= ces.
 lus fructus, necessario. Alia causa est nō necessaria, Caus. con
 sed cōtingens sine qua effectus tamen sequeretur, ut ting.
 colloquium est causa amoris non necessaria. Etenim
 potest amor etiā sine colloquio conciliari. Sic lignū
 est materia non necessaria mensæ. Nam hæc potest
 etiam ex lapide aut metallo fabrefieri. Ita quælibet
 causa accidentaria separabilis, est mere contingens
 causa nō necessaria. Decima diuisio. Causarum alia 10. diuisio
 est constans, & certa, cuius effectus nequaquam ua= caus.
 riat, sed certus est. Sic natura & ars & habitus con= Caus. cer=
 stanter eodem modo cursuq; agunt, ut ignis admo= ta.
 ta materia ustibili non potest non urere, aqua non
 potest non humectare. Alia causa est inconstans & Caus. inc=
 certa, quæ uariat effectu. Sic uoluntas, affectus, in certa.
 experientia, fortuna, casus, ignoratiæ, error, inar=
 tificiosa experientia, agunt inconstanter & in ho=
 ras ferè mutantur, iamq; alios nunc alios effectus
 habent. Undecima diuisio: Causarum alia est incō= 11. diuisio
 plexa, ut statuarius est effector statuæ, Alia est cō= caus.
 plexa, ut Polycletus est statuarius effector statuæ.
 Atq; hoc discrimine uoluit Arist. abstrahere à sub=
 iectis peregrinis, uel accidentarijs, ipsas operatio=
 nes & proprias functiones causarum, ut suum cuiq;

C O M M E N T . P H Y S .

12. caus. officium tribueretur. Duodecima diuisio. Causarū diuis. alia est operans, quæ actu iam operatur, ut arbor in Caus. actu. æstate germinans & fructificans, ut musicus iam Caus. po= canens, panis iam satians. Alia causa est cessans, tentia. quam Arist. potente, alijs otiosam, Physici causam in potentia uocant, quæ habet quidem potentiam o= perandi & facultatem, licet iam actu non faciat ef= fectum, sed cesseret otiosa, ut arbor in hyeme cessans, ut musicus dormiens uel tacens. Ultima diuisio. Cau= sarum aliæ sunt cōnexæ subordinatæ, id est, plures destinatæ simul aut serie sua ad eundem effectum, ut duo trahentes unam nauem, ut hordeum, lupulus, & aqua destinata ad ceruism, ut pater & mater generantes filiū, ita subordinatæ sunt causæ singu= lares cōmuni bus, cōmunes cœlestibus, ecclestes pri= mæ causæ, id est, ipsi Deo, ut iam mox dicam. Aliæ sunt causæ nō cōnexæ neq; subordinatæ, ut cū quæq; seorsim suum præstat effectū, sic uitis & aqua sunt non cōnexæ causæ ad uinum, sic usus & abusus sunt non connexæ causæ finales, neq; ordinariæ cuius= quam rei. Atq; hæ sunt uulgares diuisiones causa= rū, præ ceteris notandæ, quarū plerasq; si rursum diducas atq; subdiuidas, secundum quatuor species causarū, item secundum actū & potentiam, aliasq; formæ diuidendi, non tantum duodecim modi cau= sarū fierint, ut uulgo tradunt, sed erunt longe plures modi, & plurima discrimina, quæ cuiq; diligenti aut curioso promptū est suapte industria exgrere.

S E P T I =

SEPTIMO: Causarū querere alias causas longius quidem est, et difficilius instituto opus, et infinitus propemodum perplexusq; modus, si specia= causæ. tim per singulos gradus singularium atq; cōmuni= um causarum uelimus ire. Oportet ergo in qualibet Canon. renaturali et effectu, causas proximas et proprias inquirere, non autem euagari in remotas, et improprias, neq; ambagibus perplexis expatiari, ut supra etiam admonui. Perueniendum ergo est pa= latim à remotioribus ad proximas quasq; causas, ad quod dialectica diuisione plurimum adiuuabimur, atq; Rhetorica enumeratione. Verum de hoc plura dialectici in materia demonstrationis præcipiunt. Exempla uero in libris sequentibus plurima ipsi ui= debimus. Et experimenta nobis ultro obseruantि= caus. bus se multa offerunt in naturarerum.

OCTAVO: Propria causarum officia cū sint Propria plurima, tamen eorum præcipua octo, totidem re= offi. caus. gulis comprehenduntur. Quarum prima est. Cau= 1. Regula se inter se inuicem saepe coincidunt, hoc est, diuerso de caus. respectu, quippiā idem est, in diuerso genere causa= rum, ut anima est forma hominis, et eadem est finis generationis humanæ, et eadem est efficiens causa operationum naturalium. Sic tria diuersa uocabu= la, et genera causarum, simul accidenti et tribu= untur eidem animæ, diuersa tamen cōparatione. Ita saepissime idem censemur nomine causæ, et effectus ut radij solares sunt effectus solis, à quo proiecun=

C O M M E N T . P H Y S .

2. Reg. de caus. tur, & idem radij projecti, & reflexi sunt efficiem causa caloris & lucis. Secunda regula, Causæ ingrediuntur definitione rei, fungentes plerumq; uice differentiarum, quarum nominibus caremus alioqui, ita maxime forma constituit definitionem essentiam proxime succedit materia, deinde finis, impropriuero efficiens. Et ex his causis demonstratione quoq; & scientiam nasci dialecticis est notissimum.
3. Reg. de caus. Tertia regula. Plures causæ ad eundem effectum saepe operatur simul vel successiue ordine suo, ut dictum est in ultima diuisione, & iam in quinta regula repetetur, sic unius statuæ materia est es & aurum
4. Reg. de caus. uel argentum simul. Quartæ regula. Una eademq; causa, diuersos, immo & contrarios effectus reddere potest, propter aliam atq; aliam rationem materia ipsius præsertim, aliasue causæ, ut sol indurat lutum, & idem liquefacit ceram, ut Cicero modo bene operatur, modo male.
5. Reg. de caus. Quinta. Secundæ causæ non agunt sine prima, neq; inferiores, sine superioribus, ut supra in divisione sexta uidimus, & alibi. Hæc est enim pulcherrima illa catena, qua cohærent causæ singulæres à suis communib; Inde cōmunes à cœlestibus, & superioribus. Deniq; cœlestes ab ipso Deo dependent actuosæq; fiunt. Et quo quæq; causa est propior singulari, eo magis propriæ & propinqua dicitur causa sui effectus. Contra uero, quo quæq; causa est superior, & primæ propior, cōest etiam efficacior atq; potentior, iuxta hoc principium
- Canon

pium. Quicquid potest uirtus inferior, illud etiā potest uirtus superior, ex hoc quidem amplius. Sexta, 6. Reg. de tamet si quædam necessario effectum antecedunt, nō caus. tamen ideo quilibet antecedentia ueniunt appellatione causæ, ut aurora uel lucifer antecedens diem, non tamen est causa efficiens diei. Ita non omnia cōsequentia ueniunt appellatione effectus. Septima, 7. Reg. de Cause inferiores sic dependent in agendo, ut si=caus. nis moueat efficientem, ex illiciat ad operandum. Efficiens autem subigat, ex præparet materiam. Materia uero alliciat formam. Quæ forma finis generationis, ex operis, deinde pariat actiones, effe=ctamq; rem faciat actuosam, ex efficacem, ad sua officia ex operationes præstandas. Octaua regula. 8. Reg. de Cause singulares sēpiissime impediri, ex à cœpto caus. opere depelli uoluntate iniuriaue possunt, ut iniuria tempestatis male afficit arbores germinantes. Cause uero communes ex uniuersales non possunt impediri, nisi totum naturæ cursum tolli posse quis=piā putet. Atq; hæc de causis in genere locutus, iam inde speciatim quamq; tractabo.

DE MATERIA SECUNDA.

Caput XIX.

PRIMO: Species cause prima est materia, hanc supra capite decimoquarto diximus aut primam ex cōmūnem esse, aut secundam ex parti=cularē. Atq; hæc materia secunda est materia cor=Materia.

C O M M E N T . P H Y S .

secunda
quæ.

Species &
exempla
mate. se-
cundæ.

Materia
secun. du-
plex.

poreasensibilis, iam formata per certam formam,
non modo substantiariā, sed & accidentariam sibi
inditam, ut farina est materia panis, ut ligna, lapi-
des, cementa, terra, sunt materia domus, Imò huius
materiæ secundæ species & exempla sunt quotquot
rerum singularium, & individuorum naturalium
uidemus materias, ex quibus illa constant. Sicele-
menta quatuor sunt materia secunda mixtorū cor-
porum, & rursus, mixta sunt materia aliorū cor-
porum mixtorum, ut fumi & vapores sunt mate-
ria pluviæ, niuis, fulminis. Sic aliud corpus ex alio
corporesuæ speciei plerunq;, uel alterius speciei na-
scitur, ut è succo florum pinguiore, & aqua nasci-
tur mel, apum industria, sic & partes uocâtur qua-
si materia totius corporis.

SECUNDO: Materia secunda alia est gene-
rabilis & incorruptibilis, hoc est, ex qua nullum
corpus mixtum nascitur, ut cœlū & stellæ, ex qui-
bus nihil tanquam ex materia nascitur. Alia est ges-
nerabilis, & corruptibilis, ut elementa quæ inui-
cem mutantur, tametsi maxime simplicia, ut infra
in secundo, capite sexto, & duodecimo, & uicesi-
mo quinto dicetur. Sic & mixta corpora ex quibus
alia nascuntur sunt materia generabilis & corru-
ptibilis, ut ouo ex quibus nascuntur pulli, grana ex
quibus frumentum, germina ex quibus fruges gene-
rantur, experimur nasci & corrumpi.

TERTIO: Ex supra dictis patere arbitror,
quantum

quantum materia prima à secunda differat, nempe
 prima uocatur principium naturale. Secunda uero
 cū generetur, & corrumperetur, non uocatur prin-
 cipium, sed causa. Item prima non est destinata, &
 alligata uni alicui formæ, sed cuilibet quam appetit.
 Secunda uero iam habet suam formam, & mox in=
 duere potest aliam, ut hoc germen habens suam ger-
 minus formam induit pomi formā suō tempore. Item III
 materia prima est insensibilis, solaq; imaginatione
 percipitur. Secundam uero ipsi sensuimus, & tangi-
 mus, ut ouū, ut germen, ut aquam. Item materia pri-
 ma est mere passiva. Secunda uero, partim est passi-
 ua recipiens forma cū informatur, partim est acti-
 ua scilicet mouens & preparans se ad recipiendā
 formam, quorū utruncq; de semine manifestum est,
 quod tametsi patitur se informari, tamen & ipsum
 habet in se uim quandam formatiūam, hoc est, qua
 induit sibi ipsi formam. Hoc autem loco Medicis, Questio.
 & Physicis istam permittimus cōtrouersiam com-
 ponendam, utrum semen materiæ magis, an effici-
 entis causæ uocabulo nominari debeat, ut de semi-
 ne, & de seminali ratione, prolixè disputat Alber-
 tus in secundo Physicorum capite quinto. Interim Solutio.
 nos cum uulgo ditemus semen habere naturam ma-
 gismateriæ, quam efficientis causæ, iuxta uulga-
 tam loquendi consuetudinem. Est autem semen cor= Semen qd.
 pus imperfectū, productum à generante, cuius for-
 manon propter se, sed propter aliud agit scilicet ut

Mat. se-
I cunda à
prima
mat. qd
differat.

II

III

III

C O M M E N T . P H Y S .

generetur ex ipso semine aliud quid , simile generanti, atq; hoc semen animatur, & uim recipit genitabilem à spiritu suo uegetabili , quo spiritu uiuifico id ipsum animauit, & uiuificauit uniuersalis & prima causa, nempe natura atq; Deus. Sic germen ex arbore fructificante productum est semen, habens genitabilem uim fructificandi , quod germen non propter se efficax est, sed propter aliud, nempe propter fructum pomi, uel piri, uel alias frugis producendum.

Conuenientia mat.
secund. &
prime.

QUARTO: Conuenit aliquid materiæ secundæ cum prima. Quia sicut hæc prima subinde nouā appetit formam priore deperdita, sic & materia secunda pristinam formam amittens, tamen recipit statim aliam formam, ut ex ligno combusto fit cinis, ex cineribus putrefactis fit gleba terræ, aut uitrum aut lixiuum.

D E C A V S A F O R M A L I .

Caput XX.

PRIMO: Sicut materia prima uocatur principium naturale . Sic etiam forma communis uel prima dicitur principium naturale , supra capite decimoquinto . Contra uero, ut materia secunda, non uocatur principium, quia ex alio nata est se priore, se causa uocatur. Sic & forma secunda non uocatur principium, sed causa. Verum forma secunda est causa, dans cuilibet speciei et individuis essentiam

tiam corpoream, ac nomē, ut petrus à sua forma est
& dicitur homo, ut corpus à formalapidea est, &
dicitur lapis, ut statua corpus artificiosum, à forma
sua est & dicitur statua. Hanc uocamus alias formā
specificam, eò quod nomen speciale dat rei, & essen-
tiam. Vocatur & secūda, respectu primæ. Vocatur
& particularis respectu illius cōmuni, uel uniu-
salis principij. Est ergo forma specifica, uel secun-
da plane essentia rei, quæ si indita fueris materiæ se-
cundæ per generationem, tum cōstituit speciem, &
eius speciei individuum, primam substantiam in re-
bus naturalibus, ita tamen, ut hæc rursum sit alijs
formis accidentarijs & sensibilibus circumscripta.

S E C V N D O: Huius formæ secundæ species, & Species &
exemplatot sunt, quotquot omnino in rerum natu- exempla
rasunt animantium, herbarum, arborum, metallo- formæ se-
rum, elementorum formæ, species, & nomina, & cundæ.
quotquot horum sunt individua, singulariaue, ut ho-
mo, equus, canis, amaracus, narcissus, uiola, pomus
cerasus, nux, aurum, argentum, arena, sal, uitrum,
ignis, aér, aqua, atq; horum individua. Sic & quæ-
libet pars totius naturalis corporis, per se conside-
rata, habet suam formam, ut caput, collum, humeri,
brachia, uenter, pedes, quæ partes collectæ consti-
tuunt totius corporis formam, sicut partes defini-
tionis, ut genus, & differentia, constituunt definiti-
tam speciem.

T E R T I O: Forma secūda est duplex, nam alia Forma se-

C O M M E N T . P H Y S .

cund. du= ingenerabilis, & incorruptibilis est, ut forma cœli,
plex. & stellarum, qualis ab initio mundi perduravit in
individuis quoq; , iam enim non aliud sydus est So-
lis, Lune, Iouis, Saturni, Arietis, Tauri, Virginis,
&c. quam fuit ab initio mundi: Et alia forma est ge-
nerabilis, & corruptibilis, ut elementorum, & mi-
xtorum corporum, quæ partibus saltem, si non toto
subinde mutantur inuicē , iuxta principia illa ma-
teriam, formam, & priuationem. Hinc est quod ui-
demus quotidianas imò & momentaneas uiciſſi-
dines singularium corporum, quorum aliud nasci-

Cōtrouer= tur aliud corrumpitur, aliud mutatur. Verum si-
ſia inter cut materia, ita quoq; forma prima ipsius cœli &
Phys. stellarum, nedum secunda differt ſpecie à forma ma-
teriaq; communi principio, & secundario elemen-
torum atq; mixtorum, quanquam de hoc operose
certant Physici.

Differen. Q V A R T O : Differt forma particularis à cō-
inter for= muni, quia hec non est destinata ad certam materi-
mam com. am secundam sed refertur ad materiam primam.
et for. par. Forma autem particularis uel secunda, non uestit
niſi certam ſuę ſpeciei materiam secundam, in reli-
quiferè conuenit forme primæ & secundæ.

Opiniones Q V I N T O : Variat Philosophi de productio-
philos. de ne forme secunde, quidam enim opinati sunt formas
productio eſſe ſeorsim extra materiam separatas, ante compo-
ne forme ſitionem corporū, & alicubi locorum poſitas à da-
secundæ. tore formarum, id est, Deo, qui eas adliget materiæ
formandæ

formandæ suo tempore. Sicut Origines Theologus dicitur sensisse, quod omnes omnium generandorū hominum animæ sint in principio mundi cum angelis creatæ, & in cœlo agant tantisper, dum suum cuique corpus infometur in utero, quo formato anima è cœlo quasi præcipitata alligetur, & includatur suo isti corpori, sic & illi opinantur formas iam pridem à Deo, & natura creatas & alicubi repositas, agere ibidē tantisper, quo ad sua quæque materiæ immittatur. Sed hæc opinio est erronea, siue de universalibus formis intelliges ut pseudoplatonici de Idæis somniat, siue de singularibus formis interpres, quod est multo absurdius. Alij uolunt formas actu latere in materia insensibiles, ut Anaxagoras censuit omnia in unum principiū, nempe materiam commisceri, & ex quolibet sibi quodlibet, reuera significans materiam primam esse idoneam cuilibet formæ suscipiendæ non quod reuera formæ delitescat actu, in materia prima, tanquam in chao. Aristoteles uero clarissime dicit secundum potentiam quaslibet formas scilicet primas, secundas, & singulares esse in materia prima, deinde quaque in sua materia secunda, tandem ab efficiente causa educi potentia in actu, ut in cera est habilitas quedam ad recipiendas formas sibi idoneas, quæ habilitas exit in opus & effectum, si cera subigatur & præparatur, ut actu recipiat suam formam caniculæ, uel ueris aut similem, ut supra satis superque tractavi.

SEXTO

C O M M E N T . P H Y S .

SEXTO: Quoniam in prima opinione incidit
mentio de idēis, obiter pauca dicam de his quoq; et
Idea quid. simpliciter. Idēa est forma, et imago, cuiuslibet sub-
stantiæ uel accidentis in animo cōcepta, et impres-
sa, quam imitatur causa efficiens, et percognitam
retinet, ut opus suum recte absoluat, atq; dijudicet.
Sic architecton animo conceptam et percognitam
habet imaginem, atq; idēam locati sibi operis, ædi-
ficijq; secundum quam formam ædificat, absoluitq;
domum, Sic ab una forma sigilli quilibet cera im-
pressa recipit similem formā, et hec idēa uocatur
aliās causa exemplaris. Sicq; definitur rotundius,
Idēa est species in intellectu percognita, et collata
Pseudo- ad opus, cui hec forma sua inditur. Itaq; cum idēa
platonico- sit tantum in animo hominis, uel animalis, uel Dei,
rūrror. uel angeli, omnino errāt isti, qui nescio quas abstra-
ctas formas seorsim extra intellectum et animum
sомнiant, et tanquam angelos uel spiritus in cœlo,
Quæstio. uel alibi collocatas fingunt. Quod aut disputant u-
trū idēa sit causa formalis, an efficiens, id facile po-
test componi, nam quatenus idēa consideratur in
Solutio. subiecto composito, tum est forma rei. Si idēa refer-
tur ad intellectū operantis, aut iudicantis, tum per-
tinet ad causam efficientem, quia adiuuat efficientē
ut recte operetur, uel non male iudicet. Verum de
idēis longe plurima apud Platonem in Parmenide
et in Timaeo et in sexto de repub. atq; p̄ssim, et
apud Aristotelem in primo ethicorum differuntur.

DE

DE CAVSA EFFICIENTE.

Caput XXI.

PRIMO: Efficiens causa est, unde principiu[m] Efficiens motus & quietis est. Huius definitionis sensu causa quae tentia sic accipe, Efficiens est causa externa à qua procedit motus per operationem, & quies per cessationem suam, completo opere, ut ab architectone procedit edificatio, & completetur, ut à patre procedit generatio filij. Itaque efficiens causa est, quæ ex materia & potentia producit formam in actu.

SECUNDΟ: Efficiens duplex est, scilicet inter 1. Diuisiōnum, & externū, Internum efficiens est, quod intra caus. effi. ipsam materiam uim habet agendi, licet nō sit pars substantiæ. Sic qualitates primæ & secundæ, quas uocant actiuas, materiam disponunt ad productionē formæ, ut in fralib. 2. cap. 22. & 23. Sic uis seminalis Vis seminalis est uirtus seminis, quā isti rationem seminalem uocant, & dicitur efficiens, Internum præparans, eò quod præparet ac disponat materiā, hoc est, semen ad receptionem formæ, ut supra ca. 19. dixi. Quod Dubitatio uero pleriq[ue] dubitant utrum semen sit materia, an nem expli efficiens, nobis sane interim uocabitur semen materialia, & uis seminis actiua, aut formatiua, ratione seminalis, uocabitur causa efficiens interna, ne à consuetudine scholarum aberremus. Cæterum uirtus Virtus seminalis, est quædam qualitas & uis occulta per minalis naturam indita semini, orta à partibus præcipuis quid. ipsius generantis, quæ uis informat materiam animalium

C O M M E N T . P H Y S .

matorum corporum, formā specieq; simili atq; hoc docet experientia . Nam ex ouis gallinarijs anseri suppositis, nascuntur galli & gallinæ, non anseres, item ex surculis pomi, insitis piro, aut ceraso, nascuntur poma, non pira neq; cerasa, quod nequam fieret, si nō h.e.c uis esset à generante oriunda.

2. Diuis. ef T E R T I O : Efficiens externum est, quod extra fici. caus. materiam existens operatur ad productionem forme & corporis, & hoc rursus quadruplex est sci licet primum, effectuum immobile, id est, Deus cre-
atōr & factor omnium supra cap. 3. Secundum, uni-
uersale cœleste mobile, ut potest cœlum stellæq; cum suis influentijs, infra secundo cap. 2. Tertium, Effi-
ciens particulare, quod & secundarium uocatur, ipsum scilicet gignens, corrumpens, mouens, ut pa-
ter gignens filium . Quartum, efficiens medium ut
sunt instrumenta naturæ, artificium operiorum,
ut sunt occasiones, & modi, similesq; circumstan-
tiæ, atq; adiumenta, qualia ferè appellant rhetores
Media & antecedentia, & comitantia. Nam media & instru-
instrumenta ad finem & effectum tendentia, referuntur
ta. ad causam efficientem, ut macies, dieta, exercitium,
medicamina, & alia instrumenta medicorum diri-
guntur ad sanitatem, tanquam ad finem ab ipso me-
Effic. par= dico, tanquam efficiēte causa . Porro ut supra dixi,
tic. quo mo efficiens particulare non agit nisi uirtute cœlestis
do agat. & prim. efficientis, sicut neq; instrumentū vel me-
dium agit nisi opera & industria efficientis parti-
cularis

cularis. Siquidem serra, bipennis, malleus, similiaq; instrumenta otiosa sunt & inefficacia, nisi ab artifice inueniantur. Sicut etiam coelestis influentia nihil efficit sine numine primi, id est, Dei, ut infra quoq; eodem cap. 35. patebit.

Q V A R T O : Rursum efficiens aliud necessitate agit, hoc est, secundum naturam, aut fatum, ut caus. effi. quæcunq; sunt consilij iudicijq; expertia. Sic arbores necessitate fructificant, uolucres necessitate pullicant, animalia necessitate foetificant, comedunt, & quiduis aliud faciunt. Sicut & pueri, & p. ui, item inanimata corpora, qualitatesq; necessitate, non consilio, neq; deliberato, agunt, & his ad agendum sufficit, ut possint agere, ut ignis admota materia ustibili, non potest non urere . Aliud efficiens delectu agit, secundum propositum, quod de liberationem & liberum arbitrium suum sequitur, ut homines & artifices, ut angeli, ut Deus , atq; his ad agendum sufficit ut uelint atq; possint agere, hoc isti uocant efficiens non necessarium, uel liberum. Porro, efficiens necessarium. Aliud agit naturaliter, ut quæ agendi principium uimq; habent intra effi. caus. se à natura sua. Sic herba secundum naturalem suam potentiam habens uim medicabilem, medetur, Aliud uiolenter agit, quod per alienam uim intenditur, neq; habet intra se agendi uim à natura, sic aqua feruescens urit, & calefacit, non quidem suo calore naturali, sed accidentario. Sic & instrumenta non

C O M M E N T . P H Y S .

non suo motu neq; suavi agunt, sed hominis uel artificis agitatione.

5. Diuisio
effi. caus.
- AD VLTIMVM Efficiens, Aliud est prima
rium & imperans, ut in ædificio fabricando archi-
tecton, in exercitu dux supremus, Aliud est efficiēs
non primarium, sed obsequens, quod isti uocant ad-
iuuans. Et horum alij agunt, ut ministri, operarij,
ab architectone conducti, & instructi. Alia sunt in-
strumenta, ut secures, mallei, serræ, machinæ.
6. Diuisio
effi. caus.

D E F I N E . Caput XXII.

- F**inis quid. **P**RIMO: Finis est causa cuius gratia aliquid
fit, quæ mouet efficientē ut agat, sic culter fit
propter usum incidendi. Sic uinū nascitur propter
Bonū idem usum bibendi. Et sane cum omnia boni alicuius asse-
quod finis. quendi gratia agant, ut pote propter honestatē, uti-
litatem, aut quodlibet commodum & iucunditatē
assequendam. Ideoq; quicquid bonū esse sibi uel na-
tura mostrauerit, uel ratio, aut opinio persuaserit,
illud ipsum nomine finis appellabitur in genere, ut
si quereras propter quid uel cuius boni gratia natura
producat fruges ex arboribus, respondeo propter
usum hominis & animantium, neq; uero refert illud
Bonū dup. esse uere bonum, aut opinabile bonum, siquidem
pleriq; magis specie boni, quā uero bono ducimur.

1. Diuisio
finis. **S**ECUNDUO: Finis est duplex scilicet uniuersa-
lis, hoc est, Deus, prima causa, ad cuius gloriā om-
nia fiunt supra ca. 3. Et finis particularis quem ali-
as appellare liceat naturalem finem, id est, suum cu-
iasq;

iusq; rei bonum & cōmodum, sua cuiusq; rei actio
& propria functio, secundum, naturae præscriptū.
ut solis finis est illustrare mundū, calefacere, uege-
tare hæc inferiora corpora, diem & noctē metiri.

TERTIO: Finis est rursum duplex scilicet ultimus, & medius. Finis ultimus est suum cuiusq; rei nis. potissimum bonum & maximum cōmodum, & sua ult. finis. cuiusq; rei propria, perfectissimaq; actio, atq; po-
tissimus adeo rei usus, propriumq; opus, quod cum nullare alia commune habet. Sic ultimus finis solis est illustrare mundū, quod op:is nullares alia efficit. Sic finis ipsius ignis est maxime calefacere. Sic ultimus finis hominis est uirtutis cognitio, atq; actio, in hunc. n. usum proprie factus est homo, & pro-
prie in hunc finem à ratione & cōscientia sua diri-
gitur. Et in summa, Finis ultimus est, qui propter se expetitur maxime, quo consecuto acquiescit ipsum efficiens, tametsi nullum aliud sequatur cōmodum. Et hic denuo est duplex. Nam primo, finis ultimus quo ad naturam cuiusq; rei est. Sic bonum dicimus, nis. adeoq; ex finem, id quod cuiusq; rei naturæ est conuenientissimū. Ita finis equi quo ad naturam eius, est esse liberum, infrenem, & indomitum. Secundo est finis ultimus, quo ad hominis usum & commodita-
tem, sic equi finis ultimus quo ad hominē est, se præ-
bere seruituti, & usui hominum. Nam propter ho-
minem omnia sunt creata, qui est creatura corpo-
rea nobiliſima, adeoq; homo finis est ultimus crea-

C O M M E N T . P H Y S .

Medius fitur arum. Sed finis medius, quem et secundariū, et
nis. finem quo uocant, est finis uel usus rei, qui expetitur
propter alium, nempe propter illum ultimū finem.
Quo medio fine, tametsi consecuto, tamen non ac-
quiescit efficiens. Sic ieunij finis est macies, hæc aut
Nota. finem habet sanitatem. Et quidē pleraq; in hunc mo-
dū, quæ supra cap. proximo uocauimus media, sunt
fines mediij, qui comparatione eius qui dicitur ulti-
mus, sunt reuera effectus causæ finalis, que confe-
runt et conducunt ad ultimum finem. Sic prætextæ
tunicæ finis medius est uestire corpus, ultimo uero
est discernere personam magistratus, uel patricij.

Discr. in- **Q V A R T O :** Quod quidā separant (uulgo.
ter finem à fine causam finalem, tametsi argutum magis est,
et caus. fi- quam solidum, tamen quid isti sentiant breuiter di-
nalem. cam. Finem ergo uocant illud ipsum bonū, propter
quod consequendum agit efficiens, ut cōmodum uel
usum rei effectæ, siue is consequatur, siue nō conse-
quatur. Finalē uero causam uocant ipsam inten-
tionem, et propositum efficientis, aut ut clarius di-
cam, ipsam speciem, et imaginationem, quam cōci-
pit animus efficientis, de isto bono cōmodoue con-
sequendo, quod dixi ab istis uocari finem. Sic Rhe-
toricæ finis est benedicere, finalis uero causa Rhe-
toricæ, est uelle benedicere. Sic negotiatoris finis est
opulentia, finalis aut causa est uelle ditescere. Et qui
dē hoc discrimen pro superuacuo debet ferè haberi.

4. Diuisio **Q V I N T O :** Enī aliis est proprius uel ordina-
' rius

Vius, nempe bonus usus legittima; rei actio, ita se a minis ordinarius finis est perfectum foetum edere. Alius finis est inordinatus & improprius, nempe cuiusq; rei uel optime abusus, & illicita actio. Sic seminis abusus est edere monstru, uel imperfectum, uel abortuum foetum. Verum huiusmodi diuisiones & plures manifestissime patent, ex causarum partitionibus supra cap. decimo octavo.

SEXTO: Adhuc bifariam loquuntur Physici de 5. Diuisione. Primum, quatenus est in proposito, in intentio finis. ne, adeoq; in spe, uel expectatione ipsius efficientis. Et sic reuera finis est causa antecedens, ut quatenus natura intendit generare corpus in utero animalis, hoc corpus generandum, finis iam est naturae operantis. Deinde loquuntur, quatenus finis non est in spe, & in intentione operantis, sed in effectu, hoc est quatenus finis iam secutus est propositu, adeoq; spei satis fecit. Sic finis amodo causa no est proprie, sed reuera effectus ut corpus hominis iam recens natum est effectus naturae generantis. Neq; uero absurdum uideri debet, idem uocari & finem, & effectum propter comparationem ad diuersa.

SEPTIMO: Proprium officium cause finalis, Propria adeoq; ipsius finis est monere, adhortari, pellicere, officia mouere efficientem, ut agat & operetur. Sicut res nisi amata & desiderata mouet, & illicit amantem, ut ipsam requirat & sequatur. Perinde autem ut plerosq; amantes sua spes desideriumq; fallit, sic finis

C O M M E N T . P H Y S .

sæpe non sequitur, sed fugit efficientem suum, ut nō
cōsequatur effectū, neq; ex pleat spēm desideran-
tis ipsum. Ita etiam supra cap. 18. dixi, quod causē
impediuntur sēpiissime, spēq; sua falluntur, ut cum
sterilitas uel tempestas impedit segetem, frugesq;
intereunt. De comparatione uero finis ad alias cau-
sas infra eodem ca. 27. ostendam, quomodo natura,
atq; omnia non contrā naturam agentia, propter
finem suum agant. Deniq; obseruare oportet ex di-
visione secunda, eiusdem rei plures esse fines sēpiissi-
me, quorum tamen necesse est unum aliquem ultis-
mum ac propriū esse, alios uero medios & non prae-
cipuos esse. Sicut & contra plurimum causarum unus
est finis, ut cum multi cursu certantes inuicem, pe-
tunt unam eandemq; metam.

D E E F F E C T V . Caput XXIII.

Effectus
quid.

PRIMO: Scholæ uocant effectum id quod ex
causis oritur, quoq; fit à causis supra enumera-
tatis. Rodolphus & Cicero alicubi appellant euena-
tum, nobis ergo plane synonyma erunt effectus &
euentus, ad quorum tractationem longiorem ple-
raq; ex superioribus cap. 18. sunt hic repetenda,
quia cum causa & effectus sint mere relativa, alte-
rum ab altero certe exponitur, lucemq; accipit, iu-
Natura re xta naturam relatiuorum, quæ se mutuo, definiunt
latiuorū. declarant, & constituunt. Quot ergo sunt diuisio-
nes causarum, totidem quoq; partitiones & modos
effectuum

effectuum numeramus, id quod diligentius contemplanti & conferenti facile patebit ex superioribus.
Itaq; effectus est res consequens à sua causa.

S E C U N D O: Ut causa naturalis quatuor sunt Species effectus, scilicet, Materia, Forma, Efficiens, atq; Effectus. ita Euentus, uel Effectus ducitur alius Materiæ, alius Formæ, alius Efficientis, alius causæ Finalis. Neq; hæc opus habent longa descriptione, sed paucis exemplis rem agam. Quanquam nihil prohibet Nota. admodū, eundem effectum diuersarum causarū dici, ut domus est effectus materiæ suæ, ex ædificato-

T E R T I O: Effectus materiæ est opus, crux sui. Effectus quod ex materia existente consequi, & fieri potest, materiæ. uel adeo iam consecutum est, sic gladius aut culter est effectus materiæ suæ, scilicet ferri. Sic fœtus in utero est effectus materiæ suæ scilicet seminis.

Q V A R T O: Effectus formæ est opus, uel actio, Effectus sequens formam cuiusq; rei, adeoq; essentiam rei, ut formæ plurimum posse capere est effectus formæ, & figura circularis. Ut loqui, uidere, ratiocinari, est effectus actioq; hominis, quatenus est homo. Ut cader deorsum est effectus lapidis, prout lapis, Album reddere, uel dealbare est effectus formæ albedinis. Atq; ita de alijs formis naturalibus & accidentarijs iudica, quas suus effectus propriaq; actio sequitur. Et quidem tales effectus formarum sunt ferè naturales potentiae, uel impotentiae in rebus proprie, atq; harum potentiarum actus & operationes. Quic-

C O M M E N T . P H Y S .

quid.n.agit per suam formam agit, hoc est, ratione essentia sua, qua sublata intercipiuntur, & cessant istiusmodi operationes. Sicut igitur forma est interna causa, sic & effectus formae est uel internus, ut uelle, sperare, timere, intelligere effectus est intra animam, Vels altem effectus formae, ita cohæret ipsi essentiæ rei, ut separari nequeat.

E f f e c t u s

QUINTO: Effectus causæ efficientis est opus efficientis. uel actio consequens operationem efficientis actu, & non cessantis, neq; otiosi. Et hunc propriæ effectum dici uult Rodolphus. Sic ædificium est effectus ædificatoris. Sic factus est effectus generantis. Sic illustratio est effectus solis. Et huiusmodi effectus ferè sunt potentiarū, & proprietatum actus exteriori, sicut & efficiens causa est externa, adeo, ut corrupto alterutro, & mortuo, tamen superfit atq; perduret alterum, sicut domus lapidea plerumq; superstes est suo Architectoni.

**E f f e c t u s
f i n a l i s .
c a u s .**

SEXTO: Effectus causæ finalis uel ipsius finis, est opus uel actio, propter finem ultimum assequendum effecta, uel exhibita, quod Rodolphus propriæ destinatiū, isti finem in executione, uel mediū quoq; finem uocant, de quo supra cap. proximo, in articulo 6. indicaui. Sic uirtus est effectus propter felicitatem assequendam exhibitus. Siquidem uirtutis actio est ipsa felicitas. Sic studium est effectus & opus destinatiū ad eruditionem comparandam tanquam ad finem ultimū, sic etiam quæ supra cap. 21.

appellau

appellaui media efficientia, quandam habent affinitatem cum hoc finali effectu. Nam efficiens mediū, & finis medius, hoc est, destinatus ad causam finalē, & ducens in ultimū finem, iuxta connituntur ad consequendum ultimum, propriumq; finem rei, ut supra ostendi. Sint ergo synonyma finis medius, & effectus cause finalis. Atq; hæc de quadruplici genere effectuum, prout comparantur ad causas suas in præsens sufficient.

SEPTIMO: Sic itaq; in genere effectus est o= Effectus
pus, uel actio cōsequens actu, uel potentia saltem suā quid.
causam, ut ex materia otiosa quale est frumentū in
horreo potest aliquando panis coqui, ex massa autē
iā præparata, & subacta actu coquitur panis. Nam Regulæ
in euentis & effectibus dijudicandis, actum & po= Topicæ.
tentiam iuxta discernere spectareq; oportet. Sicut
& dialectici faciunt in sua topica, dicentes. Posita
causa, poni quoq; eius effectum præsentem actu, aut
futurum potentia. Contra uero, Negata causa, eius
quoq; effectum negari potentia futurum. Item, Po=
sito effectu, eius quoq; causam poni, quod sit uel sal=
tem fuerit. Econtra, Negato effectu, negari quoq;
eius causam actu præsentem. Quarum regularum
quatuor, exempla sunt obvia meditanti. Loquuntur
autem de causis effectibusq; proprijs & proximis.

OCTAVO: ut uniuscuiusq; cause in suo gene= Proprie=
re, unus tantū est effectus proprius & propinquus, tates effe= sic contra uniuscuiusq; effectus, in suo genere, una etas.

C O M M E N T . P H Y S .

tantum est causa propria & propinqua, atq; ut uocant principalis, iuxta unam & eandem utrinq; relationem in suo genere, ut unius ædificij unicus est ædificator principalis. Cæterū ut unius cause sunt plures effectus, in diuerso genere effectuum remoti & improprij, ut uini est inebriare, mederi, sedare sitim, &c. sic contra unius effectus sunt plures cause, in diuersa genere causarum, remotæ, & impropriæ, iuxta diuersam relationem. Non ergo absurdum est idem esse causam plurium effectuum, id quod uel solius hominis innumeræ artes, actionesq; probant. Et contra idem esse effectum plurium causarum diuersa relatione, ut pomum est effectus materialis sui germinis, & efficientis suæ arboris, & finis generationis pomiferæ. Atq; ita priuata meditatione longe plura oportet inquirere exempla.

D E F O R T V N A .

Caput XXIIII.

Opinio= I
nes phi.
lo. de for
tuna.

II

III

PRIMO: Illi qui omnia dicunt fato dirigi, hoc est ineuitabili, indissolubiliq; cōexione causarum, in rebus tam uoluntarijs, quam naturalibus cuncta fieri necessario, fortunā esse negant, ut Stoici supra cap. 4. Alij contra ut Epicurei, nihil non fortunæ & casui tribuunt, dicentes omnia fieri temere, & fortuito, citra Dei, fati aut prouidentiae consilium, eorumq; cursum. Alij putant fortunam, & casum esse quidem occultam & homini ignotā, adeoq;

adeoq; diuinum quiddam, sicut & poëtæ, & prophani, ut Plini. in 2. cap. 7. Fortunam dixerunt esse deam gubernantem omnia, cuius arbitrio uoluatur omnia de qua Ouid.

Pâssibus ambiguis fortuna uolubilis errat,

Et manet in nullo, certatenaxq;, loco.

Sed modo lœta uenit, uultus modo sumit acerbos

Et tantum constans in leuitate sua est.

Et aliis quissimam, inquit,

Hos premit, hosq; leuat, hos deicet, erigit illos
Cogit & in uarios homines descendere casus.

Peripatetici uero medium quandam uiam tenentes
fortunam esse aliquid dicunt, & fortuitos inexpe-
ctatosq; euentus, quorum nulla certa causa possit
uideri, & hos quidem accidere in naturæ quoq; cursu,
nedum in uoluntate hominis.

SECUNDO: Antequam definiamus fortunam,
& casum, uulgatæ partitiones numerâtur aliquot.
Prima, quædam fieri propter hoc, id est, propter finem destinatum, & iuxta intentionem a cœpem efficiens cause, ut opera impeditur literis, propter doctrinam assequendam. Quædam uero fieri non propter hoc, id est, non propter finem aliquem, sed temere incertum euentum, ut cum lapis casu proiecitur, cum temere cadit tessera uel talus. Secunda diuisio, eorum quæ fiunt propter hoc, & destinate, alia fieri à proposito, id est, à libero arbitrio, & uoluntate, uel consilio hominis, ut res artificiales su-

III

Diuisio-
nes eorū
I que fi-
unt.

II

C O M M E N T . P H Y S .

pra cap. 10. ut res uoluntariæ infra, in 4. cap. 36. &
hæc sunt de genere contingentium. Quædam autem
fieri à natura, ut res naturales supra cap. 7. & res
secundum naturam supra cap. 8. Tertia diuisio, Eo
rum quæ fiunt à natura, quædā fieri semper, ut ma-
ne solem oriri, quædam frequenter, ut pluere nubis
lotristiq; cœlo. Quædam autem raro aut tonare,
& fulgurare, in bruma.

Fortuna
quid.

TER TIO: Secundum Physicos ergo, Fortuna
est causa per accidens, eoruuentum, qui fiunt nō
propter hoc, neq; semper, neq; frequēter, sed raro,
in habentibus propositū, & deliberationem. Et dia-
citur quidem causa per accidens, quia cause per se
sunt tantum quatuor, supra cap. 18. Accidentariæ
uero cause infinitæ sunt, utpote accidentia ipsis cau-
sis perse. Sensus autem definitionis breuiter hic est,
Fortunam esse causam accidentiarum, & variabi-
lem, quæ temere efficit, & sortitur uarie eventus in-
expectatos, neq; ad certum finem destinatos, & qui
nō perpetuo, neq; frequentes sed omnino rariores,
alio atq; alio modo, accidunt homini, mentis & ar-
bitrij sui compoti, ut si quis fodens sepulchrum, in-
genit Thesaurum, ei dicitur adesse fortuna.

Expositio
definitio-
nis.

Fortune
significa-
ta.

Q V A R T O: Cauere oportet hic, ne quem uo-
cabuli fallat ambiguitas, cum fortuna significet ua-
rie, scilicet proprie apud Physicos significat cau-
sam producentem effectos fortuitos, ut hac in defi-
nitione. Et sic iuxta Physicam phrasim uulgo non
fatis

Satis tritam, Fortuna est plane illud, cui aliquod in expectatum obuenit, nimirum ipse intellectus praetonus hominis fortunati, uel infortunati, adeoq; sic Fortuna est relatio hominis, agentis non ad finem destinatum, sed aduentum fortuitum, & temere cadentem, à quo euentu bono uel malo dicitur homo fortunatus uel infortunatus, neq; hoc absurdum est, ut quidam putant. Nam & alioqui homo dicitur efficiens causa, ut pater sui filij, & filius dicitur effectus patris. Vulgo autem Fortuna dicitur, ipse euentus & effectus fortuitus, ut hic, Fortunam priuancitabo & nobile bellum. Verum huic significatio non conuenit definitio data, neq; ad Physicam pertinet hic modus loquendi vulgaris.

D E C A S V.

Caput XXV.

CASVS vocabulum quandoq; est generale, significans & ipsam fortunā, sicut & fortuna sāpe capit pro casu, apud latinos autores, quorum utrungq; refertur ad genus causæ efficientis per accidens. Ex superioribus autē diuisionibus, & definitione, facile patet qd sit casus, & quatenus à fortuna differat, nam, Casus est causa per accidens eo= Casus quid rum, quæ fiunt non propter hoc, neq; semper neq; frequenter, sed raro, in nō habentibus propositum, & deliberationem, ut si tripes proiectus in pedes surgat. Differt ergo Fortuna à Casu per ultimam Dif. inter particulā

C O M M E N T . P H Y S .

fortunam particulam definitionis, quod casus sit in nō habens
& casum. tibus propositum, neq; deliberationem, ut sunt infa-
ntes parui, irrationalia animantia & inanima-
ta, quæ naturali instinctu & impetu tantum ducun-
tur, incerto consilio. Prætereac casus dicitur accidea-
Monstra. re sæpe in natura, utpote cum monstra nascuntur,
quæ uocantur errores naturæ, ut supra attigi cap.
quinto, facit. n casus errorem in natura, sicut for-
tuna parit errorem in homine, ut cum bonus aliqui
grammaticus, tamen barbarissimum uel sollicitissimum
Error. loquedo temere facit. Itaq; error est effectus fortuitus
dissimilis, & aberrans ab instituto agentis homi-
nis, uel naturæ. Sic & uoluntatis & artis peccatum
uocamus errorem, tanquam naturæ monstrum.

D E R E F O R T V I T A .

Caput XXVI.

**Euentus
fortuitus
quid.**

PRIMO: Euentus fortuitus esse effectus rarus,
proueniens à Fortuna, uel Casu, præter consi-
lium & spem hominis, uel cuiuslibet efficientis, qui
effectus gubernatur, uel solius Dei consilio, uel ali-
qua causa nobis incognita prorsum. Recte autē di-
citur res fortuita euentus rarus, quia rara tantum
fortuita dicimus, & inexpectata per antonomasiā.
Recte item res fortuita dicitur euentus non otiosus
neq; superuacaneus, quem comitari debeat nobile
& insigne aliquod bonum & cōmodum. Ideoq; le-
uis offensio pedis ad limen, uel lapidem non dicitur
recte

recte effectus fortuitus. Neq; inuentio obuli aut cœlami meretur nomen euentus fortuiti. Sic huiusmodi disfrequentes aut etiā superuacanei & otiosi euentus dicuntur aut res secundum naturam aut uoluntariæ. Quare & Aristoteles dicit, fortunam & causam Aristot. sum esse in talibus euentibus, quibus tale cōmodum, uel incommodum assit, propter quod assequendum, aut fugiendum consulto ageret efficiens, si præsciret tale quid euenturum esse.

SECUNDUS: Duplex est ergo euentus fortuitus Euentus, scilicet, bonus & malus, Bonum euentum græci fortuitus vocant εὐτύχια, id est, prosperum euentum, à quo duplex fortunati dicuntur, ut à sua prosperitate Polycrates dictus est fortunatus, Euentus malus græcis dicitur δυστύχια nostris infortunium, à quo infortunati, & infelices cognominantur, ut propter euentum, quo Polycrates in crucem est actus, uocatus est Polycrates infortunatus, ut apud Herodotum in libro 3, Itaq; res fortuitas appellamus euentus bonos aut malos, aut medios quoq; & opera, quæ nō fato pertulariter, non solito naturæ cursu, neq; contra naturam semper, non arte, non libero arbitrio, neq; consilio hominis accidunt, sed ex occulta quadam nobis causa, præter expectationem eueniunt.

Res fortuitæ que.

TERTIO: Fortuna & Casus aliquam cum Fata Cognata, Natura, Arte, & Libero arbitrio habent affinitatem nō obscure. Quia enim sicut Fatum, ita Fortuna casus. illa quoq; non hominis arbitrio, neq; naturæ cursu,

COMMENT. PHYS.

su, sed Dei solius nutu cōstat, qui Deus iustis occula
tisq; iudicijs secunda & diuersa communicat & al-
ternat hominibus & uicissitudines alijs quoq; re-
bus præter expectationem imponit, adeo ut multa
que uulgas esse fortuita putat, illa tamen fatalia po-
tius uocari debeant, ut supra cap. 5. Dein le Natura

& Fortuna sese mutuo adiuuat, ut utraq; suos effe-
ctus producat facilius, Natura quidem certo inua-
riabiliq; cursu, doctis hominibus noto, iuxta illud.
Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas. Fortuna
autem progrereditur via incerta & uariabili nobis
ignota. Item Fortuna atq; Ars sēpe se mutuo adiu-
uant, iuxta illud. Ars diligit fortunam, artem fortu-
na amat. Verum artis uia, certa, fortunæ aut incer-
ta est. Item Fortuna sēpe Hominis Voluntati inser-
uit, & quasi supparasitatur plerunq; inscijs & im-
prudis, iuxta illud, Quo minor intellectus, eo ma-

Prudentes ior est fortuna. Nam prudentissimos quosq; fallit
euentus fortuna, & euentus sēpiissime, consilio quodam Dei
cur fallat. singulari, qui prudentiam atq; confidentiam homi-
nis immodecā gaudet fallere, sic Ciceronem & De-
mosthenem, optima consilia sunt frustrata, neq; spei
responderunt ipsorum, peculiari aut fato, aut casu.
Veruntamen plerunq; fortuna adiuuat quoq; indu-
striam, & experientiam, iuxta illud, cuiq; fortuna
fingunt mores sui. Variat tamen in momenta, mirū
in modum fortuna, ut Plinius in 2. cap. 7. conqueri-
tur. Et poëtæ hominesq; uulgo, ut recte exclamat

Virg.

Virg. Heu nihil inuitis fas quemquam fidere diuis.
Iudicans sane nihil recte procedere, sine propitia
Dei uoluntate, gubernantis Fatum, in rebus ardu-
is, magnis, & mirandis, Fortunam uero & Casum
in mediocribus, aut paruis euentis. Et hec de fortu-
na casuq; hactenus.

DE COMMVNIBVS ET

proprijs Causarum.

Caput XXVII.

PRIMO: Voluit Aristoteles hactractione Vfus tra-
causarum indicare, non solum quomodo una stationis
queq; res fieret ac consisteret, precipue naturalis, caus. apud
nempe suis principijs, causis, & effectis. Verumeti= Arist.
am qua ratione ordineq; non tantum res naturales,
sed et aliae quæcunq; essent inquirendæ, & perno-
scendæ, scilicet persua principia, causas, & effectus.
Nam scire est rem per causas suaq; principia cogno-
scere. Vnde & duplēm scientiam esse dicunt, Vnā Scire quid.
apriori, que per principia, atq; causas ordine suo Scientia duplex.
procedit ad notitiam rei, & effectum, Alteram à
posteriori, quæ scientia ab effectibus & euentis pro-
cedit in notitiam causarum, sic de Deo solam hanc
posteriorem scientiam possumus assequi, nempe ex
effectis & operibus eius. Atq; ut facilior & uulga-
rior hæc est, ita illa quæ à priori dicitur multo est no-
bilior, difficilior, magisq; solida & homine digna,
iuxta illud. Fœlix qui potuit rerum cognoscere cau-
ſas. Hoc ergo primum est commune causis omnibus Commune
præbere

C O M M E N T . P H Y S .

omnibus præbere se idoneas, ad res perdiscendas recto ordine, & methodo.

Compara- SECUNDΟ: Cum demonstratio sit ex primis
tio caus. ueris, hec certe sunt in primis utiq; ac generalibus
quomodo causis, ea uero quæ ex primis ueris demonstrata
ad effectus sunt, habent in se causas proximas effectui, & par-
fieri debe= ticulares, erunt ergo uniuersales causæ comparan-
at. dæ uniuersalibus ac generalibus effectis, particula-
res uero causæ particularibus effectis, atq; item per
singulas diuisiones supra ca. 18. ire oportet, quire-
tæ cōparare uelit causas cū suis effectibus. Porro
una eademq; res potest uocari forma & finis. Item
forma & efficiens. Item effectus & causa respectu
diuersorum, nulla tamen res simul formæ & mate-
riæ nomē sustinet. Sed de hoc plura supra uidimus.

Ordo & 1. TERTIO: in rerum natura nobilissima omni-
gradus um causarū est forma, id est, cuiuslibet rei essentia.
dignit. Nam si melius est, uel pessime esse, quam non esse, ut
caus. uulgo dicitur ex sententia Augustini, sane constat
formam optimam causarū iudicari debere per quā
2. re est precipue, suamq; habet essentiam. Proximū
deinde gradū obtinet finis ipse, quia natura agit po-
tissimum propter finem. Neq; n. efficiens quicquam
tentaret uel ageret, nisi aliquem finem & usum in-
de ex operatione sua speraret, & expectaret. Vnde
et illud uulgo dicitur, Deū & Naturam, nihil fa-
3. cere frustra, id est, absq; fine & utilitate. Tertio in-
de sequitur efficiens, quæ causasi perpetuo otiosa &
inffixa

inefficax esset, nunquam materia exerceretur, neq;
formam susciperet. Ergo materia ultimum obtinet
locū inter causas, si pro dignitate eas existimemus.

Q V A R T O : Cum hec ferè de causis effectisq;
dixisse sufficiat, iam libet ad finem huius tractatus
subtexere Epilogū, pro more, quo repetam prima= Sumam
ria ex his capitibus decem, iuuenibus notanda, ex 1
ediscenda hoc ordine. Primo, Causæ uocabulū signi= totius
ficit tam principia illa, quam causas secundas, ex tracta=
istis principijs primis ortas. Secundo, Causa est res 2
antecedens quam suus effectus sequi potest. Tertio, 3 caus.
Causarū diuisiones tredecim sunt notande ex pro= 4
be conseruenda earū partes. Quarto, Causæ sunt du= plices
plices scilicet perse, id est, proprie quarū effectus
non uariant, sed eundem cursum obtinent. Aliæ per
accidens, id est, improprie cause, ex quarum effe= ctus
ctus sunt uariabiles, atq; dissimiles, ut fortunæ, ut
singularium causarū effectus sunt mere contingens,
aliterq; se habere possunt. Quinto, Causæ perse 5
naturales sunt quatuor, scilicet, Materia ex qua,
Forma per quam, tanquam per essentiam, Efficiens
à quo, tanquam ab autore ex effectore, Finis pro= pter
pter quem fit effectus, proprie ex inuariabiliter,
ipsum nempe corpus naturale, cum suis natuviis ac= cidentibus. Sexto, Effectus est res consequens ex sua 6
causa antecedente. Sic corpus naturale, id est, sub= stantia corporea est effectus consequens ex natura= libus causis suis quatuor ut dixi. Septimo, Effectus 7

C O M M E N T . P H Y S .

tot modis dicitur, quot causa. Sunt ergo tredecim diuisiones effectuum, sicut et causarum, atq; secundum eosdem modos comparandi, sunt inuicem effe-

8 ctus et causa. Octauo, de causis effectisq; proprijs et proximis uniuersalibus in genere loquitur physicus, quia singulares cause, et effectus sunt uaria-

9 biles, et alioqui ab arte remouentur. Nono, Fortuna est uariabilis causa euentuum, qui raro preter

10 spem accidunt homini. Decimo, Casus est uariabilis causa euentuum, qui raro preter expectationem accidit illis, qui rationis usucarent, uel bruta aut in-

11 animata sunt. Undecimo, res fortuita est euentus in expectatus et rarus, qui non propter finem destinata

12 tū accidit sed temere. Duodecimo, cōmunita et pro- pria causarū officia. Item quatenus inter causas uel

effectus cōueniat aut discrepet, ex suo cuiusq; capi-

te speciatim uideri potest, et intelligi, sed etiā pri-

uata meditatio tam utili necessarioq; tractatui cau-

sarum et effectuum accedit, et adhibetur à stu-

diosis. Nobis. n. in hunc modū de principijs, de cau-

sis, de effectibus, satis dictum esse uidetur, quantum attinet ad hunc cōmentarium, plura. n. ab Aristote-

le ipso, et ab alijs commentarijs debent inquiri, qui iustis uoluminibus talia sunt prosecuti. Et hec de duobus generibus naturae, scilicet de principio, et causa dicta sint, quorū est in definitione naturae pri-

mamentio. Inde uero que ad differentiam proprietatemq; naturae spectant breuiter explicanda, qui-

bus expositis huic primo commentario finis erit.

DE ACT V.

Caput XXVIII.

PRIMO: Quoniam in definitione Motus, loco generis ponitur actus, & differentiae uice eti & potest ibidem fungitur, esse in potentia, cōmode non potest omitti tractatio, de Actu, & Potentia, cum fiat loco trā utriusq; frequentissima mentio apud Aristotelem, etet. aliosq; peripateticos. Itaq; quam Aristoteles nouatē ενδελέχεια μ uocat, & crebro utitur in Physicis, ενδελέχεια & per tractat ferè in nono metaphysics libro, eam Χειρα. Cicero continuat am motionem, nostri cum Boetio actu, Argyropilus & Albertus perfectionem uocant, ut est apud Policianū in miscellaneis cap. primo. Nulla uero istarum interpretationum ualde aberrat, si quis cōmode & equabiliter accipiat. Nam & ipse Aristoteles non uno significatu usurpat uocabulum ενδελέχειας, que aliter hic in definitione motus, quam in definitione animæ infra in quarto cap. primo significat.

SECUNDO: Nomen ergo actus, uel ενδελέχεια trifariam intelligitur. Nam primo generaliter significat essentiam cuiuslibet rei qualemcumq; existēti quoquo modo. Sic & ipsa materia prima. Sic res imaginariæ, & insensibiles. Sic spiritus, nondum res materiales, & corporeæ suum actum habere dicuntur, id est, qualemcumq; essentiam, atq; hoc modo actus est unum de transcendentibus plane

Actus
1 signifi-
cata.

C O M M E N T . P H Y S .

synonymum enti, uel rei, neq; proprie definiri pos-
test, sed ad metaphysicum spectat, ut in libro nono
metaphysics. Secundo: Actus significat formā adeo
à qua procedit operatio uel in qua forma est illa con-
tinuata motio, id est, naturalis actuositas, quam
formam alioqui uocant actum primum, cui proprie
conuenit nomen perfectionis, quia perficit et mate-
actus secundus
riam, et rem. Et efficit suas actiones, remq; facit
actuosam. Atq; ita ἐνθελέχεια est plane synonymū
nomen ipsi formae primae supra cap. 15. uel secunde,
supra cap. 20. Sic anima dicitur actus hominis, id est,
forma perfectioq; hominis, à qua emanant operatio-
nes uiresq; humanae. Tertio, Actus significat conti-
nuā motionem istam primi actus, id est, formae cui
iuslibet actuositatē natuam, id est, actionem, ui-
tutem, uim, operationem, quae emanat à forma. Sic
uires animae et potentiae eius, uocātur ἐνθελέχεια.
Atq; hanc quidem actuositatē alij Philosophi, ap-
pellarunt ἐνέργειαx, id est, efficacia operandi, uel ef-
ficacem operationem. Et Aristoteles ipse hanc ean-
dem uocat nunc ἐνθελέχειαx nunc ἐνέργειαx. Sic
et motus dicitur esse actus corporis naturalis, id est
efficacia et actuositas, ad obeundam uariam uicissi-
tudinem, ut sic aut sic mutetur corpus. Et diligenter
aduertere oportet hoc discrimen, quia actū in secū-
Actus pri- do significatu physici nominant actum primum, ἐν-
mus. θελέχειαx primā. In Tertio uero significatu actū
Actus se- uocant ἐνθελέχειαx secundam, actū secundum, id
est,

Motus.

est, uim & uirtutē actuosam progradientem à secundus.
marei, tanquam ab actu primo. Primum uero signi Actus pri-
ficatum ἐνδέλεχεις nō pertinet ad physicum, sed mihi signif-
ad metaphysicū, ut dixi. Sicut & alia transcendentia non perti-
tia, & quæcunq; extra materiam tanquam nō cor- net ad Phy-
ruptibilia, uel mobilia considerantur. Verū ut quæ si.

que res aut est substantia aut est accidens, ita quæq;
ἐνδέλεχεια prima, id est, forma, aut est substantiae Actus pri-
ἐνδέλεχεια, aut accidentis ἐνδέλεχεια in primo si- mus du-
gnificatu. Sed in tertio significatu ἐνδέλεχεια non plex.
forma, id est, actus secundus est mere accidens pro- Actus sec.
rium, inseparabile, uel separabile, nempe effica- est acci-
tia, & operatio substantiae uel accidentis. dens.

TER TIO: Actus aliis est perfectus, plane se= Actus du-
paratus à potentia & ab otio immunis, ut deambu- plex.
latio est actus secundus in iam deambulante, ut ægri-
tudo est actus in iam ægrotante. Alius est actus im-
perfectus uel mixtus nondum separatus à potentia
prorsum, sed otiosus aliquantulū, & hæc est dispo-
sitio proxima ad actum perfectū, & incepio quasi,
qualem habet instructus iam ad deambulandū uel
incipiens deambulare, qualem habet iam dispositus
ad ægritudinem proximam, uel incipiens ægrotare. Et hunc imperfectum actum grammatici uerbis Nota.
inchoatiuis significat, ut calefcere, frigescere. Per-
fectus uero actus signatur inchoatiuorum uerbis
primitiuis, ut calere, frigere. Atqui motus ipse est Motus.
actus imperfectus, ut patebit infra cap. 30.

DE POTENTIA.

Caput XXIX.

Potentia
quid.

Subiectum
cessans
quid.

PRIMO: Potentia est habilitas subiecti cessantis, ad actum primum, uel secundum suscipiendum. Et cessans subiectum, appellatur otiosum, quod priuatum est actu primo, aut secundo, habens tamen habilitatem eius suscipiendi, ut faber die festo cessans ab opere, & otiosus, tamen habilitatem fabricandi retinet, id est, tamen est faber potentia, licet tum absit ei fabricandi actus. Sic materia adhuc rurdis, & informis, hoc est priuata formis, tamen habet potentiam, hoc est, habilitatem ad formam suscipiendam, ut supra satis ex cap. 16. & 14. patuit.

Potentiae
signifi-
cata.

SECUNDO: Sicut actus, ita quoque potentia dicitur trifariam. Primo. n. potentia dicitur in eo esse, quod tamen adhuc neutquam est, ueruntamen fore potest aliquando. Sic Antichristus est in mera potentia. Deinde potentia dicitur quod est quidem, sed tamen etiam in mera potentia, id est, sine forma, ut materia prima respectu formarum, supra cap. 14. Tertio. Denique potentia dicitur ei adesse, quod operari aliquid, & actum consequi potest, non difficulter, uel saltem non impossibiliter, ut in forma, in habitu, in dispositione, quae facile sequitur sua cuiusque actio. Atque ita Motus dicitur eius rei Motus, quae habet potentiam in secundo, aut tertio significatu.

Potentia
triplex.

TERTIO: Itaque triplex est rursum potentia, scilicet, uel ad formam substantialem, ut pote in materia

teria prima uel secunda, ita semel habet potentiam ad formam foetus, atq; hec in generatione, & corruptione est. Deinde potentia est ad formam accidentariam suscipiendam, ut in augmentatione, diminutione, & alteratione. Deniq; potentia est ad situm, & praedicamentum ubi, ut in motu locali, sic qui supra stat potest descendere. Atq; hec tertia, Circum- cōprehendit potentiam rei, ad alia quoq; accidentia. tiae externa, que circumstantiae uocantur.

Q V A R T O: Porrò sunt quedam res in solo actu, ut Deus, angeli, Anima, qualia uocamus immutabilia, uel incorruptibilia, ut & cœlū stellæq;, sicut & accidentia immaterialia. Aliæ uerores partim sunt in potentia, partim in actu, quæ dicuntur moueri secundū potentiam & non moueri, sed quiescere secundum actum, ut ouum respectu formæ suæ iam est in actu, sed respectu formæ pulli nascitur, est in potentia. Atq; in hunc modum de qualibet materia secunda oportet iudicare, supra ca. 19. Aliæ res sunt in mera potentia, nempe materia pri- maut supra cap. 14. dixi.

Q V I N T O: Adhuc potentia alia est Propinqua, alia Remota. Propinquæ est ea, quam mox & facile sequitur actus, aut forma sua, ut Embrio habet potentiam propinquam ad actum, id est, ad formam foetus, deinde foetus habet potentiam propinquam ad suum actū, id est, ad formam pueri nascituri. Sic diligenter addiscens habet potentiam pro-

C O M M E N T . P H Y S .

pinquam ad actum suum, id est, ad doctrinam percepientiam adcipiendam. Remota potentia est, quam difficulter & tarde sequitur actus suus, ut in ceteris potentia propinqua ad liquefactionem, uerum in silice aliud duro lapide, est potentia remota ad liquefactionem, quia lapides plerique non nisi plurimo igne liqueficiuntur. Potest etiam quedam appellari potentia remotissima, quae ferre nunquam suscipit formam, aut actum uel saltem rariissime. Sic cœlū habet potentiam remotissimam ad quietem, id est, ad statuēm. Sic mula habet potentiam remotissimam ad pariendum, atque hæc potentia nihil admodum differt ab impotentia, & inhabilitate, iuxta illud quod uulgo dicitur, frustra est potentia quæ nunquam reducitur ad actum,

D E M O T V .

Caput XXX.

Motus
signif.
apud phy.

Affectus
cur motus
animi,

PRIMO: Motus physica phrasit, est simpliciter progressus de una forma in aliam. Et Motus uere, est rem transmutare, ex una forma in aliam. Sicut Moueri est progredi de una forma in aliam. Et hoc intellige, de forma, siue substantiaria, siue accidentaria, sensibili, aut insensibili, materiali, uel immateriali. Sic etiam à Cicer. Affectus, ut Timor, Dolor, Læticia, Spes &c. uocantur Motus animi, cù quod animus male affectus, mutetur in aliū qualibet habitum & formam. Et hæc est prima, generalissima

Sima significatio Motus. Nam secundo, Motus generaliter significat, mutationem subiecti materialis, id est, corporis in formam secundum substantiam, vel accidens. **T**ertio autem, proprius Motus significat, continuam mutationem corporis, secundum qualitatem sensibilem, quantitatem, et locum, atque secundum operationes, virtutesque istorum accidentium. Et sic Generatio, corruptioque non est motus. Tametsi definitio in sequens, conuenit secundo, et tertio significatui. Quod uero uulgi intelligit nomine Motus, tantummodo lationem illam, qua se uulgo fitur corpus in aliud atque aliud locum, nihil ad hoc significet. caput admodum pertinet. **S**ic ergo Motus, ipsa mutationis Motus quod. **tatio corporis naturalis continua, secundum substantiam, vel accidens sensibile.**

SECUNDUM: Questionē difficultem et ab Aristotele exagitatam contra philosophos antiquos. **A**n sit motus. hic tractare nolens, remitto uos ad commentarios libri tertij Physicorum. Ceterum physicus omnino presumit esse motum, sicut et naturam, adeo, ut neget eos carere sensu communem et hominis captu, nedum philosophos esse qui dubitent serio, Vtrum sit Motus an non.

TERTIO: Definitiones ipsius motus uulgo quinq; traduntur synonymae, et eodem propemodo sensu. Prima uulgatissima. Motus est actus eius, quod est in potentia; quatenus est mobile. Hanc isti sic efferrūt. Motus est actus entis in potentia in quan-

C O M M E N T . P H Y S .

- 2 tum est huiusmodi. Secunda, Motus est actus imperfetus ad terminum, id est, ad formam substantiam, uel accidentariam, uel ad locum. Tertia, Motus est actus corporis naturalis, quatenus est mobilis. Quarta, Motus est progressus subiecti mobilis, de potentia ad actum continuo & non subito. Quinta, Motus est actus continuus, quo existente, adhuc tamen aliquid eius superest.

Prima &
tertiæ defini-

Q U A R T O : Definitionis primæ atq; tertiae
ante aliâs obseruande, hic ferè sensus est. Motus est
definitionis rei naturalis, plerumq; imperfecte, que tamen po-
expositio. test perfici, progressus à pristina forma, substantiæ,
uel accidentis sensibili, ad nouam formam, quate-
nus eares est mutabilis, & mobilis, habens potenti-
am & habilitatem, ad suum terminū, id est, ad for-

Exem=

- 1 mam acquirendam. Ut pullificatio est progressus
pla. 2 ou i nondum pulli, ad formam pulli. Ut calefactio in
3 aqua est progressus aquæ à frigido in calidum. Ut
incrementū pueri est progressus à minore & puer-
ili statura in maiorem quantitatem. Et sic de alijs

Defini. 2
explica-
tio.

exempla quere. Secunda definitio patet ex fine sua
pra cap. uicesimo octauo, ubi dixi motum & actum
imperfectum, esse inceptionem quandam, progres-
sientis corporis ad aliam formam, tanquam termi-
num. De quo infra eodem, cap. tricesimo septimo.

Defini. 4.
5. expli-
catio.

Q U I N T O : Materia ipsius motus improprie-
dicta

dicta, circa quam uel in qua uersatur & exerceatur Materia
 motus, est quodlibet mobile subiectū, id est, corpus motus.
 naturale, quod mutationem subire potest. De quo
 infra eodem cap. tricesimo sexto. Forma motus nula Forma
 la est sensibilis, sed ea tantum quæ ex definitione & motus.
 nomine patet, cum motus sit relatio concepta ani=
 mo, & cogitatione, quando cōparat mobilia ad mo=
 tum. Efficies ipsius motus est Motor primus, id est, Efficiens
 Deus & Motores secundarij, ut cœlū, stelle, astra, motus.
 cœlestes influētiæ, ut natura, ut efficientes proprij,
 & propinquij, cuiusmodi ueniunt appellatione mo=
 uentium, de quibus infra eodem cap. tricesimoquin=to. Finis autem ipsius motus est, terminum ad quem Finis mo=
cōsequi, & terminum à quo omittere, hoc est, nouā tus.
formā induere, pristina exuta. De quibus infra eodē
 cap. 37. Sic ergo requiruntur ad quemlibet motum Ad quem=
 hæc quinq; scilicet, Mobile subiectū, Mouens, Ter= libet motū
 minus à quo, Terminus ad quem, tempus. De quo in= quinq; re=br/>
 fra eodem cap. 41. Locum autem & uacuum sunt quirūtur.
 circumstantiæ quædam motus, infra eodem cap. 38. Circūstan=br/>
 & 39. Cæterum effectus ipsius motus totidem sunt tiæ motus.
 uidentur amissiones, & acquisitiones formarum, Effectus
 hoc est, quot sunt rerum naturalium mutabilitates, motus.
 uicissitudines, quæ indies in hoc uniuerso aliâs atq;
 aliâs formas amittunt uel acquirunt. Proprium er= Proprium
 go ipsius motus officium est, Mobile suum deducere officium
 uel ad perfectionem, uel ad corruptionem, Quan= motus.
 quâ reuera Generatio unius, est corruptio alterius.

Et

C O M M E N T . P H Y S .

Et contra. Corruptio unius est generatio alterius.

Acciden-
tia motus.

SEXTO: Accidentia motus sic inquiruntur breuiter, nempe, Motum continuum esse oportere, & non interruptum, neq; impeditum, alioqui enim mobile non pertingit suum terminum, ad quem fertur, id est, non assequitur appetitam formam, ut appareret in germinibus arborum, quæ si frigore aliâue intemperie decutiuntur aut marcescunt, fructus non generantur arborei. Deinde oportet motum esse unum numero, hoc est, eidem & uni individuo inesse iuxta illam catholicam. Actiones & passiones sunt singularium, non universaliū. Sicut ergo motus est unus numero in individuis, sic & forma acquirenda per motum, est individua, hoc est, destinata & finita certo tempore, locoq;, intra quæ suum uestiat individuum. Nam alioqui mutationes rerum essent confusæ, neq; doctrina uel experientia depræhenderentur, nisi sensu perciperentur sigillatim. Reliqua accidentia motus iam patebunt ex diuisionib. ipsius.

Diuisiones
motus.

SEPTIMO: Possent quidem plures diuisiones motus numerari, sed nos uulgatisimas tantum hic persequemur. Est ergo diuisio prima. Motus alias est perse et proprius. Ut cum subiectum mobile, id est, corpus mobile ad formam nouam substantiae uel accidentis uel ad locum mouetur & progreditur, ut cum

Motus per dico liquefactile liqueficit, fusile funditur. Alius est accidens. motus per accidens, quo aliquid mouetur, non quide Motus. suo, neq; proprio, sed alieno motu, & hoc bifariā.

Primo

Primo quidem, sicut forma accidentaria cū corporo resimul mouetur, ~~et~~ simul cū homine moriente interit, et corruptitur sanitas, cōplexio, calor, humor, spiritus uitalis, quæ erant in corpore uiuo, ut simul cū homine eunte, moueuntur etiam albedo, statura, cōplexio, habitus eiusdem hominis. Similiter cum dico. Marcus frigescit, Tullius calescit, Lucius durescit, et similia. Sic ergo iuxta vulgatū dictum. **Vulgare Motis nobis mouentur omnia quæ cūq; in nobis sunt dictum.**

accidentia. Secūdo quidem, Motus per accidens est, 2 quo pars mouetur ad motū sui totius, ut caput, manus, pedes, mouentur corpore ~~mōvente~~, folia et rami mouentur cum arbore. Et ualeat hēc diuisio ad hoc, **Usus huius ut proprium cuiusq; rei mote, uel mobilis, spe ete= diuis.** mus et inquiramus motum, ac progressum, nō accidentiū. **Quia mutatio per quælibet accidentia est infinita:** Sicut et singulariū motus est infinitus, propter innumeram, et infinitam multitudinem accidentium, et individuorū. **Iam uero infinita et singularia sunt ab arte remota,** nisi uatenus exempli et experimenti causa preceptis adhibentur. Secun II Diuis. da diuisio. Species motus numerantur sex, scilicet, **motus.** Generatio et Corruptio, ad prædicamentū substan. Gener. tie. Augmentatio et Diminutio ad prædicamentū. Corrup. quantitatis. Alteratio, ad prædicamentū qualitatis Augmen. solum in tercia specie, quæ uocatur qualitas sensibili. Diminu. lis, hoc est, quæ exteriore tantum sensu percipitur, Alteratio ut color uisu, sonus auditu, sapor gustu, odor olfa= in qua spe= ctu

C O M M E N T . P H Y S .

cie qualitatis. Latio. Motus ad reliqua prædicamenta. Gener. & Corru. motus. Species motus pluri-
tatis. Et uero, qualitas prima secunda sensibilis tactu, ut in principio septimi Physicorum Aristoteles indicat. Sexta species est Latio, id est, motus ad locum. De his si gillatim infra in secundo, cap. decimo tertio, & sequentibus, dicetur. Ceterū ad reliqua prædicamenta non est proprius motus, sed per accidens tantum, quod ut intelligi debeat consule commentarios. Non sibi uocant motū ad alia prædicamenta mutationē secundum circumstantias, & uicissitudinem quādam externam iuxta circumstantiam. Imo & Generatio corruptioq; ad prædicamentum substantiae, proprie nō uocantur motus, sed mutatio, apud Physiscos. Et istae quidem sex species motus, subalterne sunt, qui at anquam genera comprehendunt intrasē longe plurimas species, quarum tot sunt, quot unquam forme acquiri aut amitti possunt, in substantia, uel accidente. Quæ quidē propter inopiam linguae, proprijs uocabulis carent, fingenda erūt ergo huiusmodi. Ut pullificatio, pirificatio, & similia, ut augmentatio, pedalis, bipedalis, uncialis, denaria, uicenaria, ut albificatio, denigratio, humectatio, calefactio, sic de colore, odore, sapore, sono, sic de qualitatibus primis & secundis, effingere oporteret spes cierum & mutationum nomina, nisi ista uocabulorum nouatio offenderet aures. Præstat ergo per ipsa phrasī qualicunq; talia circumscribere potius, quā latinæ lingue castitatem temere contaminare.

O C T A V O

OCTAVO: Motus est aut Naturalis, aut Animalis aut Violentus. Naturalis est ille motus, qui habet suum principium intra se à natura sua, atq; de hoc proprio loquitur definitio Naturæ, cum huius sit ea principium & causa, efficiens generationem & corruptionem, & cæteras species. Et hic motus in principio est remissus ac debilior, subinde uero et infine est omnino fortior, ut experientia docet in corruptione, quæ primo sensim incipit, & infine est ueberientissima, quoad erumpat quasi in neruum, sic à leui in commodo ingrauescit morbus, quoad mors occupet corpus. Animalis motus est, qui fit ab ipsa anima in corpore animato, ut pote operatio animæ uel actus secundus animæ de quo infra in quarto ca. 1. & 3. Et hic in principio & fine est remissior, & in medio est fortior, ut in morbis non letalibus accide= re uidemus, ut in pueris & senibus idem euenire uidemus, Sic & affectus & appetitus animi, in principio fineq; remissiores sunt. Violentus motus est, cuius principium extrinsecus accidit, nō suppeditans internam uim rei motæ, ut cum sagittator emittit sagittam, ut cum aliquis proijcit lapidem sursum. Et hic in principio est fortior, in medio uero remissior & in fine debilis, ut patet de ictu pugni. Huius autem violenti motus uulgo quatuor species numerantur, scilicet, Pulsio, cū aliquis à se disspellit mobile, ut est Percusso, Iaculatio, Vulneratio, Protrusio & similia. Secunda est Tractio, motus uiolētior & uelocior alicuius

Prop. motus animal.

Prop. motus uiol.

Motus uiol. spec.

C O M M E N T . P H Y S .

alicuius mobilis, quod adheret attrahentise. Et in hanc refertur inspiratio, id est, aëris attractio, & respiratio, id est, aëris remissio. De qua infra in 3. ca. 38. Huc refertur & reciprocatio, qualis est motus radiorum textoris, qui reciproce iaciuntur per stamen, & vibratio, sicut vibratur gladius uel hasta, aut baculus. Tertia est uectio, cum aliquid mouetur non per se, sed per aliud, ut in curru, sedens, uel nau, uel equo, mouetur ad motum currus, nautis, uel equi. Quarta est Vertigo, sicut rota circumagitatur, uel lapis molaris. Et hic motus est compositus, ex pulsione, & tractione.

4. Diuis.

AD VLTIMVM: Motus alij sunt contramotus.

- 1 riji, nempe in contrarijs formis, ut à sano in ægrum, ab albo in nigrum, à calido in frigidum, à graui in leue &c. Alijsunt diuersi, uel medij motus, non in extreme pugnantibus sed diuersis formis, & dispositatis. Ut ex albo fieri fuscum, ut calefactio, & tepescatio.
- 2 3 factio. Alijsunt motus specie similes, numero autem differentes, ut nasci hunc equum, & nasci istum equum. Et quidem hec comparatio motuum aperi te admonet, quæ mutationes eidem subiecto assint, uel absint commode.

D E I N F I N I T O .

Caput XXXI.

P RIMO: Tractatus de infinito prolixior est quidem quam utilior iuuentuti, in tertio Physicorum Aristoteles, qui differens de motu, de tempore, huius

huius quoq; longiorē facit mentionem, magis propter refutandos alios, inepte definito & infinito loquentes, q̄ quod magnopere profint discentibus ea. Ceterū omīssis istis, definitionem tantū attingam.

S E C V N D O : Infinitum est, cuius quantitatē Infinitū accipiens semper aliquid ultra accipit, hoc est, infinitum quid. nitum est res, cuius quantitatē dimitiens aliquis, uel numerans, tamen semper inuenit aliquid eius, quod superfit. Ut cum infinitam pecuniam metaphorice dicimus esse Crœso regi, significamus ei semper aliquid super fuisse pecunie quantumlibet illius absumperit, uel erogauerit. Verum tale infinitum actu nullum est in rerum natura, præter solum Deum infinitum, & immensum, tametsi Aristoteles mobilitatem cœli & temporis, atq; adeo mundum, & naturæ cursum, esse dicat infinitum alicubi, quatenus credit ista nunquam cœpisse, neq; desitura unquam. Sed hoc non arguit quicquam esse in natura infinitum actu, cum præterita & futura sint in mera potentia, & solum presens, atq; ipsum NVNC, id est, momentum, uel punctum presentis temporis, est in actu quām breuissimo.

T E R T I O : Finitū est cuius quantitatē dimittens, ad finem & ad terminos deniq; mensurando quid peruenit, sic quodlibet corpus est finitum actu, nam & ipse Mundus est infinitus, ut infra in 2.ca.1.osten Mundus, detur, & quilibet adeo quantitas est finita actu adeoq; Motus ipse uniuersalis & singularis, non Motus.

K est

COMMENT. PHYS.

est infinitus actu, sed finitus, quia certo temporis
spacio describitur, & definitur. Ut infra eodem ca.
41. patebit.

DE CONTINUO.

Caput XXXII.

Diuisio

Eorū quæ
sunt.

Continuum
quid.

Motus.

PRIMO: Eorum quæ sunt quædam in eodem
loco uel subiecto sunt, & dicuntur hæc simul
esse, ut forma hominis, ut doctrina, dignitas, auto-
ritas, aliaq; accidentia, possunt in eodem subiecto
esse simul, ut in Marco Cicerone, Iulio Cæsare, &
ex horum genere, sunt hæctria, scilicet, Continuum,
Contigua, & Consequentia. Quædā uero sunt
in alio loco uel subiectis diuersis, & hæc dicuntur
non simul esse, ut Eloquentia in Cice. Malicia in Ca-
tilina, graue in lapide, leue in pluma, & ex horum
genere sunt hæc tria. Discontinuum, Separata uel
Seiuncta. & Non cohærentia uel Dissita. Ex his au-
tem adhuc quædam accidentia motus inquiruntur.

SECUNDUM: Continuum est id cuius partes co-
pulantur ad communem terminum non separate,
sic puncta copulata continuant lineam, sic superfi-
cies continuatur à lineis, sic corpus habet continuas
superficies. Motus ergo cum sit idem numero, quili-
bet, ut supra diximus, propriè cōtinuus est, habens
principium, medium, & finem, minime interrupta,
aliоqui enim si interrumpetur paulisper quiete,
nō unus, sed plures dicerētur motus, sicut & si quis

uno

uno inficto uulnere paululum interquiescens, alterum infligat, non una sed plures erunt plague. Requiruntur ergo ad continuum motum tria. Primū: Ne

*Admodum
tū con-
tinuum
iustum spaciū temporis, generandi, corrumpendi runtur.*

&c. Non n. subito nascuntur homines naturaliter in uno momento, ut terrigenae fratres armati in cōspectu Iasonis & Medeæ, apud Ouid. in Metamor.

lib. 7. Secundū, ut nulla intercedat cessatio, aut qui-

es, mediumue spaciū aliud, ut si quis de gradibus

precipitatus quiescat paululū in medio aliquo gra-

du, priusquam in imo desiderit solo, ille motus non

unus sed plures sunt motus. Tertium, ne ad alium fi-

nem quam destinatum primo feratur, ut si quis ap-

petat potiri Glycerio, deinde Phelenio, demū Thala-

de, aut Pamphila, non erit unus motus libidinis, sed

quatuor motus, neq; semel tantum sed quater ille

peccat, appetens quatuor mulieres, quamvis eodem

spacio temporis. Itaq; Generatio & Corruptio sunt

motus continui & perpetui, quo ad peruentum sit

ad terminum ad quem, quia Natura nequit inter-

quiescere, neq; interrumpere cursum suum, sicut &

Sol nunquam interquiescit. Ergo motus naturalis

est non nisi corporum eorum que habent partem

& medium, id est, quibus adesse potest principium

generationis, mediū, & finis generationis, & ce-

terarum specierum motus. Ideoq; Incorruptibilitas illucarrus-

K 2 dicuntur ptibilia &

C O M M E N T . P H Y S .

ingener. dicuntur immobilia. Sicut & ingenerabilia, nisi
curi mobi. locali motu uelimus ista appellare mobilia loco.

Vsus tra= T E R T I O : Quæ ab Arist. de infinito & con-
stat. de in= tinuo disputatione, ad huc proprius usum pertinent,
finito & ut sciamus motum quemlibet esse unum, in ito sub-
continuo. iecto mobili, ad unam formam acquirendam conti-
Contigua nuo, definitoq; & descripto temporis spacio, ut in-
quæ. fra eodem ca. penult. Cæterum Contigua sunt quo-
rum termini & extrema se se mutuo contingunt, ut
papirus & calamus pingens literas, ut hora octaua

Consequē= est contigua septimæ . Verum Consequentia sunt
tia quæ. quorum diuersa sunt media, neq; termini se contin-
gunt. Ut binae ædes uicinæ, proprium quæq; haben-
tes parietem, ut hora nona consequitur septimam

Proprie= uel sextam. Quamvis autem continuum sit diuisi-
tas conti- bile secundum potentiam in alia diuidua, tamen no
nui. est ex indivisibilibus actu, neq; est infinitum actu,

Axioma. ideo neq; motus neq; tempus est infinitū . Quia Na-
tura non admittit infinitum.

D E D I V I D V O .

Caput XXXIII.

Diuidu
um quid.

P R I M O : Diuiduum, quod alias diuisibile uoca-
tur, est quod in suas partes diuidi potest, ut po-
te quantitas continua uel discreta, & ad instar qua-
titatis, alia quoq; diuisibilia, in suas partes secan-
tur, & haec partes rursum in minutiores partes scin-
duntur, & adeo in momenta & puncta minima.

Atq;

Atq; sic Tempus & Motus uocātur diuidua. Deinde uero Diuiduū dicitur id, quod non est continuū, & cuius partes non sunt continuæ, sed ab iniicē se= iunctæ, & aliquo medio distantes, ut corpus lacera= tum ac disceptum, sic neq; motus unus, neq; tempus sunt diuidua, sed continua, ut dixi. Et in hoc secun= do significatu diuiduum idem est quod discontinuū.

S E C V N D O: Individuum quod & indiuisibile uocatur aliâs, est quod reuera nequit in minorem quantitatem aut aliquas partes secari, ut in quanti= tate continua punctum, in tempore momentum, in numero unitas, & sic motus nō est individuus, quia in suas partes continuas, scilicet principium, medi= um, & finem, diuiditur. Deinde individuum quoq; uocatur, quod in plura media nequit diidi, ad di= uersos fines tendentia, sic continuum est individu= um, sic forma, sic motus, sic tempus, sic quies, sic cor= pus, sic alia huiusmodi, sunt individua & continua, nam si diuiderentur non cohærerent amplius, neq; unum sed plurafierent. Et in hoc caput referre pos= sumus uocabula illa diuidentia totum in suas partes ex Budeo de Asse, qualia sunt uncia, sextans, triens, quadrans &c.

D E Q V I E T E.

Caput XXXIIII.

P R I M O: Quietis uox trifariā significat. Nā 1 Quietis uulgo cessationē ab opere uocamus quietem, & ocium. Deinde ueteres Philosophi Quietem ap= K 3 pellant

1 Indivi= duum quid.

2

C O M M E N T . P H Y S .

pellant statum, & perfectionem rei consecutæ suam formam. Deniq; Aristot. tum perfectionem istam, tum motus ipsius cessationem & absentiam, vocat quietē, similitudine sumpta à sermone vulgari, formis. n. & actibus iam consecutis & præsentibus ces Quiescere sat, id est, quiescit motus. Quiescere ergo nō est moueri & nō progredi amplius in aliam formam, sed in præsenti iam forma tanquam in statu suo consisteret, & perdurare, sic ouū manens ouum quiescit, quod ad pullificationem inclinans dicitur moueri.

Quies
quid.

SECVNDO: Quies est priuatio motus in eo subiecto cuius habilitas potentiaq; est ut moueatur, & tamen non mouetur actu, sic hyberno tempore quietem agunt arbores à fructificatione, & in aestate demum mouentur, id est, fructificant, sic nos quo ad uiuum quietem agimus respectu corruptionis. Cum uero quies & motus sint priuatiue opposita, debent pleraq; ex cap. 30. hoc quoq; referri. Quia oppositorum est eadem ratio & doctrina, sicut ergo quippiam à motu dicitur mobile, sic à quiete dicitur immobile uel stabile.

Motus &
quietis du-

TER TIO: Sicut Motus ita & quies habet duplex respe cies in termino à quo dicitur atq; ita est mera priuatio, adeoq; nihil est in ipso mobili antequam incipiatur moueri, ut in grano tritici adhuc iacente in horreno non dum semine mera est priuatio seminis. Secundo, quies in termino ad quem dicitur plane ipsa perfectio,

perfectio, motum secuta & acquisita per motum, sic quies est in pomo maturo & ab arbore decerpito, quod habet suam formam pomi & perfectionem statumq; pomi.

QU A R T O: Rursum sicut motus ita & quies est triplex, scilicet, Naturalis quies est quares in sua forma locoue quiescit & perdurat, ut homo in sua forma humana, terrain centro, ignis in sublimi, & de hac proprie loquimur hoc capite. Animalis quies est qua uiuum aut animal cessat à suo motu naturali, ut dormiēs quiescit interim ab appetitu & progressu. Violenta quies est qua res naturalis quiescit & consistit in noua forma aut in non suo loco. Ut si corpus aliqua arte dealbaretur, signis sit in centro, si homo pendeat in sublimi, atq; hęc plane est accidentaria. Reliqua ex capite 30. de motu huc repete.

Quies
1 triplex.

2

3

DE MOVENTIBVS.

Caput XXXV.

PRIMO: Satis esset quidem in superioribus dictum de causis efficientibus motum, & de his quae moueant, progrediq; & mutari faciant corpus naturale mobile, sed adiuuādæ memoriæ causa quandam hic repetam uulgata, ex cap. 3. 6. 12. 18. & 30. Mouens ergo est causa efficiens adeoq; motor ciens Mouens quemlibet motum, & mutationem afferens ipsimo quid. bili, ut generans corrumpens &c. Sunt ergo mo Mouētiq; uentia quinq; tanquam autores cuiuslibet mutatio-

C O M M E N T . P H Y S .

1 nis in corpore naturali, scilicet, Mouens primum infinitum immobile, hoc est, ipse Deus, primus motor, effectorque totius naturae, & omnium rerum, supra cap. 13. qui quidem ipse immutabilis est, iuxta Boetium in tertio libro consolationis, carmine non dicentem.

O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Terrarum cœlique sator, qui tempus ab eo uo.

Ire iubes stabiliisque manens das cuncta moueri.

Hunc primum motorem Deum, Aristo. quasi affigit supremæ sphæræ cœli, cui incumbens Deus perpetuum illum motum cœlestem cieat, sicuti Mathematicus suam sphærā mouet & circumuoluit. Qui Deus alioqui otiosus propemodum, pleraque intelligentijs, hoc est, Dæmonijs & spiritibus, & ipsi cœlo naturaeque agenda permittat & huic Deo mundū coæternum idem Aristo. esse dicit prolixè, in octauo Physicorum, ut infra in secundo cap. 1. & 3. pate-

2 bit. Secundum mouens. Cœleste spirituale, quales Intelligen= sunt Angeli, quos peripatetici uocant substantias tiae.

separatas, id est, immateriales, & incorporeas, & uocant intelligentias, id est, dæmones uel dæmonia, & cuique sphæræ cœlesti suum spiritum attribuunt, cui incumbat, ac præsit mouendæ, ut infra in 2. cap. 3. sic etiam anima est mouens spirituale, in corpore

3 animato, infra in 4. cap. 3. Tertiū mouens. Cœleste corporeum simplex, ut pote, primum mobile cum firmamento, & sphæris planetarum, & cum stellis, atque astris

astris, & horum influentijs, ut infra in 2. cap. 4. &
 5. Quartum mouens, est natura uniuersalis, uel ge- 4
 neralis, de qua supra satis cap. 6. Ethæc necessario
 mouet, atq; inuariabili modo quidq; efficit. Quin= 5
 tum Mouens, est natura singularis uel indiuidua,
 atq; hec nō necessario, sed cōtingenter mouet, quia
 potest impediri. Quamuis & ipsa inuariabili mo-
 do suum effectū producat. Nam eodem modo para-
 tum edit Cornelius, quo Sempronia, & eodem modo
 incrementum sumit, etatis, uirium, corporisq; Titus
 quo Caius. Atq; ita de similibus iudicare oportet in-
 diuiduis & singularibus, secundum naturam agen-
 tibus, suosq; motus cōientibus, ut supradixi in ca. 6.
 Atq; ita hæc quinq; mouentia suo sibi ordine ac se-
 rie connexas sunt, ut subinde inferius à superiore de-
 pendeat. Plura uero de Deo, de intelligentijs, de
 sphæris cœlestib. apud Arist. in 12. Meta. inuenies.

SECUNDUM: Rursum mouens est duplex, sci-
 licet, per se, & per accidens. Per se mouet, quod si-
 cuiuslibet adminiculo mouet, uel totum, ut anima
 mouet totum corpus, uel parte ut homo proijciens
 lapidem, manu pedeue mouet lapidem. Sed per acci-
 cidens mouere dicitur, quod per aliud mediū uel in-
 strumentum agit, atq; mouet, ut causa superior per
 inferiorē se causam agit, atq; mouet, quo ad perue-
 niatur ad indiuiduā, singularem, atq; infimam cau-
 sam. Sic & substantiæ ratione suæ formæ agunt per
 qualitates primas & secundas ut infra in 2. ca. 22 &

Mouens
1 duplex.

C O M M E N T . P H Y S .

Regula.

23. dicam. Semper autem inquiri debet potius motens per se & proprium, quam per accidentes & impro prium. Ethae de efficiente causa ipsorum motuum sufficient.

D E M O B I L I B V S .

Caput XXXVI.

Mobile
quid.

Nota.

Mobile.

Motus pas
sio forma=

CVM physicæ subiectum sit corpus mobile, pro prius, quatenus actu mouetur & mutatur, ut satis apparet & supra cap. 2. Hinc etiam facile uidere licet, quæ sint Mobilia. Est enim mobile, ipsum subiectum circa quod uersatur & exercetur motus, ut circa Generabile, Corruptibile, Augmetabile, Diminuibile, Alterabile, locoq; mutabile, exercetur Generatio, Corruptio, Augmentatio, Diminutio, Alteratio & Latio. Sed species istorum sex generum enumerare difficultimum est propter egestatem linguae, & inopiam uerborum. Erant ergo singenda uocabula, ut pullificabile, & similia, nisi aures ab huiusmodi uerborum insolentia abhorrerent. Oportet itaq; ista circumloqui, secundum uocabula significatio rerum naturalium species, in praedicamento substantiae & in alijs enumeratas, in quibus dicitur motus fieri. Cum uero quodvis mobile physicum sit substantia corporea, id est, corpus naturale, certe motus est res mere accidentis, in ipso mobili tanquam in ma mobilis, id est, mutabilis, quæ forma dicitur istis passio-

passio materialis, quia materiam subigit, & prepa^t Pa^ssio ma-
rat, & materia patitur se ab illa forma informari. terial. qua^e
Superuacua est autem plane istorum disputatio, qui & cur.
rixose contendunt. Vtrum motus idem cum mobili Qu^aestio
suo, an secus. Quasi uero accidens idem sit cum sub= Solutio.
iecto suo, & cum substantia cui inhæret.

DE TERMINIS.

Caput XXXVII.

PRIMO: Terminus est forma à qua incipit terminus motus, et ad quem progreditur, finiturque quid. idem motus. Et in unoquoque motu sunt duo termini, termini scilicet, terminus à quo, et terminus ad quem. Terminus à quo est, unde mobile incipit mutari, et à quo incipit motus, nempe, priuatio formæ acquirendæ, adeoque et forma mox amittenda, supra eodem cap. 17. terminus ad quem est, quo mobile perficitur, et ad quem motus finitur, ut pote formam acquisita per motum, supra cap. 15. Ut in generatione, terminus à quo uocatur, non esse hoc, terminus ad quem uocatur, esse hoc. Et contra in corruptione, terminus à quo uocatur esse hoc, et terminus ad quem uocatur, non esse hoc amplius. Exemplum utriusque exempli. hoc sit, in generatione pulli fit progressus ab ovo quod nondum est pullus tanquam à termino à quo, ad pullum tanquam ad terminum ad quem. Et contra, in morte est progressus et motus, abesse animal, ad non esse animal, sed cadaver, sic in alijs motibus exempla querere. Sic ergo simpliciter forma substitutialis uei

C O M M E N T . P H Y S .

uel accidentaria mox amittenda, uocatur terminus à quo incipit motus, et altera forma acquirenda est terminus ad quem finitur motus. Sicut in certamine cursus, ipsi carceres sunt terminus à quo, sed meta est terminus ad quem. Sic in descendo inscitia, est terminus à quo, et scientia est terminus ad quem,

Terminus Sic in prolificazione, non homo est terminus à quo, ad quem. Et iam natus homo est terminus ad quem. Itaq; terminus ad quem, est plane finalis causa aut finis intentionis. Iuslibet motus, in genere uel specie. Antequam uero mobile a= mobile progrederiatur à termino à quo, tum dicitur actu.

mobile potentia nō actu, sed iam progressum à termino à quo, nec dum contingens finem, id est, terminus ad quem.

Quiescens minum ad quem, dicitur mobile actu. Perfecto autem motu, et forma consecuta, non amplius mobile, sed quiescens uocatur, supra cap. 24.

Mediū seu intermedium motus quid. SECUNDΟ: Quantum spacium temporis est inter principium et finem motus adeoq; intra terminum à quo, et terminum ad quem, illud dicitur medium, uel intermedium ipsius motus, quo spacio, mobile iam actu mouetur, et mutatur. Atq; hoc spaciū non est paris quantitatis in omnibus mobiliis, ac motibus, ut infra dicam cap. 41. Nam diutius fert uterum Elephas quam equa, diutius equa quam canis. Sicut autem motus non est ullus, nisi inter terminum à quo, ad terminum ad quem, sic quies est demum in termino ad quem compræhenso, ut currentum deniq; quiescit cum pertigit metā.

Motus. **Quies.**

DE L O C O.

Caput XXXVIII.

PRIMO: Quamuis Aristo. materiam de loco ac tempore, statim subiecerit tractatui de definitione motus & de infinito in quarto libro physi-
corum, tamen ego has duas circumstantias, hucusq; dinis.
distuli, qui uidebatur commodius esse dissentibus,
si motus subiungerem mox sua accidentia atq; cau-
sas. Pertinet autem hec tractatio de loco ad physi-
cam, cum quodlibet mobile sit corpus, ut supra cap. phys. per-
z. & 26. uidimus. At qui corpus non potest non esse tineat de
alicubi, id est, in aliquo loco. Deinde quodlibet cor= loco tract.
pus graue aut leue , suapte natura mouetur locali
motu. Ergo locum & esse & sciri necesse est.

SECUNDО: Loci nomen bifariam intelligitur Loci ac-
nempe grammaticae & physice, quia Grammatice, cep.
uulgo appellamus locum , illud spaciū uel interual= Locus
lum mediū, quo distant ab inuicem duo pluraue cor= 1 grāmat.
pora, atq; hic locus est longus, latus, excelsus , hu= bifariā
milis. Et mensuratur suis spacijs, ut infra eodem ca. accip.
40. Similiter improprie locum uocamus terminum 2
fixum uel stabilem situm, cuius respectu mobile se
aliter atq; aliter habet, ut cum dico Lipsia est locus,
unde sum hæri egressus , ut cum dico . Media regio
aeris est locus, unde pluua distillat , sed neutro ho=rum modorū physicus utitur in descriptione motus.

TERTIO: Proprie & physice loquendo. Lo= Locus phy-
cus est ultima superficies concava corporis cōtinen- sic. quid.
tis

C O M M E N T . P H Y S .

tis in se locatū, in immobilitate prima. Vel, Locus est corporalis finis corporis, quatenus suum locatum continet, sic aëris superficies concava, et capacitas aeris ambientis hominem est locus, et aer est corpus continens locatum, et homo est illud locatum intra aëris concavam superficiem, id est, in loco. Sic interior superficies uasis est locus aquæ, uel mellis, aliisque liquoris. Et uas est corpus continens. Et aqua uel liquor est locatum corpus in eo uase.

Loci 6.

cōditio = 1
nēs.

Materia 2
cur non
locus.

Q V A R T O : Sex conditiones requiruntur ad locum. Prima: Ut locus contineat totū locatum, ergo materia non est locus, licet contineat formā, que est tantum altera pars locati corporis. Secunda, Ut locus sit reuera aliud quām locatum, sic alia res est uinum, et alia res est superficies uasis, continentis uinū, ergo forma non est locus, tametsi terminet et definiat locatū corpus, quia forma est essentia corporis locati, et idem cum locato, sic neq; totum est locus suarum partium, quia partes uniuersæ persci-
3 ciunt totum, suntq; idem cum suo toto. Tertia: ut locus sit locato prorsum contiguus, et ne latum quidem capillū distet à locato locus, hoc est, ut isti loci quuntur. Superficies loci concava anterior, sit plane continua superficie conuexa exteriori ipsius locati, sicut interior superficies uasis cui adhaeret uinū locus est, non illa exterior, superficies uasis cui circū hærent circuli, neq; etiam spaciū separatū à cor-
4 pore est locus. Quarta: Ut locus sit æqualis locato,
ne plus

ne plus minusue cōpleteatur locus uno locato, nam
alioqui uel plures loci, uel imperfectus locus esset,
sic tēplū, fōrum, & similia, nō sunt locus physi-
cus, quia semel eodem momento plures sunt in tem-
plo, in fōro. **Quinta:** Ut locus habeat suas differen- 5
tias positionis localis sex, scilicet, supra, infra, an- Differ. pōa-
te, retro, dextrū, sinistrum. Sicut & sex sunt diffe- sit localis.
rentiae motus localis, hinc denominatæ, scilicet, sur= Diffe. mo-
sum, deorsum, arte, retrorsum, dextrorsum, sini- tus localis.
storsum. Quarum priores dueæ differentiæ sunt in
quolibet corpore, sed posteriores quatuor sunt tan-
tū in corporibus animaliū proprie. **Sexta:** Ut locus 6
sit immobilis per se, quod in fine prime definitionis
dicitur, quia locus est superficies corporis continen-
tis locatū interior, & superficies est accidens in præ-
dicamento quantitatis, sed accidentia non mouen- Locus qua-
tur per se, id est, suo motu, sed per accidens, id est, re immobi-
alieno motu, scilicet, motu corporis subiecti cui in- lis primo.
herent, consequitur ergo locū esse immobile primo
id est, non moueri per se, sed per accidens, Si. n. mo-
tu locali per se moueretur locus, tū huius loci aliis
esset locus & sic deinceps iuxta regulam catholicā. **Regula ca-**
Quicqd per se mouetur, in loco mouetur. Atq; ita si tholica.
eret progressus in infinitū quod excluditur à natura

QVINTO: Vulgatae diuisiones loci sunt qua- Diuisio-
tuor. **Prima:** locus aliis est intelligibilis uel imagi- I nes mo-
narius, in quo non sentitur, sed intelligitur quid esse tus.
spiritualiter uel imaginarie, non corporaliter, ut
spiritus

C O M M E N T . P H Y S .

spiritus, angeli, demones, & animæ separate à corpore, similiter & accidētia immaterialia, quæ imaginamur esse in loco, cum tamen nullū occupent locum, neq; compleant spaciū. Alius locus est corporalis uel sensibilis, in quo mouetur aut quiescit corpus mobile, & hic demum pertinet ad physicen.

2. Diuis. *Secunda: locus aliis est communis, ut cœlum, ut terra, ut domus, ut forum, ut templum, in quo sunt plura corpora simul, & huic non conuenit definitio loci physici. Alius est locus proprius, nempe circūscris p̄io corporis, tantum unam rem includens, neq; maior neq; minor corpore locato, & sic est in predicamento quantitatis huicq; cōuenit definitio predicta. Tertia: Trifariam dicitur quippiam esse in loco 1 co, scilicet Circumscripsiue, Vbi est principiū, medium, & finis in loco, atq; in hoc corpus cōtinetur.*

3. Diuis. *2 Definitiue cū quippiam ibi est ubi operatur, ut angelus, ut accidentia. Et Repletiue, quot replet omnē locum, utpote mundū replet Deus, tametsi nō circumscribatur à mundo. Quarta: Adhuc quippiam in loco dicitur esse per se, ut subiectū mobile in loco proprio, utpote leuia in sublimi, grauia in inferno loco uel per accidens, ut partes subiecti, & accidētia corporis, q̄ sunt in loco simul cū suo corpore subiecti.*

4. Diuis.

D E V A C V O .

Caput XXXIX.

An sit ut- **E** X Epicureorum sententia prolixa est apud cuum. Lucretiū in libro primo disputatio, Vacuū

Et inane esse. Arist. contra cōtendit in quarto physi-
corum, non esse uacuum. Que contentio cum nihil
admodum ad docendum faciat, prorsus hic omittitur.
Et sola definitione contenti, Reliqua ad cōmen-
tarios, et ad experientiam artificum remitteremus.

Itaq; uacuum est locus mere imaginarius non re= Vacuum
pletus corpore locato, habilis tamen ad recipiendū quid.
corpus locatū. Neq; hic sentire debemus. Sicut uul-
gus, quasi sola terrestria corpora impleant locum.
Ut lapides, ligna, animālia, aqua, sed aēr quoq;, et
ignis, occupant et replent locū suum, tametsi subtī-
lius corpus loco cedat crassiori. Ut igneū aēreo, et
aēr aque, et aqua terre uel terrestri, cedit. Non po Vacuum
test autem esse uacuum in rerum natura, que causa quare non
etiam est mirabilem motuū, quales et natura, et possit esse
artifices operantur suis instrumentis, grauiacorpo in rerum
rasursum ferentes, ut patet in deducendis aquis per natura-
canales, ut patet in alijs instrumentis, qualium sae-
pe meminit Vitruvius in Architectura, si enim uac-
uum esse, neq; motus naturalis, neq; animalis, neq;
violentus continuari posset, cum omne corpus mo-
bile, aut quiescens, in suo loco proprio uelit consti-
tui. Et circa materiam uacui mouentur tres quesiti-
ones. Prima, An possit esse uacuum. Cui respondeo.
Non esse Vacūū, probari per experientiam quoti-
dianam, quod corpora grauiapotius ascendūt sur-
sum, aut aliqui in locum nō suum feruntur, potius
quam admittatur vacūū, ut iam dixi ex Vitruvio.

Trium
1 questio-
num de
uacuo
solut.

C O M M E N T . P H Y S .

- 2 Secunda, An idem corpus in diuersis locis esse possit
semel eodem temporis momento? Cui respondeo sim-
pliciter. Hoc per naturam fieri non posse, sed mira-
culoſe, ſicut corpus C H R I S T I eft in cœlo, et ſi-
mul in diuersis formis Sacramenti panis et calicis.
3 Tertia, An duo pluraue corpora poſſint ſimul in
eodem loco proprio eſſe? Cui respondeo. Quod hoc
fieri non poſſit, arguere experientiam in bombar-
dis, ubi ignis et aer uehementiſimo motu eiacula-
tur globum lapideum aut ferreum ingentis ponde-
ris, ne admittatur vacuum, hoc eft, ne non ſuum lo-
cum quodq; corpus occupet.

D E S P A C I O R V M V O-
cabulis. Caput XL.

Spacium
quid.
Vſus huius
capitis.

P RIMO: Quid ſpacium fit diximus ſuprata.
38. nempe, Inter medium temporis uel loci in-
ter duos terminos, hoc eft, id quod inter principium
et finem intercedit. Hoc autem caput ideo ſubiun-
xi, ut uel ex Budæo, uel aliunde, huc congererentur
mensurarum uocabula, quibus in metiendis ſpacij
locisq; uulgo utimur.

Nomina ſpaciorū. SECUNDO: Nomina ſpacij mensurandi ferē
haec ſunt.

- 1 Momentum, duodecima pars unciae. i. pollicis.
- 2 Minutum.
- 3 Punctum.
- 4 Siliqua.

5. Semio-

- 5 *Semiobolus, uel Ceration:*
 6 *Obolus.*
 7 *Scrupulus, uel, Scrupulum.*
 8 *Semidrachma.*
 9 *Drachma.*
 10 *Sextula, sexta pars unciae.*
 11 *Didrachmon, uel, Sicilicus, siue Siciliuum.*
 12 *Duella, tertia pars unciae.*
 13 *Tridrachmon, quarta pars unciae.*
 14 *Quadrans.*
 15 *Stater, duodecim scrupuli, hoc est, semiuncia.*
 16 *Digitus, quatuor granabordei.*
 17 *Vncia, uel, Pollex, uiginti quatuor scrupuli.*
 18 *Sextans, duo pollices.*
 19 *Palmus, tres pollices.*
 20 *Triens, quatuor pollices.*
 21 *Quincunx, quinq; pollices.*
 22 *Dichas, id est, duo palmi, hoc est, semipes.*
 23 *Septunx, septem pollices.*
 24 *Bes, octo unciae, uel, pollices.*
 25 *Dodrans, uel, Spithame, nouem unciae.*
 26 *Decunx.*
 27 *Pes, id est, duodecim pollices.*
 28 *Cubitus, id est, sesquipes. Vulgo ulnam uocant
sed male.*
 29 *Gradus, duo pedes.*
 30 *Gressus, uel, Passus minor, duo pedes, & semis.*
 31 *Passus, quinq; pedes.*

C O M M E N T . P H Y S .

32. Orgyia, uel, Vlna, uel, Hexapeda. i. sex pedes.
33. Cubitus maior, nouem pedes.
- 34 Decempeda.
35. Pertica, uigintiquinq; pedes. (citer.)
36. Plethrum, centum pedes, sexta pars stadij cin-
37. Stadium, centum uiginti quinq; passus, hoc est,
sexcenti uiginti quinq; pedes. Et Græci nume-
rant secundum stadia, sicut Latini secundum
passus. Est ergo stadium octaua pars miliarium
Italici.
38. Diaulus, duostadia.
39. Miliare Italicum, uel, Mille passus, quod spaci-
um lapide signabant. Ideoq; vocant lapidem,
miliare Italicum quandoq;.
- 40 Dolichus, duodecim stadia.
- 41 Leuca, miliare Gallicum, duo Italica, hoc est,
sedecim stadia.
- 42 Parasanga, triginta stadia, Persicum miliare.
- 43 Miliare Germanicum, quadraginta stadia, hoc
est, quinq; Italica.
- 44 Schoenus, sexaginta stadia.
- 45 Diæta, hoc est, uiginti millia passuum, quatuor
Germanica miliaria.
- 46 Stathmus, uel, Mansio, uel, Diæta militaris, ni-
ginti octo millia passuum.
- 47 Diæta vulgaris, miliaria germanica septem.
Et hæc de spaciiorum uocabulis. Reliqua apud
Budæum require.

DE TEMPORE.

Caput XLI.

PRIMO: Tempus est numerus mensurans motum rerum mutabilium, secundū prius et posterus, uel ut Rodolphus apertius finit. Tempus est spacio deductū ex cœli solisq; uertigine, quo omnium mobilium metimur agitationem et uicissitudinem. Neque statim ex hac definitione consequitur, Opinio sphaeras cœlestes uel motum cœli esse tempus, ut qui falsamdam falso opinantur. Sed significatur tempus esse Expositio spaciū, quod mensuretur ipso motu cœli et solis. definit. Ut dies artificialis est tempus, hoc est, spacio quo sol supraterram uoluitur et lucet, et sicut panni quantitas mensuratur ad longitudinem cubiti uel ulnae, sic tempus metitur et mensurat propriæ quemlibet motum, id est, durationem uel spaciū motus, secundum prius et posterius quorū neutrū est in tempore, sed plane in motu: Cuius terminus à quo cū suis medijs propioribus uocatur prius. Sed Terminus prius quid nus ad quem cū suis medijs propioribus uocatur posterius quid sterius. Nam quia motus quiddam cōtinuum est, et quid non in instanti, id est, non in uno momento temporis absoluitur, sed iustū requirit spaciū, certe dividitur motus in partem priorem, scilicet, in principiū, et in partem posteriorem, scilicet, in finem, ut supra eodem cap. tricesimo et tricesimo septimo dictū est. Sic in calefactione aquæ spaciū quod re-

C O M M E N T . P H Y S .

fertur ad terminum à quo, hoc est, media quæ præcedunt tepefactionem, illa dicuntur prius esse, sed spacium quod refertur ad terminum ad quem scilicet caliditatem, hoc est, media quæ sequuntur tepefactionem, dicuntur esse posterius. Hic autem docendi gratia tepefactionem sumo, pro dimidio gradu uel spacio ad calefactionem. Et hæc medietas debet mensurari secundum proportionem geometricam.

Alia desinuntur motus nō in eodem momento, sed secundū prius, id est, præteritum, et posterius, id est, futurum, cum fluxu suo præsenti, id est, cū momento uel in uero temporis præsentis, Quod isti uocat N V N C. Quod N V N C. Finit præteritū, et incipit futurū.

Tempus
triplex.

SECUNDUM: Tempus est triplex, scilicet, Præteritum quod fuit, et iam non est, Futurum quod erit, nec dum est. Præsens quod est finis præteriti, et initium futuri. Hoc præsens alioqui ipsum N V N C dicitur. Est autem N V N C. Continuatio præsentis temporis, adeoq; actus et substantia temporis. Quia momenta continua sunt sine interuallo, sunt tempus ipsum. Sicut puncta continua sunt ipsa linea. Et rectissime dicunt nihil sentiri neq; apprehendi de tempore, quam momentum, id est, ipsum N V N C. Quia tempus nihil aliud est, quam N V N C continuatum fluens continuo suo fluxu.

Prop. I
efficitur

TERTIO: Proprium officiū temporis est, mensurare motū quemlibet rei mobilis per se, et quietem

tempus per accidens. Hoc tempore mensuratur primo poris.
 motus primi mobilis, hoc est, supremi coeli, qui dicitur maxime regularis. Deinde mensuratur tempore 1 Quae te
 motus inferiorum sphaerarum coeli. Verum tam spiritu 2 pore me
 um cœlique substantia proprie non dicitur esse in tempore, suretur,
 sicut neque in loco. Quia extra cœlum supremum que no.
 nihil est. Et quia esse in tempore est variari ac mutari
 tempore, ut iam mox dicam. At qui cœlum et spiritus
 sunt incorruptibles, locoque tantum mouetur. Denique 3 Esse in
 motus sub cœlo in rerum natura, mensurantur tempore tempo=
 re, ut pote motus naturales, qui tandem examinatur re quid.
 ad motum cœli tanquam perfectissimum, in quo tempus
 est proprius actu. Sic et alij motus, ut animalies in cor= 4
 pore animato, et motus super naturales, ut in crea=
 tione, in rebus fatalibus, in angelis, mensurantur tempore.
 Præterea tempus est causa corruptionis potius quam durabilitatis, propter corporum naturalium
 fragilitatem, et mutabilitatem, quam mensurat tempus. Quod autem longiore tempore duravit, id senscit, et paulatim ad interitum suum procedit. Quod
 et experientia et vulgariter sententiae docent, ut he. II
 Tempus edax rerum, tuque inuidiosa uetus as, Ouid.
 Omnia destruitis, uiciataque dentibus aui.
 Paulatim lenta consumitis omnia morte,
 Tempora mutantur et nos mutamur in illis.
 Ideoque et temporaneum uocamus caducum et mutabile.

Q V A R T O: Physici addunt duo tempora, Cognata
 finia, scilicet, Aeternitatem et Aetum. Aeternitas temporis.

C O M M E N T . P H Y S .

Aeternitas quid. est interminabilis & infinita mensura eius, quo neq; principium, neq; medium, neq; finem, habet.
Aeuum quid. Ut Dei & Mundi iuxta peripateticos. Aeuum et mensura motus, saltem localis, eorumque habent principium quidem, sed non finem. Quales sunt Angeli, Dæmones, Animæ humanæ immortales. At qui mundus non est in tempore secundum substantiam suam sed in æternitate. Verum iuxta motum localem, & secundum partes, operationes, actionesq; suas, est in tempore. Quia partes mundi, ut clementa, ut corpora, sunt corruptibiles.

D E N V M E R O .

Caput XLII.

Numerus quid hoc loco significit. **P**RIMO: Numerū hoc loco paulo aliter quam Arithmetice intelligimus. Nempe, quasi mensuram qualemcumq; per quam plus minusve quantitatis esse iudicamus, & discernimus, in re quapiā. Et Numerus est duplex, scilicet, Numeratus & Numerans. Numeratus, quē alioqui materialem uocant, est plane res uel multitudo numerata, ut exercitus, cohors, manipulus. Sed Numerus numerans, quem alioqui formalem uocat, bifariam dicitur. Nam aliud est principalis, ut Anima ipsa numerans & discernens à se inuicē omnia & singula, & quidem sola anima hominis. Bruta. n. & inanima, nihil numerat. Alius numerus est medius, quo **Numerus** tanquam instrumento anima nostra numerat. Et hoc instrumentum

instrumentum rursum intelligitur trifariam, scilicet, pro actu uel operatione animæ numeratis. Deinde pro conceptu istius discriminis. Et sic tempus est numerus, hoc est, discriminem spacijs prioris & posterioris. Denique signum aut uocabulum numerale est simbolum numeri, ut unum duo, tria, quatuor. Et hic uocatur Mathematicus numerus, quantitas Numerus collecta ex multis unitatibus, sicut linea est collecta Mathematica ex multis punctis continuis.

rus me= diustri plex.

3

quid.

SECUNDO: Tempus si comparetur ad motū Tempus, tanquam ad suum efficientem, ut dies artificialis ad qualis numerum solis supraterram, tum dicitur numerus numeratus. Si uero cōparetur tempus suo subiecto mobilis secundum partes suas, scilicet, præteritū, præsens, & futurū, tum dicitur numerus numerans medius. Nempe conceptus uel discriminis in anima mediante spaciū secundū prius & posterius, ut in definitione temporis explicauī. Et hactenus de Motu physico, deq; eius accidentibus & circumstantijs, à 28. capite dictū esse abunde puto. Quæ breuiter hoc Quid dis epilogi licet complecti, ut obseruemus summatim. cendū sit. Primo, ἐνδελέχεια quid & quotuplex sit, cap. 28. 1 ex 15. Secundo, Potentia quid & quotuplex sit, cap. 29. 2 proxim. Tertio, quod Motus est actus entis in potentia mobi 3 misca lis, & eius sex esse species, cap. 30. Quartio, ad motū 4 requiri quinq; Quinto, Motū esse triplicem, ca. 30. 5 Sexto, Motum non esse infinitum actu, cap. 31. Sed 6 motum esse continuum cap. 32. Et nō esse motum di-

C O M M E N T . P H Y S .

- 7 uiduum, alioqui nō unum sed plures dici motus, ca.
- 8 33. Septimo, quod quies est cessatio motus in ente mo-
- bili, ca. 34. Octavo, Mouentia esse quinq; scilicet,
- 1. Deum, 2. Angelos motores, 3. Cœlos et stellas, 4.
- Naturam communem, 5. Naturas singulares, ca. 35.
- 9 Nono, Mobile subiectum, esse corpus naturale, to-
- 10 tius quoq; physicæ subiectum, cap. 36. Decimo, Ter-
- minos esse duos, scilicet, A quo, et ad quem, cap. 37.
- 11 Undecimo, Locus quid et quotplex sit, ca. 38. Duo
- 12 decimo, Vacuū non esse, cap. 39. Decimotertio, Spa-
- 13 cium esse temporis uel loci interstitium, et interme-
- 14 diū, cap. 40. Decimoquarto, Tempus quid, et quo-
- 15 tuplex sit, ca. 41. Decimoquinto, Numerus quid sit,
- 16 et eum esse in anima, cap. 42. Decimosexto, Obser-

Argumen- tu totum hunc primum cōmentarium, sicut et octo
tū primili- libros physicorum, uersari circa prima elementa
bri huius physicæ, et tradere theorica præcepta de rerum
commen- naturaliū principijs, causis, effectis, accidentibus, ut
tarij. de motu et mutabilitate corporis naturalis. Atq;
 ita hactenus generalia tantum esse proposita et ele-

Cur hacte- mentaria. Quorum exempla et experimenta ex
nus tradi- in sequentijs libris obseruare licebit. Quod uero
ta diffici- predicta uidentur alicui esse difficultia, nihil aliud
lia uidean hac difficultatem obijcit, nisi quod auribus hec in-
 solita sunt, et quasi aliena propter desuetudinem.
 Sed ut cunq; sit, materiæ sequentis amoenitas facile
 repensabit nobis, si quid difficultatis aut fastidij por-
 tius ex superioribus forte accepimus: Iam inde en. m
 sequuntur,

sequuntur, quæ nostris sensibus etiam & non imaginatione sola possunt deprehendi. Tametsi in reliquo argumento quod superest, multa diligentia, præsenti animo, promptaq; uoluntate, opus erit in discendo. Magna enim pars eruditionis est, cupere ex animo serioq; uelle eruditum fieri.

Finis lib. primi.

COMMEN TARII IN PHYSI CAM ARISTOT.

Liber Secundus.

Præfatio Autoris.



A Q VAE A D I N Q VI- Quid in
renda prima Physicæ principia at primo hu-
tinent, qua diligentia potui hacten ius cōmen-
nus tractavi, per omnia ferè secu- ta lib. tra-
tus Aristote. in hac professione pro- etauerit,
culdubio optimum autorem, ita ut de meo nihil ad-
modum affinxerim. Sed tantum ab illo & sectato-
ribus eius dicta pridem huic commentario inse-
ruerim. Et cupio sane studiosos pari sedulitate præ-
dicta, amare & intelligere, qua fide sunt à nobis
exposita, tametsi me non omnia consecutum esse
uideam & fatear, quasi nihil in primo desidere-
tur commentario, aut quin supersint adhuc plura
discentis

P R A E F A T I O

Excusatio dissentibus inuestiganda. Sed rationem aliquam me
autoris. habere oportuit eorum, qui his sacris iam primum
initiantur, ne, si statim mysteria singula illis discen-
da exhiberem, uel operis prolixitate, uel materie
perplexitate, abigerem, & tanquam ab adytis ex-
cluderē. Nam in predictis etiam non omnino cauere
potui, quin obscuriora quedam uel auribus saltem
insolita & superstitionis quasi uideantur nouitijis se
et& huius, alioqui in specie difficultioris, eò quod ple-
raq; de principijs causisq; præcepta mere Theori-
ca, nullo sensu neq; experientia, sed tantum animi
imaginatione proprie deprehendatur. Sed hæc ta-
men adhibitis exemplis aliunde etiam ascitis, ut ab
arte uel à sensu, & experimento, & ab analogia si-
miliumq; collatione, extrinsecus petita, utiq; se ita
habere tandem experimur, atq; deinceps ex in sequen-

Quid sec. ti argumento magis experiemur. Hinc. n. de mun-
lib. doceat. do uniuerso, de cœlo, de elementis, & quatenus ista
generationi cōseruationi q; rerum naturalium sint
necessaria, dicetur hoc secūdo libro, maiore aliquā-

Cōmenda= to cum uoluptate quam hactenus. Etenim hæc con-
tio huius templatio multo iucundissima debet existimari, &
tractatio = homine liberali dignissima, præsertim, si hic sentiat
nis.

omnia ista propter humani generis usum & cōser-
uationem esse à Deo creata, sifciat se imaginē istius
Homo pri= uniuersi & μηρόνομον esse, ut Plato inquit, hoc
μηρόνομον est, minorem & alterū mundum, non minorem cer-
μ. te dignitate, sed mole, at longe maiorem & melio-

rem

rem nobilitate naturaq; sua, utpote qui sit mundi
quasi dominus, uel saltem usu fructuarius, ut iure
consultorū uerbo utar in re nondissimili. Neq; uero
otiosatantū uoluptas ex hac contemplatione mundi
partiumq; eius discenti obuenit. Sed mirabilis quoq;
cōmoditas, adeo ut aliqua pars humanæ fœlicitatis
(si qua in hoc mūdo potest accidere nobis) illinc de-
pendeat. Siquidem nemo potest negare, ex harū re-
rum scientia & inspectatione, sapientiā atq; beni-
gnitatem Dei ueri agnoscī, in eiusq; amorem ac ob-
seruantiam eos inde illici, qui gratis animis talia re-
uerenter obseruant, nec tant a Dei munera atq; ope-
ra nobis peculiariter edita fastidiunt. Et longū esset
hic indicare exēplisq; probare, quonam modo pīj,
maximi etiā uiri, non solū uoluptatem, sed & hæc,
maioraq; cōmoda, quæ nunc breuiter attigi, percep-
perint ex mundi creaturarūq; obseruatione. Quo-
ties enim David & Salomon, sapientissimi omnium
qui fuerūt principes, Dei peculiarem prouidentiā,
curam, solicitudinem, beneficentiam, & in summa
bonitatem eius lætiſsimis hymnis encomijsq; cele-
brat? Quam in cœlestibus, interreſtribus, in huma-
nis creaturis & rebus, apertissime exhibeat, & an-
bitioſe quasi ostentet. Atqui ista à sanctissimis uiris
celebrata, nemo recte intelliget, niſi qui physicæ te-
neat scientiam, hoc est, qui causas & effectus totius
naturæ in uniuerso mundo efficaciter operantis per
Dei uirtutē ſibi infuſam, inuestigari & cognoue-
rit

C O M M E N T . P H Y S .

Adhorta=
tio.

rit. Eat ergo nunc aliquis ac talem rideat aut con-
temnat professionem, quæ sacris quoq; literis in-
telligendis, adeoq; ad ipsum Deum agnoscendum
ita multum prodesse ostenditur adeo manifeste, ut
nemo sanus contra sentire possit. Proinde studiosos
iam rursum admonitos uelim, ut reliquis audiendis
atq; discendis simul animum & conatum non se-
gniter intendat, & inde Deum patrem misericor-
dem incipient agnoscere, qui si minutulas quoq;
creaturas, ut caducos flosculos, uirgulta, lapillos,
uermiculos, aliaq; animalcula tantopere ornat &
curat, multo certe maiorem solicitudinem corpo-
ris animæq; hominum idem benignissimus pater
suscepit.

D E M V N D O

Caput 1.

Mundus
unde dica-
tur.

Synony-
ma mudi.

Mundus
qd uulgo
& theo.
signif.

PRIMO: Mundum hunc latini uocant, quem
græci nō sūp, utriq; ab ornatu & pulcritu-
dine sua, quod proxime post Deum, & hominem,
spiritusq; nihil sit neq; pulcrius, neq; ornatius, uel
admirabilius, quam ipse mundus. Et hunc alio-
qui uniuersitatem uel uniuersum appellant, eò quod
mundus tanquam sedes amoenissima & capacissi-
ma complectatur, continetq; omnia uniuersa q;
simplicia mixtaue corpora. Vulgus tamen, & sa-
cræ etiam literæ, sæpe Mundi uocabulo significant
terram, & hominest terram habitantes.

SECUNDO

S E C V N D O : Prolixa & ferè superuacua quæ Mundus
stio est. Vtrum unus tantum an plures sint mundi. unus nean
Quam Aristoteles in 1. cœli tractat. 3. examinat. plures.
Probans unum tantum, non plures esse mundos, ut
senserunt post Democritum Epicurei, cuius dispu-
tationis hoc ferè caput est. Quia unus tantum mo- Mundus
tus cœli regularis est, ergo unum est primum mo- cur unus
bile, & unicus est mundus. Si enim plures mundi es- tantum.
sent, oporteret etiam plures diuersosq; motus &
locos extra cœlum esse, atq; ita uacuum admitti, &
in infinitum fieri progressum, quod utrungq; pror-
sum abhorret à natura.

T E R T I O : Mundus est substantia corporeæ, Mundus
complectens suo ordine cœlum & terram, & quæ= quid.
cunq; in cœlo & terra continentur. Huius defini-
tionis Aristotelicæ sumptæ ex libro de mundo sen-
sus facile patet, cum sit ex partibus mundi sumpta,
quarum aliæ sunt simplices, ut cœlum & elementa,
aliæ sunt compositæ, ut corpora mixta ex quatuor
elementis.

Q V A R T O : Partes mundi bifariam inquirun= Mundi
tur, scilicet, secundū situm & secundum relationē. partes.
Quia secundū locum uel sitū uniuersa machina mū= Partes mū
di diuiditur in duas regiones, quarū Superior, uocata secundū
tur regio Aetherea cœlestis, id est cœlū, infra eodē situm.
cap. proximo. Inferior aut̄ est regio elementaris, co-
tinens orbem ignis, aëris, aquæ & terre, infra eodē
cap. 6. Secundum relationem uero, quatenus totum
confertur

C O M M E N T . P H Y S .

Partes mū confertur & diuiditur suis partibus. Mundi partes di secundū longe sunt plures, quarū aliæ principales, aliæ minorē. nus principales uel minutæ dicuntur. Principales, Principa= ut nouem cœli cum stellis, ut quatuor elementa cum les mundi corporibus mixtis, & cōtentis collocaſisq; in uno= partes. quoq; orbe elemētari inanimatis uel animatis. Quālia sunt Meteora, Metallaria, Plantæ, Animantia, Homines, quorum maxima pars in aqua terraq; de-

Minus prī git. Minus autem principales mundi partes & mi- cipales mū nutæ sunt, membra, partes, artus, & articuli pra- di partes. dictorum corporum, & iam enumeratarum in ge- nere substantiarum accidentia. De quibus ex infe- quentibus patebit abunde. Sic ergo patet quod supra

Mundus dixi in primo ad finem capitilis penultimi. Mundum quatenus esse immutabilem in tota substantia sua, Sed muta- immutabi= bilem esse tamen secundū partes, elementares pre- lis, & qua fertim & mixtas substancialias. Neg; hoc dici absur- tenus mu= de probant exempla plurima, ut mare totum dici- tabilis. mus non posse exhaustiri, quod tamen partibus ex- hauritur, cum sentina purgatur in naui, uel plura uasa implentur aqua marina.

Materia mundi
Poëte. Q VINTO: Causæ mundi sic ferè inuestigan- tur. De materia mundi ex qua sit compositus, inter se ambigunt eruditii. Poëtæ enim & uetustissimi, uoluunt mundum ex chao esse factū tanquam ex mate- ria prima, que sit creatarudis & informis primū, & inde digesta atq; disposita secundum uniuersi mundi partes. In hac opinione est Ouidius, secutus

Hesiodum

Hesiodum in Theogonia. Qui scribit & Deos quoq;
natos ex illo chao. Vide in primo Metamorph. de=
scriptionem xxi. Q.

Antemare & terras &c.

Ecclesiastici uero rectius sentiunt, mundum esse ex Ecclesia= nihilo creatum, hoc est, ex nulla materia factum à stici.

Deo. Peripatetici opinantur mundum plane & eternum, hoc est, nunquam incepisse, neq; desituru esse. tici.

Plato autem in Timæo dialogo, quem de creatione Plato.

mundi scripsit, non ita alienus est à nostra & Eccle siasticorum sententia & fide. Sed reuera de creatio= De mundi ne uel eternitate mudi, humana ratio nihil certi po= eternitate test intelligere, nedū statuere. Iuxta illud ad Hebr. quid sentia. Fide intelligimus, aptata esse secula uerbo Dei, ut endum.

ex inuisibilibus fierent uisibilia. Constat ergo fide, Mundum creatum incepisse aliquando, sed non inter= riturum esse plane nec post extremum diem, cum purgabitur & renouabitur pristinæq; amœnitati restituetur, ut scholastici uerbose disputant. Cum Peripate= ergo, ut dixi, eternum esse mundum peripatetici tici. opinentur, materiam quoq; primam ipsi mundo co= eternam esse uolunt, ex qua mundus cum suis par= tibus sit factus, tametsi est longe alia materia prima cœli, aliae elementorum, ut uerbose contendunt pe= ripatetici, in libro de cœlo & mundo priore.

SEXTO : Forma substantialis mundi est ipsa Forma mū quidē perfectissima & absolutissima, suis partibus disubstan= optimè distincta & ornata essentia. Quā perfectio= tialis.

C O M M E N T . P H Y S .

nem describit & probat Aristoteles. mox in principio
Forma mū operis de cœlo & mundo. Verum ista forma mundi
di inani= est inanimata, hoc est, nō habet propriam animam,
mata. licet gubernetur à nobilissimo spiritu Dei, & inde
ab angelis, ut dictum est supra in primo cap. 35. Sic
& Virgilius in 6. inquit Deus nobilissima mens agi-
tat molem mundi, & magno se corpore miscet. Vbi
Forma mū omnia spiritus intus alit. Sed forma accidentaria
di acciden= mundi uniuersi magno consensu est orbicularis &
taria ro= sphærica, id est, mere & æqualiter rotunda. Ut Pli-
tunda. nius in 2. cap. 2. & Arist. in 2. libro de cœlo cap. 3.
probat aliquot rationibus. Ut perfectissima figura
est in perfectissimo corpore mundi, sed sphærica fi-
gura est omnium perfectissima. Ergo mundus est sphæ-
ricus. Minorem probat Arist. in 2. cap. 3. de cœlo.
Tu alias rationes quere apud autorem sphærae ma-
Efficiens terialis. Efficiens autem causa mundi, tametsi iuxta
caus. mun= peripateticos nulla sit, qui eum æternū esse credunt,
di. tamen, autore Mose & Platone in Timæo, Deus est
mundi opifex & creator omnium partium eius, to-
tiusq; uniuersi. Quem Deum etiam peripatetici di-
cunt esse motorem & gubernatorem mundi. Qui
per medias causas quæq; agat. Vide in 8. Physico-
Finalis rum & in 11. atq; 12. Metaphy. Finalis causa Mun-
caus. mun= di est, continere intra se & fouere omnes singulasq;
di. partes suas enumeratas supra, ad gloriam Dei &
Effectus et utilitatem hominum. Effectus autem accidentiaq;
accidentia mundi cum plurasint, tamen hæc quinq; præcipue
mundi. numerantur.

S E P T I

S E P T I M O: Mundus est finitus non infinitus. **I.** Mundus
 Quia nihil habens finitum motum est infinitum. Sed **i** finitus.
 Mundus habet finitum motum quotidianum, quo
 circumgyratur in 24. horis. Ergo mundus non est
 infinitus. Maiorem probo. **Q**ui finiti ad infinitum
 nulla est proportio. Item, Alioqui lineæ infiniti cor-
 poris ducerentur à centro in infinitum & distarent
 infinite à centro, quod si accideret, nullo modo re-
 currere posset intra finitum tempus. Item, Omnis fi-
 gura habet finem & terminum, sed mundus est fi-
 guratus spherice. Ergo mundus est finitus. Vide plu-
 ra in primo de cœlo tractat. **2. I T E M**, Mundus est **II.** Mun-
 dus unus non plures, alioqui rursus admitteretur infi-
 dus unus.
 nitū & uacuū quoq; contra naturæ captū. **Q**ui si
 plures essent mundi, tum extra cuiusq; cœlū, esset ali
 quid. Nam uero extra cœlū prorsus nihil est. **I T E M III.** Mun-
 dus est æternus secundum peripateticos, ut se-
 pe iam dictum est. **I T E M**, Mundus est perfectissi-
 mum corpus proxime post hominem. **I T E M**, mun- **III.** Mun-
 dus est sedes & habitaculum Dei, spirituū, & cor-
 pus perfectorum, atq; eorum quæ his accident. Atq; hæc de cœl. corp.
 uniuerso mundo in præsens dixisse satis sit, plura V. Mundus
 enim ex insequentibus patebunt.

sedes Dei
& creat.

D E C O E L O.

Caput II.

P R I M O: Vocabulum cœli teste Arist. lib. i. **Cœlissia**
 cap. 3. multifariam significat. Primo enim si- **i** gnifica
M 2 gnificat **ta.**

V
C O M M E N T . P H Y S .

gnificat extremam mundi sphäram, ut pote primū mobile, extremum corpus mundi, circulariter mobile. Quod alias firmamentum vel stellatum cœlum Aristoteli dicitur. Secundo significat omnes spheras contiguas in regione ætherea. Sic cœlum appellamus, supremū spaciū mundi intra primum mobile & elementa. Cuius suprema pars & circumférētia est primū mobile, infima uero est sphæralūnæ. Et sic in præsenti capite intelligitur. Vocaturq;
Aether.

Aether à continuo & perpetuo motu. Quod Arist. quintam essentiam uocat, id est, corpus æthereum.

Cœlum 3 Unde di- Tertio capimus cœlum prototo mundo. Porro cœlum dicitur, Vel à concavitate, quod intrase omnia etum. complectatur, Vel ab ornatu, quod astris & stellis pulcerrime sit cœlatum, pictum, & ornatum.

Cœlū quid SECUNDUM: Cœlum est corpus simplex, æthereum, & sphericum, perpetuo mobile actu, stellis & astris insignitum.

Quo or- TER TIO: Aristoteles in 2. cœli, tract. 1. hoc
dine A= ordine docet. Primo: Cœlum esse æthereum, & per-
risto. de petuum, atq; infinitum, non quidem magnitudine,
cœlo do= sed duratione sui, de quo satis supra eodem capite
ceat. 2 primo, articulo quarto. Deinde situm cœli prolixè
inquirit dicens. Dextrū cœli esse orientem unde sur-
Sinistrum. gunt astra. Sinistrum uero esse occidentem. Sursum.
Sursum. uero aut superiorem locū cœli esse ad polum antar-
Deorsum.cticum. Et deorsum, inferioremq; cœli partem, esse
ad nostrum polum arcticum, eò quod motus incipiat
à dextro

à dextro ad sinistrum. Verū non potest negari, plerosq; cōtra sentire, qui arcticum dicunt esse dextrū cœli, antarcticum uero sinistrum. Tertio loco docet, non unum sed plures motus esse in cœlo, & planetas ab occidente ferri contra primum mobile, ut infra eodē capit cōsideratio. Quarto loco docet: Cœlū est Rotundum sphericæ figuræ, quod experientia quoq; arguit, siquidem stelle, & astra, & que distant à centro terre. Siue in oriente, siue in meridie, siue in occidente, siue ad septentrionē sint. Quinto loco, de motu cœli, de stellis, de numero spherarum indicat.

QUARTO: Materia cœli & corporū cœlestium esse longe aliā, quam elementorum aut corporum mixtorum, docet scholarum consensus cum corp. cœlestium. Aristotele. Siquidem elementa & corpora composita inuicem sint generabilia & corruptibilia. Sed cœlum est ingenerabile & incorruptibile.

QVINTO: Adhuc sunt obseruandæ aliquot conditiones & proprietates cœli. Prima, Nullū corpus esse extra cœlū naturaliter & violenter. Quia omne corpus est uel cœlestis, uel elementare, uel cōpositum. Modo cœlestis extra cœlum nullū est, quia nihil est extra seipsum. Quod uero neq; elementū, neq; compositū extra cœlum sit, patet. Quia sicut omne graue fertur deorsum ad centrū, ubi quiescit: Sic omne leue fertur sursum ad circumferentiam, ubi quiescit. Nam uero cœlū, est hec ipsa circumferentia totius mundi. Secunda Conditio est: cœlum

3 In cœlo
plures
motus.

4

5

Proprie
tates cœ
li.

2

C O M M E N T . P H Y S .

non esse elementū, neq; compositum ex elementis, ut supra de materia eius patuit, et incorruptibilitate mundi. Ergo cœlū neq; generabile, neq; corruptibile, nec calidum, nec frigidum, neq; coloratum est. Et in summa cœlum non habet ullam qualitatem, que 3 conflatur ex qualitatibus elementorū. Tertia conditio: Cœlum est omniū corporum multo nobilissimum, et pulcherrimū, quod multifariam probatur. Quia supremum locum occupat. Et quia pulcherrimam, et perfectissimam habet figuram sphæricam, quæ intra se ipsam terminatur æquabiliter, et fulcitur qualibet sua parte. Item, Quia cœlum non est obnoxium ulli mutationi secundū substantiam, vel qualitatem, sed tantum loco mutatur, sicut spiritus. Verū hinc maxime probatur cœli nobilitas, quod naturā habet uniuersalem cœlestē, de qua supra in 1.ca.6. Nam efficax est cœlū in hæc inferiora corpora, quibus cōmunicat suas uirtutes et influētias, quod supra in 1. cap. 4. uocauimus fatū astrologicum, quale magnifice celebrat in principio 4. lib.

**Cœlū in
inferiora agit 2
tripliciter. 3**
**Influentia
cœlestis quid.**

Manilius. Et cœlū agit in hæc inferiora tribus modis quasi instrumentis. Primo per suū motum, quo calefacit, et fouet, et uiuificat hæc inferiora corpora. Secundo lumine suo, eò quod lucem omnibus rebus affert, et tenebras tristiciamq; discutit, et illustrat hæc inferiora. Tertio per uirtutem et influētiā suam. Etenim influentia cœlestis, est quedam qualitas immaterialis, et occulta in cœlo, effi-

cæx, que nequit impediri, quin suos effectus præstet
in his corporibus compositis, pro eorum qualitate,
natura & habitudine. Quin etiam Platonici dicūt,
ipsas animas quoq; multa à cœlo sumere, ut infra
in 4. cap. 38.

DE MOBILITATE

cœli. Caput III,

PRIMO: Sicut cœlum est ceteris corporibus Motus cœli
multo nobilior, sic etiam habet motū nobilio= li circula=rem & perfectiorem, qualis est motus circularis & ris.
uniformis, quem supra maxime regularē diximus.
Moueri autem cœlū circulariter bifariam proba= tur. Primo ab experientia. Nam uidemus oculis stel= las oriri, paulatimq; eleuari à terra, donec perue= niant ad mediū cœli. Magnitudines autemistarum stellarum que hoc modo mouentur in nullo uariare loco, per certas mensuras depræhenderunt Mathe= matici. Consequitur ergo in eo motu æquales obser= uari distantias in eodem loco, ad diuersas stellas. Et per consequens circulariter moueri cœlum. Dein= de quia motus cœli est regularis maxime, quem semper & quis spacijs in uiginti quatuor horis cōfici ob= seruamus, & oculis quoq; cernimus, in sole & equino= ctiali. Quo. n. in loco stella fixa hac nocte sub horā nonam uidetur, eodem in loco perendie sub eandem horam nonam noctis cernitur. Ergo motū esse cir= cularē necesse est, præcipue cū hic circularis motus maxime cōueniat sphæricæ figuræ cœli & mundi.

C O M M E N T . P H Y S .

Motus cœli SECUNDO: Motus cœli est perpetuus, quia
li perpe= cœlum iuxta peripateticos est perpetuum, & intra-
tuus. se habet motorem suum, nempe spiritum, uel intel-
Caus. effi. ligentiam ut uocant. Nam efficiens causa cœlestis
motus cœli motus est primum ipse Deus, Primus motor, perpe-
lestis. tuo mouens & impellens supremū mobile, cui quasi
affixus insidet, & incumbit secundum peripateti-
Intelligens cos. Deinde singulis sphæris sui sunt & insident spi-
ritus, quos uel dæmones, uel intelligētias appellant.
Isti spiritus interim dum cognoscunt & uident suū
creatorem Deum, peculiari quadam uoluptate ac
Motus cœli anima- desiderio mouent suam quisq; sphærām. Et cum illi
lis quasi. spiritus similitudine quadam uocentur animæ. Ideo
quasi animalis est motus cœli.

Motus cœli non naturalis 1 TERTIO: Motus cœli non est naturalis, sed
diuinus quodammodo, quia nunquam stat cœlum,
neq; quiescit. Iam uero quod caret alterna requie,
2 durable non est secundū naturam. Nec intenditur
3 motus, neq; remittitur, sed est semper æquabilis.
Item, quia cœlum non mouetur ad eandem partem,
cum tamen sit eiusdem speciei. Nam primum mobi-
le ab oriente in occidentem mouetur, Planetæ uero
contra proprio motu ab occidente in orientem mo-
uentur, & diuerso tempore quidem.

Motus cœli non animalis QVARTO: Motus cœli nō est animalis, quia
li non ani= sine fatigione, sine labore, & absq; fine est ullo,
malis. neq; remissior in principio & fine, neq; fortior in
medio, sed est æqualis semper. Nec etiam uiolentus

est motus cœli, quia nullum violentum est perpetu= Motus cœ= um neq; æquabile, sed motus cœli est perpetuus & li non uio= equabilis. Ergo non est violentus.

QVINTO: Quod pythagorici & Plato quo Concentus que in Timæo, & post eum Cicero in secundo de na= & harmo tura Deorum, & in libro de uniuersitate, item Ma= nia cœli crobius in priori parte libri 2. de somnio Scip. cōcen quid. tum musicum & sonantem harmoniam quandam cieri & excitari dicūt ex illo motu, est mere somniū philosophicum, si de sono uocali intelligas, tametsi dicunt isti harmoniam & concentum cœli propter nimiam longinquitatem nō percipi auribus. Reue= Harmonia ra autem cum harmonia significet proportionem qđ signif. & æquabilitatem in motu cœli atq; in alia qualibet quantitate, non quidē sonus uocalis, sed alioqui pro portio illa intelligi debet durare in cœli motibus.

DE SPHÆRIS COELE= stibus. Caput IIII.

PRIMO: Si quis unicum cœli orbem unamq; Orbem cœ= tantūmodo sphærām cœli esse diceret, is pla= li plures. ne non cum ratione, sed absq; omni sensu insaniret. Quia ipsa sensuum experientia docet esse plures sphærās, tametsi de numero ac ordine sit aliquain= ter ueteres Philosophos atq; Mathematicos dissen= sio. Siquidem ex sententia Aristotelis & Platonis Orbiū cœ= octo sunt tantum sphæræ uisibiles & sensibiles, ex līnumerū discreto motu stellarum hoc ordine. Prima, firma= sec. Plat.

M 5 mentū. & Arist.

C O M M E N T . P H Y S .

mentum, quod Aristoteles primum mobile & su-
perimum uocat orbem. Secunda sphæra Saturni.
Num. orb. Tertia, Iouis. Quarta, Martis. Quinta, Veneris.
cœli sec. Sexta, Mercurij. Septima, Solis. Octaua, Lunæ. The
Theolog. ologi recentiores huic numero superaddunt adhuc
tres orbes suprafirmamentū, scilicet. Nonum, cœ-
Orb. cœli lum aquæum uel Cristallinum. Et decimum, primū
mobile. Et Undecimum, cœlum Empyreum. Ma-
num. & or thematici quoq; non omnino conueniunt de nume-
dosec. Ma ro & ordine. Quidam omittūt Empyreum cœlum,
themati- & ponunt Decimum, quod uocant primum mobi-
cos. le. Et Nonum quod uocant secundum mobile. Octa-
Orbes cœ- um deinde firmamentum. Atq; deinceps alios or-
linouem. bes ponunt. Alij uero & plures, contenti sunt nu-
mero nouem sphærarum hoc ordine. Prima, pri-
mum mobile non stellatum. Secunda firmamentum
stellatum. Tertia, sphæra Saturni. Quarta, Iouis.
Quinta, Martis. Sexta, Solis. Septima, Veneris. O-
ctaua, Mercurij. Nona, Lunæ. Vide tamen disputa-
tionem Alberti in 2. de cœlo. tract. 3. cap. 11.
Cuius in- SECUND O: Quia de ordine & situ stellarum
tersit tra- ac sphærarum, & quomodo quæq; moueatur, &
etare de quantum ab inuicem distent, inquirere plura spe-
sphæris etat ad astronomiam, ut dicit ipse Aristoteles in 2.
cœlest. de cœlo, nolo ego neq; etiam si uelim possum in alia
enam inuadere professionem mathematicæ, ut uti-
lisimam quidem, sic & honestissimam. Omne ergo
hoc negotium de magnitudine stellarum, de moti-
bus

bus planetarum atq; cœlorum, plane intactum permitto mathematicis, contentus ijs, quæ ex Aristote= lis tractatione circa hanc materiam utilia uidentur & necessaria ad prima hæc physices elementa.

T E R T I O: Physici est cōsiderare uelocitatem phys. quid aut tarditatem motus cœlestis. Quo ergo quisq; orbis est superior, eò quidem uelocius mouetur motu re oportē diurno, hoc docet experientia in motu circulari. at.

Nam quo quidq; in circulo uel sphæra est circumferentia propius, eò uelocius mouetur. Et quo quidq; ciusque centro est propius, eò tardius mouetur. Siquidem tardius uelocius est quod in tempore certo, ueluti in 24. horis moueans maius spacium loci conficit & percurrit. Sed tardius est quod in eodem tempore certo, ueluti in 24. horis minus spacium loci conficit & percurrit.

Verumtamen quo quisq; orbis est inferior, eò uelocius mouetur motu proprio ab occidente in orientem. Sicuti cum nauis uelociſſimo cursu feratur in Exemp. de occidentem uel septentrionem, interim tamen nauis motib. orb. tæ uel alij in naui agentes, deambulare, expaciari, uel progredi possunt in orientem, uel meridiem. Sic Orb. cur proprio motu feruntur sphæræ inferiores, ad retardandum impetum primi mobilis, ut aiunt. tu ferātur.

Q V A R T O: Motus primi mobilis est unicus, Motus pri= diurnus scilicet, ab oriëte in occidentē & hinc rur= mi mobilis sum in orientem, quem circumvolutum conficit su= diurnus. per polis mūdi arctico & antarctico quotidie spa= Dies nat.

cio

C O M M E N T . P H Y S .

Motus ratio 24. horarū, quod uocatur dies naturalis. Et hoc
ptus infer. motu primum mobile secum rapit omnes alias infe-
Sphærarū. riores spheras, sicut nauis secundo amne aut uento
defluens secum rapit & deuehit omnes homines &
alia quæ in nauis sunt, & tamen nihilominus inferio
Poli dup. res sphære sic raptæ cum primo mobili super polos
Motus ob= mudi habent proprium suum motū, qui uocatur ob-
liquus. liquus, super polis zodiaci ab occidente in orientē,
ut dixi. Quo ergo quæq; sphæra propior est primo
mobili, eò uelocius mouetur non suo motu sed diur-
no, & tardius mouetur motu suo proprio, cōtradi-
Motus pro urnum. Ita ut firmamentū proprio motu percurrat
prius fir= unum gradum inducentis demū annis, atq; ita per-
mamenti. currat zodiacū in quadraginta nouem millibus de-
Magnus mum annorum. Quod spaciū uocantisti magnum
annus Pla annum Platonis, quo ex alto omnia priora sint rea-
tonis. ditura ab initio atq; pristinum ordinem habitur,
sic ut post tantum temporis exactum simus hoc loco
Motus Pla rursum confessuri atq; audituri Physicam. Saty-
netarum. nus autem zodiacum totū percurrentes absoluit mo-
tum suum in triginta annis. Iupiter in duodecim,
Annus so= Mars in duobus. Sol in 365. diebus, & 6. horis quod
laris. spaciū uocatur annus solaris. Venus & Mercurius
etiam in anno solari circiter conficit cursum pro-
Mensis. prium. Luna uero in diebus 28. circiter, quod spaciū
mensis proprie uocatur. Et hactenus de motu
Cur motu sphaerarum. Dicit autem Aristoteles moueribas in-
prop.infe. riores spheras ab occidente in orientē contra pri-

rum mobile, propter homines, aliaq; super terram sphæra agentia, Quia si motus primi mobilis non retardatur neq; inhibetur tarditate inferiorum orbium, non posset aliquid crescere aut uiuere super terram, propter nimiam primi mobilis uelocitatem. Sed reuera proprius sphærarum motus facit diuersitatem dierum ac noctium, coniunctiones et oppositiones, diuersosq; aspectus siderum,

SEXTO: Dubitant hic de loco cœli. Vtrum sit Cœlum an in aliquo loco. Et sane apparent elementa esse in suo in loco. loco, utpote Terram in concauo aquæ, Aquam in concauo aëris, Aërem in concauo ignis, Ignem in concauo lunæ, cuius Lunæ sphæra complectitur et ambit omnia corpora elementaria et composita. Que mouentur nō quidem circulari, sed recto Motu sele tu. Deinceps uero superior quæq; sphæra comple mentorum estitur inferiorem. Sed de ultimo demum supremoq; qualis. cœlo dubitatur, utrum ne sit in loco an non. Si quidem extra cœlum nihil est, nedum sit aliquod corpus ambiens cœlum, uel superficies corporis ambi entis. Et breuiter respondeo ex sententia Aristotelis et Alberti. Cœlum extreum non esse in loco totum, sed secundum partes. Nec cœlum esse in loco per se, uerum per accidens. Quia centrum eius est in loco sicut Anima est per accidens in loco, quia subiectum eius scilicet corpus est locatum. Nec cœlum moueri in loco sed circa locum.

D E S T E L L I S.

Caput

Cœlū quo modo in loco.

COMMENT. PHYS.

Caput V.

Stelle defini-
mitio.

PRIMO: Stella est densior pars sui orbis reti-
tinens lumen quo usui est subiecta. Definitio
haec significat primo stellas esse ex materia incorru-
ptibili, eadem cum cœlo suo. Non autem ut Platonici
putat quibus & Virgilius assentitur alicubi dicens.
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes.
Id est, stellas, credere oportet ex igne esse stellas.
Quod autem id à signo confirmant, eò quod luceant
& calefaciant stelle, plane fallax est. Siquidem plu-
ra alioqui lucent quæ tamen non sunt ignes neq; ex
igni, ut putridum lignum, ut gemme. Deinde haec
calefactio nō sit per se à lumine stellarum, sed à re-
flexione radiorū, ut apparet in speculis urentibus.
Prouenit etiam à motu calor ille, ut apparet in agi-
tatione & comploctione pedū manuumq; cœlo fri-
gido. Sicut ergo speculum per se nō calidum est, sic
& stelle & lumen earum non sunt calidae reuera.

Sol an per
se calidus. Quare non errant isti ualde qui negant Solem esse
per se calidum, cum potius sit calefaciens sui luminis
radijs, incendens & illuminans mundum. Sed de his
plura infra eodem cap. 8. de aëre.

Sstellæ utrū SECUNDO: Præterea in definitione dicitur
luceat pro stellas recipere lumen, cuius adminiculo uideri ocu-
prio lumi- lis queant. Ettametsi ambigua sit haec controversia
ne an alie- ancepsq; problema. Vtrum luna aliæq; stelle ac si-
no. dera proprium lumen habeat, an id à sole mutuen-
tur quasi alienū. Et quidem maior pars philosopho-

rum

rum cōsentit stellas habere lumen à Sole, & recipe= Sed cur me
 re in se lumen Solis in medio mūdo ferè ob id positi, dius plan.
 partim ut illuminet astra & stellas lucemq; præbe= at in mūdo partim ut calefaciat hæc inferiora. Pro= Sol anima
 inde recte Plinius at q; alij solē uocant animam mun mūdi cur.
 di uiuificantem omnia. Est aut certa ratio secundū
 istos probans hanc sententiam de lumine solari cō=
 municato stellis. Omnia diuersa & multa sub eodē
 genere referuntur ad unum sui generis primū &
 principale, tanquam ad efficientē causam & origi=
 nem unam. Ergo omne lumen fidereū refertur ad so= Axioma.
 lem tanquam ad primū fidus. Quia primum in uno
 quoq; genere, est causa omniū illorū quæ sunt unius
 generis illius Sed Sol in genere lucidorum est primū
 & maximū, ut experientia docet. Ergo Sol est cau=
 sa efficiens luminis in omnibus stellis. Et per con=
 sequens omnes stellæ recipiunt lumen suum à Sole. Cur nō om
 Quod autem nō omnia astra sunt & que lucida, neq; nes stellæ
 eiusdem uel paris luminositatis, nihil impedit, hæc sint & que
 nam culpa non Solis est, sed materiæ in stella, quarū lucide.
 quo quæq; est purior & nobilior eò quoq; est lucidi
 or, ut fidus Iouis & similia. Quo autem quæq; spis=
 sior est eò rubet magis, ut stella Martis. Et quo iusto
 rario est, eò magis albet ut in galaxia patet. Sicut
 & reliqua pars cœli cū sit nimis rara et limpida, nō
 recipit lumē neq; lucet sicut stella, quæ densior pars
 est sui orbis, neq; reflectitur à reliquo cœlo lumē in
 oculos nostros, sicut à stellis propter nimiā raritatē

¶

C O M M E N T . P H Y S .

G transparentiam. Sicut candela non resplendet in aëre, uel sub dio, Sed resplendet à densa camera cœlum. Non ergo cœlū est quod uidemus præter stellas supra nos cœruleum & serenum, sed est Luna cur aër limpidus & lucidus. Corpus autem lune quia inæqualiter lumen recipit, prout separata est loco à solo, et proæt interpositam terre habet portionem, sic & alioz qui alia pars lunæ est densior & luminosior, aliara rior & subobscura, quodammodoq; maculosa. Fit Sol quomo autem hæc stellarum illuminatio à sole non perrea do illumi- xionem, sicut cum lumen solis à lumine reflectitur net stellæ. in aqua & referit uisum, neq;

Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis Solere percussum radiantis imagine lunæ, Omnia per uolitat late loca, iamq; sub auræ. Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti.

Verum hoc lumen à sole recta procedens statim ab initio mundi stellis inditum, hodieq; pariter perma net. Tum demum lumen stellarum à cœlo inde refle- Stelle cur uitur in nostra hac infima regione, referitq; nostru interdiu uisum. Quod autem stelle tantu noctu uel sub cre- non uide- pusculum non uero interdiu uidentur neq; lucent, antur. in causa est sol, cuius lumine magno obfuscatur mi- nus lumen aliarum stellarū & siderum. Sicuticar- bonem uiuū nocte quidem uel in opaco uidemus lu- centem, uerum positus carbo uiuus in apricum locū nō lucet, neq; uidetur luminosus, sed refugit quasi nobilis

nobilius lumen. Et hactenus de definitione & de lumine stellarum.

T E R T I O: Stellæ aliæ sunt fixæ, nempe, in firmamento sitæ. Aliæ vocantur planetæ scilicet secundum differentiam ptēm, ut Saturnus, Mars &c. Dicti sunt autem planetæ quasi errores, non quod erroneous motum habent, cur dicti. beant, quia is alioqui certissimus est, sed quod diuersis stationibus diuersisq; spacijs ac interuallis non uno loco consideré nobis uidentur, & moueri iam ad meridiem, nūc ad septentrionem, iam ad orientem uel occidentem, modo propinqui, modo oppositi inuicem. Sed fixæ stellæ semper eodem spacio à stellæ fixæ se inuicem differunt, eandem uicinitatem aut longinquitatem semper obtinent, ut in tabulis signorum, & siderum, ut per experientiam uidetur.

Q U A R T O: Non ut numerus planetarum secundum Mathematici obseruarunt præcipue mille & uiginti duas stellas in firmamento, ut in circulo zodiaco & in alijs septentrionalibus meridionalibusq; sideribus. Quod apparet ferè in tabulis Stabij. Sex autem illarū sunt differentiae secundum quantitatem, ut Mathematici trahunt. Cæterum motus stellarū est similiter circulatus, non directus, & ipsarum non proprius. Quia stellæ mouentur tantummodo ad motū sui quæque orbis ac sphæræ. Ut prolixè Aristoteles probat in secundo cœli, tract. 2. Stellas moueri non suo sed sphæræ sue motu.

N Sphæra

C O M M E N T . P H Y S .

Spheram uero moueri ab intelligētia uel Dæmonio suo. Et sphaeras & dæmonia moueri à primo moto Stellæ cur re Deo. Quod uero stellæ uidentur habere motum scintillare scintillationis, reuera stellæ non scintillant neq; treuideātur.

Causa autem cur scintillare putentur est hec. Quando uisus noster nimis longo spacio loci d. stat à re uisa, uel cum res uisa exuperat claritateq; sua excellit & perstringit oculos, tunc uisus sese cōtrahit, quasi refugiens immodicam lucem, propter debilitatem & temeritatem oculorum, & tremit uisus. Atq; ita forma quoq; oculis recepta tremit instabilisq; nutat. Et rursum nimia lux oculis immissa resoluit humorem oculorū, ut illachrymentur quasi, & sic fluitante humido in oculis tremit quoq; & scintillat recepta forma uisibilis. Atqui constat stellas & præcipue Solem maximā habere claritatem, quæ ita ut dixi perstringit oculos, ut sic stellæ putentur scintillare, cum reuera uisus oculiq; nutent.

Stellarum figura.

Stellæ an coloratæ.

Q VINTO : Figura stellarum est rotunda & sphærica instar sui orbis. Quod patet à luna, quæ deficiens ecclipsi mittit umbrā sphærice. Iam ergo qualē quodq; corpus habet figuram, talem à se remittit umbrā. Quod uero colores uarij uidentur in stellis, animaduertere licet cœlum & stellas neq; colorrem neq; ullam aliam habere qualitatem elementarem, ut calidum, humidum &c. Quamuis plerasq; qualitates efficiat per influentiam suam : Sed quia stelle impariter plus minus uel lucis à sole recipiunt pro

pro densitate aut raritate materie sue, ideoq; etiā diuersum colorem referunt oculis lucentes per medium alioqui tenebrosum, nempe aërem. Est etiam diuersitas coloris plerunq; à diuersitate oculorum, prout sunt aut acuti aut uitiosi. Cæterum quilibet Stellarum stellaris nostre obiecta est maior quam terra, tamen magnitudo metris idiotis uix unius facis flammam æquare posse do. Videantur sua magnitudine. Excepit tamen Venerem, Mercurium & Lunam, qui planetæ sunt minores quam terra. Atq; hæc omnia mathematici possunt suis instrumentis demonstrare, quos omnino cōsule de ortu & occasu, de situs siderū, deq; alijs ad motum stellarum cœlorumq; pertinentibus, ut pote de circulis & figuris & reliquis huiusmodi rebus.

SEXTO: Sæpe iam dictū est, cœlum & stellas Stellarum habere suam uim & influentiam in hæc inferiora influxus in corpora. Sed unde sit hic influxus & hæc uirtus duabus est. Veterum aliqui crediderūt cœlum & stellas esse ignea corpora, & pasci uaporibus terreis et aquæis, & hinc sumere calidum, siccum, frigidum, humidū. Sed hoc esse erroneum constat. Verū iuxta physicos sic res habet. Omnis motus localis refertur ad aliquem unum motum primum incorruptibilem. Et hic motus incorruptibilis refertur ad suū quisq; motorem. Et illi motores uim suam accipiunt à primo motore Deo. Ideo ut inferiorum corporū motus reguntur latioribus superiorum corporum, id est, cœlorū & stellarum quibus inest motus incorrupti-

C O M M E N T . P H Y S .

bilis. Sic & orbes cœlestes & stellæ accipiunt uim à suis motoribus, nempe Dæmonijs uel intelligentijs. Summatim uero stellis influentia quædam & uirtus efficacissima indita est à Deo. Quam uirtutem exercerent in his inferioribus corporibus, eisq; cōmunicant. Sortiūtur ergo planetæ & stellæ quædam cōlitates. gnomina à qualitatibus, non quasi habeant eas: Sed

Saturnus. quod efficiant & suppeditent. Ut Saturnus pallidus est, frigidus & siccus, melancholicæ complexioni aptus. Et suppeditat inferioribus mixtis frigidū & siccum, retinendis & coagmentandis corporibus idoneū. Iupiter clarus, calidus & humidus, sanguineæ cōplexioni aptus. Suppeditat calidū spiritale, & animale. Et salutare fidus benignumq; appellatur. Mars rubens, calidus & siccus, cholericæ complexioni aptus. Suppeditat calidū seruens, & subiugens coagmentansq; materiam. Sol anima & oculus mundi, dator uitæ, calidus & siccus. Suppeditat

Mars.

Sol.

Venus.

Mercurius.

Luna.

Effectus

in infer.

calidum seminale. Venus alba, calida & humida. Suppeditat humidum uitale & fœcundum. Mercurius uarians, & eius planetæ naturæ se insinuās cui coniungitur. Suppeditat uim cōmiscendi & applicandi uirtutes & qualitates uitales. Luna frigida & humida, phlegmaticæ cōplexioni apta. Suppeditat humidū elementale simplex. Rursum: Causæ agentes reguntur & animantur à Sole, Materiæ subiguntur, id est, redunduntur idoneæ à Luna. Fœcunditas causarum agentium adiuuatur à Ioue. Fœcunditas materialiarum

teriarū iuuatur à Venere. Habilitas, promptitudo, & uelocitas causarum efficientium in producendis effectibus excitatur à Marte. Virtutum uitalium & animalium uarietas & multitudo est à Mercurio. Perduratio uero & firmitas compositi corporis stabilitur à Saturno. Rursum: Calor uiuificus datur à Sole. Calor adurens à Marte. Superficies corporis uaria secundum asperum, leue, durum, molle, est à Mercurio. Humor aërius à Ioue. Humor aqueus à Luna. Humor mixtus & fœcundus à Venere. Mores uero corporis tota Saturni tutelæ permittitur.

Sic enim in compositione corporum commiscentur Commis. qualitates primæ, utpote frigidū cum sicco, & fri- prim. quagidum cum humido, & calidum cum sicco, & cali- lit. in com- dum cum humido. Sed frigidum & siccum cōmixta, pos. corp. non sunt durabilia neq; uitalia, sed lœtalia. Nam uitapotissimum consistit in calido & humido, ut infra eodem ca. 12. & 26. Deinde signa in zodiaco circu- lo participant qualitatibus planetarum ferè in hūc Signazon- modum, ut Taurus & Capricornus sint Saturnina. diaci pla- Virgo & Libra sint Iouialia, Aries & Scorpius sint net. quali- Martialia. Cancer & Leo sint Solaria. Gemini & quomedio Sagitarius sint Venerea. Aquarius & Pisces sint participet. Lunatica. Ceterum iuxta cursum Solis, Aries, Tau- rus, Gemini, conficiunt Ver calidum & humidum, complexioni sanguineæ aptum, & pueritiæ. Can- cer, Leo, Virgo, conficiunt Aestatem calidam & Aestas. siccum, cholericæ complexioni amptam, & ætati

C O M M E N T . P H Y S .

Autūnus. uirili, Libra, Scorpio, Sagittarius cōficiunt Autumnum, frigidū & humidū, complexioni phlegmaticæ aptum, & iuuenili ætati. Capricornus, Aquarius, Pisces conficiunt Hyemem, frigidam & siccā, complexioni melancholicæ aptam, & senili ætati.
Hyems.
Vitam & actiones naturæ qui plane=tae gubernant. Vitam porrò nostram præcipue Sol & Luna modarentur. Conuersatio autem & actiones naturæ tam à Sole & Luna quā ab alijs planetis regūtur. Quatenus cœli & stellæ qualitates habent nō quidem in se tanquam formas accidentarias, sed tanquam effectus & uirtutes in corpora cōposita. Vnde non consequitur statim. Influentiam cœlestem aliquid necessitatis imponere libero arbitrio aut animo hominis (ut ualde prolixè disputat Picus Mirandulanus in uerboſo opere contra mathematicos) niſi quatenus complexiones & qualitates corporum à cœlis & stellis temperatæ inclinant animum ad hos uel illos effectus, ad has uel illas uirtutes & uitia. Tam et si ergo inclinent stellæ & astra, homini tamen nō imponunt neceſſitatem aliquam. Quia sapiens dominabitur astris. Sed de his plura infra in 3. cap. 1. Et hæc de regione mundi ſuprema ætherea uel coeleſti dicta ſufficient. Sequitur materia elementorum & qualitatum.

D E E L E M E N T I S .

Caput VI.

Subiectum primi libri **D**ictum est in primo cōmentario de corpore natrali mobili ſimpliciter, prout habet sua

sua prima principia, materiam, formam, et priuatio huius com-
 nem, adeoque naturam, et inde causas suas. Hactenus menta-
 uero in secundo commentario his quinque capitibus Subiectum
 aliqua tradidimus de corpore mobili non quidem secundum cap. prae-
 cendum mutationem forme substantialis uel accidentium.
 dentariae (nam alioqui mundus per se totus est celum
 et stellae sunt incorruptibles, nec aliam atque aliam
 subinde formam qualitatem aut quantitatem recipi-
 unt) sed tantum loco mutantur et feruntur. Quis in mo- Motus lo-
 tus localis est communis omnibus corporibus, siue calis.
 sint incorruptibilia siue corruptibilia. Iam inde ue- Subiectum
 ro de corpore naturali mobili et mutabili secundum sequentis
 formam substantialiem uel accidentariam, hoc est, tractatio-
 de generatione, corruptione, augmentatione, diminutione in hoc
 minutione, et alteratione dicetur. Verum isti mo- 2. lib.
 tus non fiunt, nisi iuxta qualitatum mixtionem in
 corporibus. Et hec qualitates ita sunt temperatae fe-
 re, prout quodque corpus elementis uel naturae ele-
 mentari affine est, et prout a quolibet elemento ac-
 cipit. Sunt enim elementa corporum principia, et Elementa.
 sane materia secunda omnium naturalium corpo-
 rum, ut infra mox videbimus. Proinde primum de Ordo tra-
 elementis, deinde de mutationibus, postea de quali- dendorum.
 tibus tractandum erit. Ergo que iam ad finem hu- Ut ilitas se-
 ius commentarij secundi sequentur, maxime omnium queris tra-
 erunt animaduertenda. Siquidem in his omnis Phy- stationis.
 sice usus consistit, plane adeo, at hinc demum inci-
 piat medicus, ubi Physi. us desinit.

C O M M E N T . P H Y S .

Elementi PRIMO: Communi consensu Elementi voca-
accep. 1. bulo trifariā utimur, primum. n. significat princi-
pium scientiae & artis complexū, ut in philosophia
Regulæ ca morali aut naturali, ut in Mathematica, sunt com-
tholicae uel munus regule, quales uocantur catholicæ uel axio-
axio. mata, ut, Quod tibi non uis fieri alteri ne feceris, ut,
Ex nihilo nihil fit. De quibus infra in 4. cap. 32. &
2. 34. Secundo: Elementū significat id, quod est cōmu-
ne omnibus rebus construendis in eodē genere prin-
cipium. Sic ut sit in suo genere primum, ut literæ &
syllabæ sunt elementa dictionum & orationum, ut
lapide ligna, lutum sunt elementa domus fabrican-
dæ. Sic ossa, caro, humores, sanguis, spiritus, sunt
3 elementa corporis impropria. Tertio: proprium Ele-
mentum physicis dicitur, principiū corporis natu-
ralis materiale, quo sensu hoc capite prorsum acci-
Elementi pitur. Et uidetur latinis Elementū uocari quasi ali-
Etymolo- mentū, eò quod his alantur quasi & foueantur con-
gia. seruenturq; corpora mixta. Græcis σοιχεῖα dicun-
tur ab ordine. Quod ordo & proportio & tempe-
ramentum elementorum & qualitatum elementa-
An sint ele riū constitutat corpora & conseruet. Dubitare uoro-
menta. an sint elemēta, est negare naturā et plane insanire.
Definitio- SECUNDO: Tres sunt definitiones uulgatae
nes elemētū ipsius elementi. Prima est, Arist. in 5. metaphys. ca-
titres. 3. Elementum est principiū corporeum, simplex,
ex quo componitur res naturalis primo, cui rei in-
est, nec dividitur secundū speciem in aliam speciem.

De

De huius definitionis sensu infra articulo proximo.

Secunda definitio est medicorum. Elementū est corpus simplex, quod in partes diuersæ speciei diuidi nō potest. Et hæc definitio est sine relatione elementi ad elementare mixtum, hoc sensu, Elementum est corpus compositū ex materia & forma primis principijs, inter omnia generabilia & corruptibilia maxime simplex, quod nequit diuidi in partes alterius speciei ac nominis, cum non sit ex partibus diuersæ speciei compositum. Sic quælibet guttula aquæ est aqua. Quælibet pars terræ est terra. Tertia definitio est item medicorum. Elementum est corpus simplex, pars prima corporis humani & aliorum corporum mixtorū, quod in corpora uel partes diuersæ formæ diuidi minime potest, & ex cuius cū alijs elementis commixtione species & corpora diuersa generatorum fiunt. Huius definitionis sensus explicabitur latius infra eodem cap. 25. ubi proprias conditiones elementi in genere enumerabo.

TER TIO: Dicitur autem primo in definitione prima & tertia, Elementū corpus simplex & principitum corporeū, ad differentiam primorum principiorū, scilicet materiæ, formæ, et priuationis, quæ non sunt corpus neq; res corporea perse. Et ad differentiam corporis mixti, quod minime simplex est, Dicitur secūdo, ex quo corpus componitur, ad differentiam cœli & stellarum, quæ cum sint corpora quidē simplicia, tamen nihil ex ijs tanquam ex ma-

Definit.
elemen-
ti expli-
catio.

C O M M E N T . P H Y S .

- 3 teria cōponitur neq; generatur. Dicitur tertio: Elementum prima pars corporis ex qua primo componitur corpus, ad differentiam membrorum corporis, quæ sunt quidem partes eius integrales, partim præcipuae, partim non præcipuae, sed nō prime, rerum secundariæ. Neq; enim primo omnium fit corpus ex membris suis, sed ex elemētis & ex elemētari temperamento nascitur primo. Item ad differentiam primarū & secundarum qualitatum, que sunt principium accidentariū, quatenus illæ elementares proueniunt ab elementis suis. Dicitur quarto: Elementum esse principium compositorū, ad differentiam cœli, stellarum, spiritum, & accidentium immaterialium uel imaginabilium, quæ neutiquam sunt cōposita. Dicitur quinto: ex elementi unius cū alijs elementis commissione nasci corpora generabilia. Nam ex uno tantum uel duobus elementis nihil nascitur, nisi omnia quatuor temperentur & cōmisceantur incorpore nascituro uel nascente, ut infra eodem cap. 26. Quod autē dicitur sexto: species fieri diuersas ex elementis mixtis, potest referri nō ad corpora tantū, sed etiam ad qualitates secundum naturam, ut ad qualitates primas & secundas que nascuntur ex temperatura aut vi elementorum. Dicitur septimo: Elementum rō posse diuidi in partes diuersæ speciei, ad differentiam corporis compositi & partium eius, quorum quodlibet est compositum ex partibus diuersæ speciei, ut pote ex quatuor elemen-

mentis, quæ differunt sane specie. Nam aliud est aer, aliud aqua. Sed elementum neque; compositum est ex partibus diuersis speciei, neque; diuiditur ideo in partes diuersae speciei. Nam ut dixi quaelibet pars uel guttula aquae est aqua, quaelibet scintilla ignis est ignis. Secus est de membris et partibus etiam homogenijs nedum heterogenijs. Et de corpore composito secus est. Elementum ergo est corpus in quod alia Elementa corpora cōposita eorumque membra diuiduntur et quid resoluuntur, cum sit ipsum diuisibile in partes diuersae formae et speciei. Et hactenus de definitione.

QUARTO: Elementa sunt quatuor communi Elementa consensu ferè philosophorum et medicorum, scilicet quot. cet, Ignis, Aer, Aqua, Terra, de quibus iam mox suo cuiusque capite. Hic autem numerus elementorum quaternarius probatur trifariam. Primo ab Arist. in fine 4. de cœlo: secundum motum leuis aut grauis, quæ sunt due formæ elementorum accidentariae. Oportet inquit, esse unum corpus quod feratur super omnia alia corporali naturali motu, ut est ignis leuissimus. Et contra. Oportet esse unum corpus quod subsidat infra omnia corpora, ut est terra grauißima. Denique oportet esse duo corpora adhuc media inter ignem et terram, ut pote aërem non ita leuem ut ignis est, et aquam non ita grauem ut terra est. Nam alioqui duobus tantum existentibus, uno quicquidem extreme leui ut igne, altero extreme graui terra, nulla esset plane proportio motuum,

neque;

Numerus ele.
quomo^d pro^p
betur.

C O M M E N T . P H Y S .

neq; illum esset liberamentū regionis elementaris,
neq; solide consistere & cohærere possent corpora
ex elementis composita. Siquidem alia summe levia
sursum suo impetu ferentur & uagarentur. Alia
summe grauia in imo semper subsiderent & igna-
via iacerent & quasi dīc dīx παρωπ discorda-
rent. Ergo ad harmoniam corporum necesse est
media duo corpora esse simplicia. id est, aërem &
aquam. Quod etiam Ouidius significat dicens.
Dissociata locis concordi p̄ce ligauit:

- 2 Et reliqua ibid. 1. Metamor. Secūdo: Quaternariis
hic numerus probatur item ad Aristotele in princi-
Symbolis= pio 2. de generatione. Quatuor, inquit, sunt prima-
mi prim. rum qualitatū symbolismi possibiles, & duos sym-
qualit. pos bolismi impossibiles. Ergo necesse est quatuor esse
sibiles & elementa. Quia omne elementum est uel calidū &
impossibi= siccum ut ignis, uel frigidum & siccum ut terra, uel
les. calidum & humidum ut aēr, uel frigidum & hu-
midum ut aqua. Nihil uero potest esse simul calidū
& frigidum, neq; simul humidum & siccum. Quia
enim contraria se mutuo à subiecto expellunt, im-
possibilis plane est symbolismus calidi cū frigido, et
3 humidicūm sicco. Tertia ratio Ciceronis est (utrig;
sane iam dictæ conueniens) in lib. de uniuersitate
sic dicentis. Corporeū & aspectabile, itemq; tracta-
bile omne necesse est esse quod natū est. Nihil porrò
igni uacuū uideri potest, nec uero tangi quod careat
solido, solidum aut nihil quod terrae sit expers. Quā
obrem

obrem mundum efficere moliens Deus, terram pri-
mum, ignemq; iungebat. Omnia autē duo ad cohē-
rendum tertium aliquod requirunt, & quasi nodum
vinculumq; desiderant. Ergo cum soliditas mundo
quereretur, solida autē omnia uno medio nunquam
duobus aut̄ semper copulentur, ita contigit, ut inter
ignem & terrā, aquam Deus aēremq; poneret, eaq;
inter se compararet, proportione q; cōiungeret, ut
quemadmodum ignis aēri, sic aēr aquae, quoq; aēr
aque, id aquaterrae proportione redderet. Sensus
autē huius Ciceroniani loci est ferè hinc eliciendus.
Quod omne elementum est uel simpliciter leue ut
ignis, uel minus leue ut aēr, uel simpliciter graue ut
terra, uel minus graue ut aqua, Item, bina elementa
sunt extreme contraria & ex diametro pugnant se
cundū primas qualitates, ut ignis calidus & siccus
cum aqua frigida & humida, & aēr calidus & hu-
midus cū terra frigida & sicca, & altera bina ha-
bent quandam affinitatem & symbolismum iuxta
qualitates primas, ut ignis calidus & siccus cū ter-
rasicca & frigida & aēr calidus & humidus cum
aqua humida & frigida. Quia ergo extreme cōtra-
ria & ex diametro in subiecto pugnantia se uel mu-
tu expellunt uel subiectum corrumpūt, necesse est
bina symbolica & Affinia elementa superaddi, atq;
ita quaternarium numerum elementorū conficere.

QVINTO: Forma elementorū & figurata= Figūra
met si rotunda sit & sphērica, tamen motus eorum elem.
naturalis

C O M M E N T . P H Y S .

- Motus ele^{nō} est circularis sed rectus, utpote in leviment.
sursum, in graui deorsum, nisi quod terra secundū se tota est plane immobilis, ut infra eodem cap. 10.
- Mot. surfs. Est autem ille motus levium sursum, grauium uero & deors. ex deorsum, plane naturalis. Quod uero à latere, hoc qual.
- Motus à la^{doq;} elementa uel elementaria mouentur, id in cor-
tere qua= poribus inanimatis ut in lapide est motus violentus,
lis. inq; animatis est quandoq; violentus, quandoq; anti-
malis motus ille. Cæterum graue est quod naturali-
ter semper ferri appetit deorsum à circumferentia
ad centrum, quod utrung; cum probat experientia
non est eius ratio querenda. Quia addiscentē opor-
tet principijs credere. Cæterum leue non nisi uiolen-
to motus fertur deorsum aut nō sursum. Sicut & gra-
ue uiolento motu fertur sursum aut nō deorsum. Sic
etiam motus elementi ignis & aëris in supremarē regi-
ones sua tantum (quo motu, diurno scilicet, utrung;
rapitur quotidie cum sphera Lunæ, & circumuo-
litur secundū Mathematicos ab oriente in occiden-
tem, & rursum ab occidente in orientem circulari-
ter) nō est naturalis sed violentus motus & alienus
- Motus aë= ut paulo ante dixi. Verū aër in medio & infima re-
ris & a= gione sua, item aqua, nō mouentur illo motu circu-
que. lari uiolento, sed recto habent motus naturaliter,
uel alienos quoq; uiolentos uel animales, ut dixi.

D E I G N E .

Caput VII

P R I M O

PRIMO: Nihil admodum facienda est eorum Opiniones contumacia, qui contra Aristotelem & me= falsae de e= dicos rixantur, nullum esse elementū ignis inter lu= lemento nam & aërem. Ut Valla in primo dialectices cap. 2. ignis. magis studio dissentieō ab Aristotele, ut solet, quā certis rationibus pugnat, Elementū ignis esse solum quem nos fouemus lignis, alia uero materia in foco & alibi. Neq; etiam moueant nos qui dixerunt ignem 2 esse etherem, quasi adurentem & lucentem, adeoq; cœlum ipsum stellasq; & sidera mere ignē esse, uel saltē ex igni facta. Vel elementū ignis esse illum 3 calorem & lumen stellarū & astrorum. Quorum utrunq; absurdum cōmentum esse conuicit iam pri= dem recte sentientium philosophorū autoritas con= sentiens & ratio. Quin ergo bene docentibus phi= Verasen= losophis credamus, qui dicunt supremum elemen= tentia de torum sphærēq; lunari proximo subiectū esse ele= ele. ignis. mentum ignis, cuius sphæra ut ambitur ab orbe lu= ne, sic ipsa circumambit totum aërem. Nec obstat Cur ignis quod aiunt oculis non posse uideri ignem illum su= elem. non premium. Quia alioqui colorem non habet, nec est uideatur. lu: idus, ideoq; uisum non terminat, neq; uideri po= test propter subtilitatem nimiam. Est ergo ignis diaφarec, id est, transparens, translucens. Si enim luceret, obscuraret nobis lucem stellarum, & præ= cipue Lune.

SECUNDΟ: Ignis est elementum leuiſſimum Elementū calidiſſimumq; & ſiccū, cholericæ cōplexioni ido= ignis quid. neum

C O M M E N T . P H Y S .

neum. Hæc definitio satis patet ex supradictis. Non
est autem subtilius ullum elementū igne, cuius uir-
Effectus e-
lementi i= tutes sunt quoq; efficacissimæ & cōmodissimæ. Ignis
gnis in sua enim primo in sphera sua uiuificat cū stellis per in-
sphaera. fluentiam suā in hæc inferiora & temperat in cor-
poribus frigiditatē intensam Lunæ & Saturni, atq;
calefacit supremā sibiq; uicinam regionē aëris, non
infimā. Sed medium frigefacit per d̄vrit̄ p̄ḡs x̄oīp̄,
ut infra eodem cap. prox. & infra in 3. ca. 2. Quare
non otiose neq; superuacue ponitur in cœlo ignis
hic ut uolunt aliqui, neq; uerendum est, ne ignis urat
hæc inferiora, ut nugantur isti: qui metuant ne cœ-
lum ruat. Nam ignis ut est efficacissimus quidē, eius
tamen efficacia à pluribus reprimitur, utpote à fri-
giditate Saturni & Lunæ, ab humiditate aëris, à
frigore mediæ regionis, & inferiorum elementorū
aque & terre. Tametsi legātur quandoq; incendia
facta, ut sub Phætonte in Aethiopia, de quibus pro-
lixe uide Albertum tract. 2. cap. 12. de proprietati-
Ignis effi-
caciā quæ
reprimāt.
Effectus
elementi
ignis in
mixtis.

bus elementorum. Virtus item ignis in corporibus
mixtis hæc est, ut in eis incocta & indigesta imma-
turaq; coquat, digerat, maturet, humidumq; cū sic
comisceat, ut in corporibus sua agilitate & ui pe-
netrabile aperiat meatus ipsi humiditati aëris alio-
qui crassiusculæ, quod in balneis sane apparent, ubi
calore aperiuntur pori. Et ut frigiditatem in illis a-
que terræq; frangat & temperet, ne nō male & im-
modice infringidentur corpora contra quam ferat
horum

horum temperatura. Congregat ergo homogenia
et temperat ipse ignis sua caliditate.

TER TIO: Differt superior ignis, elementum Ignis ele= scilicet, à nostro igni quē sōuemus lignis aliae ment. à no= teria. Nam superior ignis est elementum, et queli= stroigne bet pars eius est corpus simplex. Noster ignis nō est quid diffe= elementū, quia non est simplex, neq; purus, sed cō= rat. mixtus uiscositati et pinguedini terrestri, qua ali= tur et retinetur atq; fuetur, et indiget aëre ne suf= fetur. Item superior ignis est causa efficiens con= seruationis essentiæ. Noster uero est causa corru= ptionis, quia consumit uita, tandemq; ipse quoq; de= ficiente materia evanescit. Et aliquādo fuit tempus cum nullus ignis haberetur super terram, neq; eius esset usus, antequam scilicet Prometheus Ioui suffu= raretur ignem. Item superior ignis est οιχ φυνὶς et transparens, non lucens, sicut Cristallis et uitrū. Noster uero est lucidus non transparens, in materia terrestri innitens, qua alitur. Item noster ignis cō= burit corpora. Superior uero nō comburit, propter subtilitatem et raritatem, cuius exemplū uidemus in igni quoq; de sublimato uino accenso, qui nō urit. Vinū sub= admodum manū qua tenetur propter subtilitatem limatum. sui. Hoc tamen fateri oportet et cōmuni sensus ar= guit ignem nostrum esse ignem, sed nō elementum, Ignis no= non purum, sed impurū, quia habet uiscosum quid= ster cur nō dam terrestre et aëreum fumosum, aquæ uero mi= sit elem. nimum habet, et in eo multo maxime dominatur

O virtus

COMMENT. PHYS.

*Ignis no-
ster quo-
tuplex.*

*virtus elementi ignis, qui extra suum locum acce-
dere dicitur ad hunc nostrum ignem, eumq; uirtute
sua incendere, & uiuificare. Est autem ignis noster
alius lux, alius flamma, alius carbo.*

DE AERE.

Caput VIII.

*Aëris ety-
mologia* **P**RIMO: Aëris nomen græci à spirando sum-
psere, hunc latini quandoq; animam uocant,
& synony ut Cicero in libro de uniuersitate, quandoq; auram
ma. à splendore & limpiditate. Huius sphæra est intra
Aér quid. ignem & aquam uel terram. Verum aër est elemen-
tum leue, calidum & humidiſſimum, compleſs om-
nem locum repletum alioqui corpore terrestri uel
aqueo.

*Aëris le-
uit. quid* **S**ECUNDΟ: De aëre nō ita ualde disputant ut
de igne. Nam leuitatē eius probat experientia, quia
uesica aëre plena nihil est grauior quā si sit uacua.
*An Aér ca-
lidus sit &* Sed de leuitate & grauitate elementorū infra eod.
humidus. cap. 25. Impugnat tamen hæc definitio ferè hoc
modo. Omnia Physicorū consensuſtres sunt regi-
*Aëris re-
giones* ones aëris, scilicet. Prima & Suprema, luminosa,
calida & ſicca. Propter ignem propinquum. Pro-
pter motum raptum & violentū una cum sphæra
ignis ad motum lunæ. Propter ſolis stellarumq; pro-
pinquitatem. Nam in hac regione est calor ualde
Aestus. incensus quem aestum uocant, ſemper equalis, par-
tim ab igni partim à ſole & ſtellis. In qua nascuntur
meteora

Meteora ignita aut cometæ, infra in 3. cap. 4. Altera regio Media est tenebricosa, frigida & humida, quia est à sphæra ignis remotior ideoq; eius frigiditas intenditur magis per $\delta\gamma\tau\pi\tau\epsilon\gamma\delta\alpha\pi\gamma\pi$, ab igni & caliditate supremæ regionis aëree. Neq; n. hæc media regio recipit aliquam reflexionem radiorum Solis & stellarū ut infima regio, ideo quod radij nō reflectuntur ad corpus $\Delta\chi\Phi\alpha\gamma\epsilon$ & transparens, sed ad solidū corpus, sed in frigidat ipsa & condensat fumos humidos ab aqua uel terra sublatos, inde fiūt nubes, pluiae, grando, & cætera meteora aquosa, ut infra in 3. ca. 5. Tertia uero regio, Infima nempe infra nubes super terram, in qua nos spiramus, est ambigua, modo calida propter reflexionem radiorum à terra & aqua, modo frigida propter uicitatem aque & terræ frigidæ, prout Sol accedit uel recedit. Et hinc est ueris tempesries, & statim calor, autunni tepiditas, hyemis intemperies & frigus. Et prout tempestates uariant aut uenti, infra in 3. ca. 8. Et hinc est inæqualitas & tempestas quasi incerta temporum quoq; anni, ut quandoq; in estate sit frigus, in hyeme tepiditas uel etiam humiditas, quamvis Sol & astra æquis spacijs certisq; accedat uel recessant à nostro climate. Hæc ergo cū sit tanta uarietas regionū aëris, quomodo erit aër calidus, & humidus? Respondeo. Aërem secundum se totū & ius Solum quæcta naturam suam propriam esse calidum & humificationis, dissimū, licet secundum partes aliquas nō permissus

C O M M E N T . P H Y S .

naturæ sue recipiat diuersas & inæquales qualitates, imò potius non posst ex æquo uires suas intensdere & exercere, secundum locum, distantiam, intensionem uel remissionem caloris solaris uel radio rum eius, secundum uarietatem tempestatum, sicut pluia per se leuis & sicca, tamen si madefiat erit grauior, & ut lumen candelæ lucidum, tamen remittitur quodammodo & obscuratur maiore luce & à densitate circumstantis aëris.

A n aërcat = T E R T I O : Impugnatur item definitio ab experientia ut aiunt, nempe in aëre uestes aliaq; madida siccari, nec contra, siccæ semper in aëre humectari, non igitur ueri simile est aërem esse humidissimum.

Solutio. Respondeo: Non ab aëre uestes aliaq; madida siccari, sed à uirtute & calore siccitatęq; solis & astrovrum, neq; etiam consistit humiditas in humectando aut madefaciendo, sed in resoluendo magis & tenuando, ut iam dicam.

Aëris effe- Q V A R T O : Virtus aëris est, quod una cum igni desert in hec inferiora corpora uires, ac influentias cœlorum ac stellarum, quoniam uis extremitat cœli, nō uenit in extremum ut pote in terram & corpora terrena, nisi per mediu, scilicet, ignem & aërem. Item aër corporibus mixtis raritatē & subtilitatem affert, ut sint penetrabilia & aperta humoribus & refrigerationi, & ne nimis sint crassa, iuste ouer crassiorem & grauiorem habeant materiam. Et affert quoq; leuitatem corporibus aër, ut facile

cile agitetur & leuentur, quod patet in uolucribus
ne seguitie & tarditate torpeant. Item humiditate
sua temperat aēr & recreat ardorem cordis alio=
rumq; membrorum calidorum, quod docet pulmo=
nis officium & usus, Quod tamen ad humectandi Cur aqua
uim attinet extrinsecus aqua magis quidem hume= extrinse=

cus magis
humectet
quam aēr.

stat per accidens, quam aēr, quia constringit poros ita ut internus humor aēreus nequeat exire.

D E A Q V A.

Caput IX.

PRIMO: Aqua est elementū graue, frigidissi= Aqua qd.
mum & humidum, circumquaq; terram al= Locus as-
luens, nō tamen cooperiens totam. De loco quidem que.
aque potest esse cōtrouersia quædam, quare nō ha= beat naturalem locum suum sicut alia elementa.
certe in primordio creationis suo liberoq; cursu a= Et
qua supernabat terræ, eamq; tegebat uniuersam,
ut etiam postea toto quinuemestri diluuio Noē, cū cū
aqua cubitis quindecim altior omnibus montibus ob= tegeret totam terram, ut Gene. 8.
tegeret totam terram, ut Gene. 8. Verum die tertio
creationis dixit Deus, congregentur aquæ quæ sub
cœlo sunt in locum unum, & appareat arida, scili= cet terra,
cet terra, & factū est ita, & uocauit Deus aridam
terram, congregationsq; aquarum appellauit ma= ria.
ria. Sicutaq; terram factam aridam, & ab aqua im= munem Deus habitabilem reddidit, & uitæ homi-
num animantiumq; locum cōmodum fecit, uictuiq;

C O M M E N T . P H Y S .

aptum, ut pote cum terra alioqui tecta aquis undiq;
neq; animantia fouere, neq; herbas lignaq; fructifera aliaq;
alimenta producere posset sub aqua, qua
omnia submersa premerentur, & sterilecerent,
atq; etiam suffocarentur. Ambit ergo aqua terram
undiq;, & eam interluit et interfluit, ut figuræ cos-
mographicæ docent, & Deus ipse in Iob ca. 38. te-
statur dicens, quis cōclusit ostijs mare quando erum-
pebat scilicet super uniuersam terram. Ego circum-
dedi mare terminis meis & posui uectem & ostia,
& dixi usq; huc uenies & nō procedes amplius, &
hic rēfringes tumentes fluctus tuos. Sic & Ouidius
primo metamorph. inquit.

Tum freta diffudit rapidisq; tumescere uentis.

Iussit, & ambit & circumdare littora terræ.

Et reliqua ibidem. Hæc prolixius de aquæ loco dixi
mus, ut sciremus hunc eius alueum & situm non esse
ipsi naturalem, sed fatalem & plane miraculosum,
soliusq; Dei nutu cui parent omnes creaturæ, ad cō-
seruationem uniuersi, aquam intra qualem qualem
alueū contineri, ne euagans submerget terram, &
suffocet cum omnibus animantibus & crescentibus.

A quam al Quanquam ea sit alioqui altior & excelsior quam
tiorem esse terra. Quod apparet à certo signo, cū è nauि longe
terra quo= posita à littore stans in summa malo super speculam
modo pro= uideat littoralem turrim, quam in eadem nauि stan-
betur. ad basim mali uidere nō potest. Item quod progres-
sientibus nauि à terra in altū mare, subinde depres-
sior

si oratq; humilior fieri uidetur terra, quoad totae= Aqua &
uanesit ex oculis. Est ergo secundum philosophos terra unū
quoq; unum corpus sphæricum constitutum ex tota corpus
aqua & terra simul sibi inuicem mixtis, cuius cor= sphæricū
poris duplex centrum traditur, scilicet, unum cen= 1 consti-
trum magnitudinis, nempe centrū sphæræ ex aqua tuunt.
terraq; composite medium totius mundi, & alte= Duplex
rum centrum grauitatis existens in terræ diamet= 2 centrū
tro, aliquanto maiore quam sit semidiameter sphæ= corp. ex
re conflata ex aqua terraq; simul. Sic itaq; terram aqua et ter-
qua medianam quasi perfluit sicuti sanguis perfluit rā consti-
corpus animalis & irrigat, & eadem aqua extre- tuti.
mam undiq; terram circum alluit, ut patebit de par-
tibus aquæ infra in 3. cap 6. & 7.

SECUNDΟ: Aquam esse rotūdæ figuræ expe= Aquam ro-
rien iadocet bifariam. Nam partes eiusdē sunt na= 1 tundam
& figuræ cū suo toto. Sed partes aquæ ut gut= esse pro-
te et stelle sunt rotūdæ. Ergo totū aquæ corpus est batur.
rotundum & sphæricum. Deinde probatur à supra 2
dicta experientia de turre littorali etstantibus in
specula mali atq; ad radicē mali. Motus uero aquæ Motus
ut ante diximus cap. 6. non est circularis sed rectus. aquæ.

TERTIO: Definitionem aquæ de frigiditate Aqua an
aliquantium impugnant ab experientia thermarum frigida.
& maris. Et quanquam de his infra in 3. ca. 6. & 7.
tamen interim obserua, neq; thermas, neq; mare, Aqua ther-
aut flumina, aut fontes, esse elementū aquæ, hoc est, marū, ma-
meram aquam. Tame si enim sunt & dicuntur a= ris, flumini-

C O M M E N T . P H Y S .

nū & fon= qua, tamen sunt mixta & impura non mera aqua,
 tium non ut experientia docet à sulphureo aut aluminob uel
 elementū. salso aquæ sapore. Sicut & fumus & halitus ion est
 mere aëre elementum, sed mixtus & impuris ut in-
 fra in 3. cap. 2. Et plura dicam de differentia puri
 elementi & impuri mixti elementaris infra eodem
 cap. 24. Interim ergo sentire debemus, cquam sua-
 pte natura esse summe frigidam, & esse humidam

Aër humi= non ita tamen ut aër. Nam aër multo difficilius ter-
 dior aqua mino proprio continetur, alienoq; facilis contine-
 quare.

Effectus
aquæ in
mixtis.

Q V A R T O : Virtus aquæ in corporibus mi-
 xtis est, ut mollificet corpora ad suscipiendam figu-
 ram naturalem uel accidentariam quæ mouet ui-
 sum, in quarta specie qualitatis positum. Licet autē
 cito facilimeq; recipiat figuram, ut patet in circu-
 lis qui leui ictu & momento inscribūtur aquæ sta-
 timq; evanescut, tamen citissime quoq; figuram in-
 scriptam amittit. Sed huic remedium affert siccitas,
 ut capite proximo dicetur. Item frigiditate suatem
 perat, & moderatur aqua calorem ignis & aëris
 in corpore composito.

D E T E R R A .

Caput X.

Terra qd. **P**RIMO: Terra est elementum grauissimum,
 frigidum & siccissimum, secundum se totum
 Terra an immobile, mundi centrum. Quod aut terra sit cen-
 trum

trum mundi, non consensus solum mathematicorū centrum
& physicorum, sed etiam ratio docet à motu graui= mundi.
um corporum, Si enim terra tota esset perforata, &
perforata, lapis in eam fossam deiectus tamē in medio
loco fossæ resisteret naturaliter, alioqui. n. graue
sursum ferretur ad circumferentiam cœli ex æquo
distantis à centro quoad nos & quoad inferos. Pro=
bant uero rotunditatem terræ uarijs signis & argu=
mentis. Et etiam quod sit in medio mundi sita: nem=
pe: Quia stellæ ac sidera ex æquo distat à terra, quo
cunq; terrarum uenias, ut experientia & obserua=
tio instrumentorum mathematicorū docent. Neq;
etiam alibi maiores minoresue apparēt stellæ. Item
quale quodq; corpus est, talem à se mittit umbram.
Sed terra in ecclipsi lunari mittit umbram sphéri=
ce. Ergo terra est sphericæ figuræ, ut & supra eos
dem cap. 5. de luna in ecclipsi solis dictum est. Item
probatur rotunditas ex obseruatione ortus occa=
susq; siderum, eò quod orientalibus Sol stellæq; citi=
us oriuntur, & citius occidunt quam occidentali=
bus, propter umbram terræ rotundæ eminentis in=
teriorē atq; interpositam, quæ contra orientes oc=
cidentesue stellas interponitur inter oculos nostros
& ipsas stellas. Simile est de ecclipsi Solis & Lunæ,
de æquinoctijs, de arctico sidere & antarctico, ali=
as enim nos uidemus stellas, alias illi uident: De qui=
bus omnibus prolixè Mathematici & Plinius in 2.
cap. 70. & 71. Quamuis autē obijciant de inæqua=

Terra ro=
tunda &
in medio
mundi.

COMMENT. PHYS.

lum inae- litate montium & conuallium nihil id impedit ro-
qualitas tunditatem totius terræ. Nam istæ partes inæquales
rotundita= collatæ ad totam terram afferunt minimum momen-
tem terræ tum, quia nullus mons uel altissimus, ut aiunt, ad
quare non perpendiculari cuncta linearum comprehendantur
impedit. ambitu, supereminet reliquam terram plus quin
decim stadijs, neq; humilior est terra uel in profun-
dissimo maris fundo triginta stadijs.

Terra an SEC V N D O : immobilem esse terram, in me-
immobi- dioq; mundi quasi centrum eius sitam, sphæricaq;
lis. figuræ, diximus ex sententia Aristotelis probantibus
hoc in 2. de Cœlo tract. 3. Tametsi ista copiosius à

Mathema. Mathematicis sunt requirenda. Qui de terra loquuntur. Non prout elementum est, sed quatenus est me-
de terra lo dium centrum mundi, habitaculumq; hominum, be-
quantur. nigna, mitis, indulgensq; mater corporum & ani-

Terra ma mantium, atq; hominum. Quam terram ideo Ma-
gna mater gnam quoq; Matrem uocari dicunt Physici, eò quod
cur uoce= ipsa in se concipit omnium corporum semina, &
tur. quod terrestris terrenaq; materiali longe plus abun-
dat plerunq; in corporibus quam aquæ, aërea, uel
igneæ materia. Et hoc est, quod Ouidius dicit.

Densior his tellus, elementaq; grandia traxit
Ex aqua et Id est, corpoream materiam. Diximus item ex aqua
terra cur terraq; simul mixtis elementis, unam sphæram esse
una sit à compactam. Quam ita formasse artifex natura cre-
Deo sphæ= di debet, ut cum terra arida & sicca constare perse-
ra formata ac fine humore non possit, nec rursus stare aqua nisi
sustineatur

sustinente terra posset, mutuo amplexu iungerentur. Terra pandente sinus, & alueos suos, Aqua uestro permeante totam terram intra, extra, supra, ueenis ut uinculis discurrentibus.

TER TIO: Virtus terræ in corporibus mixtis 1 Effectus
est, ut reddat eadurabilia ad retinendas figuræ in= terræ.
scriptas, quas alioqui humida aqua facile recipiens
citatissime tamen amittit, ut patet in signo cereo dura
to & deinde liquefacto. Deinde terra temperat sua 2
siccitate humiditatem aquæ ut eò durabilius cohæ= reant corpora, sic enim humidū & siccum mutuas
sibilocant operas, quod in massa farrinacea aut in
calce arenaq; commixtis cum humore patet.

QVARto: Impugnatur definitio terræ. Quod Terra an
reperiantur sulphureæ & aluminosæ terræ calidæ. frigida.
Itē, Viscosæ & imbutæ pinguedine, ut pix ut cera.
Item montes quandoq; perpetuo ardentes ut ethna.
Respondeo. Nostram terram non esse elementum,
quamuis sit reuera terra. Quia est composita & cō=
pacta, imbutaq; humoribus & pinguedine, & ali= quando etiam ignis succensa. Verum terra elemen= tum suapte naturæ est frigidum & siccissimum, li= cet accidentia in hoc uariant sicut in aqua, aëre, igni
impuris & commixtis apud nos, ut supra ostendi= mus, & infra eodē cap. 24. Impugnatur & defini= Terra an
tio collatione ignis, qui uidetur esse siccior, quia ma siccissima.
gis desiccat ignis quam terra. Respondeo, primum
gradum siccitatis reuera non iudicari à siccando,
sicut

C O M M E N T . P H Y S .

Sicci na-
tura.

Sicut nec humiditas maxima censemur ab humectan-
do ut supra eodem, ca. 8. Sed est spectandum utrum
facilius termino suo continetur quam alieno. Que
natura est sicci. Et experieris terram facilius subsi-
dere & contineri intra suum terminum, cum ignis
sit magis uagus & liberior. Verum de hoc infra in
definitionibus Qualitatum, cap. 22.

D E P A R T I B V S T E R R A E .

Caput XI.

Terræ
quatuor
diuisiones.

PRIMO : Diuiditur terra tota primum in
quinq; zonas. Deinde in climata & paralle-
los. Tertio: in partes tres primarias, Asiam, Euro-
pam, Africam, & inde regiones, prouincias, popu-
los, urbes &c. Quarto: in alias partium formas, ut
in montes, colles, &c. Verum duas medias diuisi-
ones & omnia de quantitate terræ, secundum longi-
tudinem & latitudinem & circumferentiam cos-
mographis permittens, solam primam & quartam
diuisionem breuiter attingam.

Quinq;
zonæ.

SECUND O: Sicut imaginantur mathematici
quinq; zonas in cœlo secundum quatuor circulos
quos uocant minores, ita partiuntur terræ in quinq;
zonas, quæ ab arctico in antarcticum polum recta-
definiunt terræ diametrum. Prima zona est arcti-
ca, frigida, inhabitabilis ob nimiam distantiam so-
lis, sita inter polum arcticum & circulum arcticum
continens 23. circiter gradus. Secunda est item arcti-

ea, temperata, habitabilis, nostra zona intra circu-
 lum arcticum & tropicum cancri, quo proprius Sol
 non accedit ad nos, continens gradus circiter 42. Et
 hec diuiditur in Asiam, Europam & partem Aphri-
 ce. Tertia Aequinoctialis zona est, perusta & tor-
 rida, intra ambos tropicos scilicet cancri & capri-
 corni, quam aequinoctialis circulus æquator diuidit
 ex equo quinis & uicenis gradibus. Latitudo uero
 omnis huius zone est graduū circiter 50. Hanc ter-
 tiam oceanus interfluit medianam, ita ut ista totam ter-
 ram bis ambiat, semel uniuersam in circuitu nostræ
 & antipodum terræ circumferentiam extremam,
 & rursus nostram antipodum zonas binas cum di-
 midiat a torrida intersecans. Quartazona est an-
 tarctica, temparata, habitabilis antipodum, inde à
 tropico capricorni ad circulum antarcticum, conti-
 nens item circiter 42. gradus. Quinta est, antarcti-
 ca, frigida, inhabitabilis propter longinquitatem
 solis à circulo antarctico ad polum mundi antarcti-
 cum, continens gradus item 23. circiter. Et aduerte Via Solis.
 neq; solem neq; zodiacum egredi alterutrum tro-
 picum, quia sol omnem cursum suum altiorem aut
 humiliorem conficit intra medium torridam zonā,
 quæ est tertia. Has quinq; zonas luculente descri-
 bit Virgilius in primo Georgicorum.

Quinq; tenent cœlum zone &c.

Et Ouidius in 1. Metamorph.

Vtq; due dextra cœlum &c.

C O M M E N T . P H Y S .

TERTIO: Diuisio secunda et tertia spectat ad Mathematicos. Quarto uero diuiditur terra in suas partes iuxta situm et locum. Nam alia terra uocatur Mons, terra tumida, et excelsior, compacta et aceruata ex luto, pulueribus, sabulo, arenis, radicibus, herbis, lapidibus, et rupibus. Alia est Collis, id est, mons humilior. Alia est Conuallis, declivitas humilior terrae intra saltus uel colles uel montes. Campus. Alia est Campus, terra iacens et plana sine uallibus aut montibus. Causa autem istarum differentiarum ficietates sunt uarie. Nam quidam montes terrae motibus ererunt et sunt et intumuerunt, aut conualles subsiderunt, et offodit ualles, sicut gigantes coaceruarunt montes Thessalicos. Quod uero conantur physici necessariam quandam causam allegare huius inaequalitatis in terrae superficie, parum admodum habet firmitatis. Cum constet plerosque montes et ualles a primordio rerum esse creatas ut Ouidius quoque ait. Melior natura Deus.

Iussit, et extendi campos, subsidere ualles,
Fronde tegis yluas, lapidosos surgere montes.

Terrae et
liæ diffe- rentiae. Præterea quæ sit terra cōtinens, aquis operta, insularis, maritima, littoralis, mediterranea, notius est quam ut exponi debeat. Hæc igitur de elementis in

specie

Mons.

Collis.

Conuallis.

Campus.

Causæ ef-

ficiëtes

differen-

tiarum

terre.

¹ sunt uarie. Nam quidam montes terræ motibus ererunt et sunt et intumuerunt, aut conualles subsiderunt,

² ut infra 3.ca.8. Diluuies etiā aquarum habitū terræ

³ murauit. Venti quoque sua uel alicui arenas uel sabu-

⁴ lum aggesserunt in speciem collis. Hominum quoque

industria et uis congeßit aliquos montes et colles,

et offodit ualles, sicut gigantes coaceruarunt mon-

tes Thessalicos. Quod uero conantur physici ne-

cessariam quandam causam allegare huius inaequa-

litatis in terræ superficie, parum admodum habet

⁵ firmitatis. Cum constet plerosque montes et ualles a

primordio rerum esse creatas ut Ouidius quoque ait.

Melior natura Deus.

specie dicta nunc sufficient . Nam infra plura &
apud physicos obseruare oportet.

DE COMPOSITIONE ET M V=
tatione & duratione rerum naturalium.

Caput XII.

PRIMO: Compositio est connexio formarum Compositio quid.
in corpore naturali, quia id sua partium acci- dentiumq; proportione cohærere & consistere po- test. Dicitur quidem connexio formarum . Nam ut Defini. ex- supra in primo cap. 15. uidimus . Duplex est forma, positio. scilicet, Substantialis . Quæ unicat tantum est in quoq; corpore suo & propria, & Accidentaria forma 2 duplex, ex alijs nouem prædicamentis sumpta , quales plus accidunt unice idemq; corpori, ut quantitas, qualitas &c. Dicitur item hæc connexio esse in corpo- renaturali propter substancialias incorporeas , pro- pter artificialia , & propter immaterialia , quæ neq; materiam neq; formam sensibilem aut saltem non naturalem habent , ut supra in 1. cap. 8. dicitur & proportione sua quodq; corpus cohærere parti- bus & accidentibus , eò quod cuiusq; corporis spe- ciatim sua & propria est proportio atq; harmonia quasi , nempe , proportio arithmeticæ plerunq; in partibus substancialibus & integralibus , & geome trica in accidentibus ; non enim unicuiq; corpori quævis ex æquo accidunt.

SECUNDO: Partes uulgata scholarum diui- I. Partiu- sione

C O M M E N T . P H Y S .

divisiones. sione sunt duplices, scilicet. Substantiales ut materia & forma principia prima & secundaria. Aliæ sunt integrales, quæ secundū situm suum & positionem constituunt totum, Et hæ rursum sunt duplices, scilicet, Primariæ sine quibus mutilum & mancum atq; imperfectum est corpus in sua specie, ut caput, uenter, humeri, pedes, manus, radix, truncus, cortex, ramus. Aliæ sunt partes non primariæ sine quibus tamen corpus censemur perfectum & non mutilum, ut crines, pili, ungues, articuli, &c. Adhuc partes aliæ sunt homogeniæ, scilicet, unius speciei eiusdemq; nominis, ut partes carneæ, ossæ, sanguineæ, neruose, cartilagineæ, quia quilibet portio & pars carnis est & dicitur caro, quilibet gutta sanguinis dicitur sanguis, atq; ita de similibus. Et quia ex solis homogenijs partibus constat elementa, ideo vocantur corpora simplicia proprie & non cōposita, id est, non mixta neq; impura. Nam alioqui & elementa possumus appellare corpora cōposita generaliter, scilicet, ex materia & forma sua, & ex partibus integralibus suis homogenijs. Aliæ partes sunt heterogeniæ, nō unius speciei neq; eiusdem nominis, ut elementa 4. in corporibus mixtis singulis, ut partes pleræq; integrales situ & positione distantes atq; figura sensibili differentes, ut caput, col lum, humeri, brachia, uenter, pedes &c. Non enim quilibet pars capitum statim dicitur caput, nec statim quilibet articulus in manu alioue membro &

II.

III.

Elementa
corp. sim-
plicia.

Elem. quo
modo cō-
pos. corp.
vocari pos-
sint.

artu dicitur manus uel artus, sic sanguis nō dicitur
os neq; caro neq; cutis. Et quia corpus naturale nō Corpus na-
clementum constat mixtum ex homogenijs & hete- turale non
rogenijs partibus, ideo proprie compositū corpus elem. com-
hoc est, mixtum uocatur, & minime simplex, in positum.
Physica, ut infra eodem cap. 26. & infra in 3. cap. i.

TERTIO: Accidentia quoq; sunt duplia, sciz Acciden-
licet, Sensibilia uel materialia que sensu aliquo per-
cipiuntur uel saltem coniectantur intra uel extra cia.
corpus, ut præsertim sunt qualitates in tertia &
quarta specie, ut sunt quantitates, ut situs uel posi-
tio, ut actiones & passiones externe sensibiles, &
hec nisi in corpore ferè nequeūt esse. Alia acciden-
tia sunt immaterialia uel imaginaria, que non qui-
dem sensu externo sed animi tantum imaginatione
cōprehenduntur, & in non corpore plerunq; sunt,
ut ferè qualitates primæ & secundæ speciei, ut rela-
tiones interne, ut actiones & passiones insensibiles
interne. Et obserua quod nullū accidentis in corpore Nullū ac-
naturali appelletur rite pars corporis. Hac itaq; cidenſ in
connexione & compositione formarum, partium, corp. nat.
accidentiumq; inſe, corpus uocatur compositum. pars corp.

QVARTO: Mutatio est motus & progressus Mutatio
corporis compositi uel partiū eius in alias subinde quid.
atq; alias formas. In hac definitione genus est pro-
gressus. Nam motus est plane definito synonimusq;
ut supra in 1. cap. 30. Formas autem hic rursum in-
tellige & substantiales & accidentarias. Intellige

P quoq;

COMMENT. PHYS.

Mutatio duplex. quoq; partes ex substantiales & integrales. Porro mutatio est duplex, scilicet, Totalis quia tota forma substantialis vel accidentaria mutatur, nempe, si ex corpore hominis fiat cadauer, è ligno fiat cinis. Atq; secundū hanc totum corpus denominatur mutabile, quo mutato omnia quoq; membra vel partes sunt mutatae, Alia est mutatio partialis, qua pars tantum corporis mutatur, hoc est, aliam formam accipit, ut si pes frigefiat aut stupescat paralysi, si manus putrefiat, si capillus rubescat, si genae pingue scant. Et secundum hanc non quidem totum corpus sed pars tantum ea corporis uocatur mutabilis.

Mutatio nis species sex. QUINTO: Mutatio vel motus numerantur supra in primo cap. 30. sex species, scilicet, Generatio, Corruptio, Alteratio, Augmentatio, Diminutio, Latio. De quibus infra.

Duratio quid. SEXTO: Duratio est quies & status formarum in corpore composito & partibus eius. Sunt ergo synonima quies & duratio, ut supra in 1. cap. 34. Et rursum hic intellige substantiale & accidentalias formas. Partes quoq; & substantiales & integrales, Durationem quoq; totalem & partialem. Durante enim toto durant etiam partes. Sed mutato toto dicimus etiam partes esse mutatas.

Caus. effi. mutatio= nis & du= rationis rerum naturalium SEPTIMO: Causa efficiens mutationis & durationis rerum naturalium est motus superiorum corporū cœlestium, ut supra in 1. ca. 21. & 6. Item rationis re natura est efficiens causa ut pro conditione materie mutentur

mutentur uel durent permaneantq; res. Siquidem rū natura.
hec est causa motus & quietis, ut supra in 1.cap.6.
Sic itaq; omne corpus naturale habet determinatam
& certam quandam sue durationis periodū, id est,
tempus definitū, iuxta revolutionem corporū cœ-
lestium, que operantur in hec inferiora ad termini-
num certū temporis. Verum materiæ conditio ua-
riat. Et quidem corpus compositum toto uel parti-
bus mutabile est, non quidem ratione formæ per se
stabilis & conantis quatenus potest compositū ser-
uare in essentia, sed ratione materiæ aduenit muta-
bilitas uel durabilitas corpori naturali. Quo enim
cuiusq; corporis materia est infirmior magisq; ca-
duca, eò mutabilius quoq; est corpus & fragilius,
atq; citius formam substantialem uel accidentariam
quamlibet amittit. Et contra. Quo cuiusq; corporis
materia est firmior, eò corpus etiam est durabilius.
Redditur autem firmior materia corporis sērē sex Materia
efficientibus. Primum, homogenia uel similitudine corp. fir-
partium in corpore & qualitatum. Secundum, De- mior red-
ibilitas contrariorum que in corpore continentur. ditur sex
Tertium, Durities & difficultas separandi qualita efficientib-
tes, & formas, & partes. Quartum, Mixtio humidi
cum calido & sicco terrestri. Quintum, Proportio
primarum qualitatū. Sextum, Temperamentū cali-
di & humidi, qd frigidū & siccū corpora obnoxia
corruptioni faciūt, ut patet in corporib. senilib. Quo
ergo quo lq; corp. naturale mixtū proprius accedit

COMMENT. PHYS.

ad simplicitatem sui elementi & ad proportionem qualitatū, cō magis est durable. Et quo longius res mouetur à simplicitate elemēti atq; à proportione qualitatum, cō quog; mutabil...s magi g; caducum inuenitur, ut infra eodem cap. 26. plur adicentur.

Academi. Porrò Academicī uel pseudoplatonici uidentes mo-
ci. mentaneam & continuam quandam in corporibus
εποχή a= mutationem secundū formam substantialem & ac-
ademico= cidentarias, negabant quicquam certo sciri, aut cō-
rum refel- præhēdi posse. Perinde quasi scientia & intellectus
litrur. essent singulariū. Et quasi uniuersalia que proprie-
sciuntur ac intelliguntur nempe species ac genera
essent composita corpora mutationiq; obnoxia. Sed
faceſſat opinio ſulta iam dudum ex ſcholis explo-
ſa, ut etiam infra in 4. cap. 10. & 20. patebit.

DE GENERATIONE.

Caput XIII.

Generatio
nis & Cor-
ruptionis
duplex ac-
ceptio.

Specialis
Gener.

PRIMO: Generatio & corruptio bifariā in-
telliguntur, ſcilicet generatim & ſpeciatim,
Generalis est qua reſ quomodo cunq; dicitur mutari
& ſumere uel ponere aliam atq; aliam formam ex
prædicamento ſubſtantiae, uel accidentariā ex quo-
libet prædicamento, ut cū nascitur homo uel mori-
tur, ut cum ſiccatur aut humectatur corpus, ut cum
Cicero fit pater aut definit eſſe pater, fit consul uel
exul. Specialis uero Generatio & Corruptio in tri-
bū ſubſtantū prædicamentis, ſcilicet, ſubſtantia, quan-
titate

titate & qualitate, ut supra, in i. cap. 20. bifariā in= Corrup= telligitur. Nam Generatio est duplex, scilicet, Pro= duplex, priquam isti simplicem uocant. Et Impropria, quā isti secundū quid aut qualem qualem uocant. Gene= ratio impropria est quælibet assumptio nouæ quan= titatis aut qualitatis, ut cum bipedale crescit in tri= pedale, cum album mutatur in nigrum aut fuscum. Sic Corruptio impropria est quælibet amissio quan= titatis aut qualitatis pristine, ut cum tripedale cre= scit in bipedale. Verum de generali illa, & de hac impropria nihil in his duobus capitibus agetur.

SECUND O: Generatio propria est mutatio Generatio materia à forma substantiali pristina in aliam for= propria mam substantialiem, hoc est. Generatio est mutatio quid. & progressus materiæ ad formā substantialiem, quæ nondum inest sed mox inherit ei materiæ. Atq; hic intellige materiam & formam ut principia prima, uel secundaria, ut partes plane substantiales. Sic ge= neratio pomii est progressus germinis ut materiæ ad pomum ut ad formam substantialiem. Quia po= mum est substantia quæ forma pomii nondum inest germini, sed mox perfecta generatione inherit, ut suprain i. cap. 37. diximus.

TER TIO: Efficientem causam Generationis Caus. effi. & Corruptionis indicauimus supra in i. cap. 21. & gener. & supra eodem cap. proximo, scilicet, Motorem pri= corrup= tum immobilem, & Mouens mobile cœleste, & appetitudinem atq; appetitum materiæ mutabilis ad

C O M M E N T . P H Y S .

Generatio formam, ut etiā supra in l. cap. 16. Differt autem Generatio ab altera= ratio ab Alteratione & ab alijs, quia alteratio est in tione & qualitatis prædicamento, Augmētatio & Diminu= alijs muta= tio in quantitatis prædicamento. Latio in prædicamen= tionis spe= mento quando. Corruptio uero est ab ente ad nō ens, ciebus qd ut mors est progressus ab homine ad non hominem. Generatio contra est à nō ente actu & ab ente in po= tentia progressus ad ens actu. Dicitur ergo proprie Generari illud, quod ante non fuit hoc, iam uero est hoc, ut ouum non fuit pullus, iam uero post pullifi= cationem est pullus, quod satis superq; & uerbose indicatum est supra in primo cap. 14. & 16. & 30.

D E C O R R U P T I O N E .

Caput XIII.

Corruptio quid.

PRIMO: Corruptio est mutatio & amissio for mæ substantialis, quæ prius inerat materiæ, sed nunc nō est eidem, ut morte homo corrumpitur, & forma hominis amittitur & evanescit, quæ in erat materiæ eius, iam uero non inest amplius. Sed contrariorum cum sit eademi ratio & doctrina, fas cile puto uideri quid sit corruptio ex supradictis de generatione.

Generatio unius est corruptio alterius.

S E C V N D O : Ratio & experientia plane conuincit. Generationem unius esse corruptionem alterius, ut quia generatur pullus, ideo corrumpitur ouū. Et contra patet. Corruptionem unius esse genera rationem alterius, ut quando homo moritur, corru ptio hominis est generatio cadaveris, ut quando nix liquefcit

liquefecit, corruptio niuis est generatio aquae. Fuerunt Generationes, qui dicerent generationem & corruptionem à corruptione plane & reuera idem, ex eodem tempore fieri, quid difference diuersum esse utrumque, quia tantum differt. ferrent termino. Nam generatio ut dixi est motus à non ente actu sed potentia ad ens actu. Corruptio vero est motus ab ente actu ad non ens, ut mors est motus hominis ad non hominem. Et quia sicut ex nihilo nihil fit, ita ex aliquo sit aliquid. Nec potest aliquid in nihilum corrumpi, Prouenire autem corruptibilitatem rerū naturalium ab infirmitate uel bilitate remutabilitate materiae magis caducæ & fragilioris, rum unde. supra eodem cap. 12. in fine diximus.

T E R T I O: Querunt hic non immerito Phisi. An corpori, an in corruptione statim fiat resolutio corporis rati in materiam primam. Sicut. n. quodlibet corpus naturaliter primiturale generatur ex materia prima tanquam ex primam resol mos subiecto, ut supra in primo ca. 14. Sic resoluitur natura pro & corruptitur in materiam primam, tanquam in xime. ultimum subiectum. Nam eadem sunt principia generationis, quæ corruptionis & resolutionis. Re- Solutio. spondetur: In corruptione elementorum statim fieri resolutionem in materiam primam, quæ ut est in generabilis, ita incorruptibilis, et illud patet in igni nostro extincto, cuius nihil superest sensibile. Quia elementa uicinam habent formam, nec constant partibus heterogenijs, utpote simplicia. Sic quoquod corpus est proprius simplicitati elementari, eò quoq;

C O M M E N T . P H Y S .

citius & facilius resoluitur in materiam primam. Ut patet de aëre & fumo euanescente, cuius nihil sensibile mox superest. Verū in corruptione mixtorum ex elementis, siue inanima siue animata sint, non fit statim resolutio in materiam primam. Nam experientia docet, priore forma amissa tamen remaneat in ista materia secunda corporis adhuc aliam formam. Licet hæc plane nō sit ulla pars prioris formæ amissæ. Ut quando corruptitur arbor putredine uel sectione, periret quidem arboris forma: Sed tamen in eadē materia superest adhuc forma alia, uel terræ, uel cineris, uel pulueris, aut fragmentorum, aut farmentorum. Sic homine corrupto superest adhuc forma cadaueris corporea, supersunt adhuc partes, non quidem prioris formæ humanæ substancialis. Corrupto itaq; corpore mixto, supersunt, & partes & accidentia. Quia mixta sunt ex partibus heterogenijs non homogenijs. Frustra autem disputatione an aliquid formæ in corrupto remaneat, quia certū est eandem formam corrupti interire, & non men quoq; suum amittere, nedum operationes, licet aliqua parseius formæ remaneat. Sicut domo corrupta, tamen supersunt aliquæ eius partes, ut træbes, ligna, lapides.

D E A L T E R A T I O N E .

Caput XV.

Alteratio
duplex.

PRIMO: Alteratio est item duplex Propria & Impropria. Vel, Generalis & Specialis.
Impropria

Impropria est mutatio & progressus à qualibet qualitate in aliam qualitatem contrariam uel medium, ex qua cunctis sit specie prædicamenti qualitatis, ut quando ex nō grammatico fit grammaticus, ex iniusto fit iustus. Et sic mutatio à priuatione in habitum uel dispositionem, & contra dicetur alteratio. Operose uero Albertus disputat in 7. Physicorum tract. 1. Alterationem non esse nisi in tertia specie qualitatis, & his tantum qualitatibus quæ uisu, tactu, gustu, odoratuq; percipiuntur uel sentiuntur non auditu. Sed nō video Aristotelem nec etiam recentiores peripateticos ita superstitiose excludere alias species qualitatis ab alteratione. Quanquam negent à priuatione ad habitum uel dispositionem, & contra, esse alterationem proprie.

SECUNDO: Alteratio propria est mutatio & Alteratio progressus à qualitate sensibili in aliam sensibilem propria qualitatem contrariam aut medium, ut si ex albo quæ. nigrum, ex dulci amarum, ex molli durū, ex frigido calidum, manente eodem subiecto corpore fiat. Huc tamen refer etiam qualitates orientes ex ipsis sensibilius qualitatibus ut sanum, & grum, ut sunt complexiones, ut graue, leue, ut durū, molle, &c. similesq; dispositiones corporis contrarias uel medias. Alterationē uero efficiunt qualitates naturales prius Caus. efficiendæ & secundæ, quæ statim corporis formā substantialem natam sequuntur. Quod corpus est subiectū nis. alterationis idem numero, subinde iuxta qualitates

COMMENT. PHYS.

Differ. in- mutabile, id est, alterabile, ut modo frigidum, modo
ter gener. calidum, rotundum, angulare, rectum, incuruum,
& altera- humidum, siccum, sanum, ægrum, fiat. Facile uero
tionem. licet cernere differentiam generationis, ab altera-
tione, Quia per hanc forma tantum accidentaria
acquiritur, nempe qualitas: Sed generatio suppedi-
tat formam substantialem. Item in hac non manet
idem subiectum sensibile: Sed in alteratione manet,
& durat idem corpus. Sicut etiam in augmentatione,
diminutione & latione. Tametsi enim materia
prima manet in generatione & corruptione, tamen
est illa insensibilis. Atq; ita secundum terminos suos
differunt generatio & alteratio, ut supra in primo
cap. 37. uisum est.

DE AUGMENTATIONE.

Caput XVI.

Augmen- **P R I M O:** Augmentatio est mutatio de mi-
tatio quid. nore quantitate in maiorem quantitatem,
ut si cubitale excrescat in bicubitale, si binarius
excrescat in octonarium. Sic augmentatio corpo-
ris animati est nutrimenti habentis animalem po-
tentiam conuersio in corpus actu animatum, facta
ab anima uegetativa medio calore naturali, ut ui-
Augmen- tum consequatur suā quantitatē continuam. Et in
tatio pro- hac definitione habentur omnes quatuor causæ au-
prie in so- gmentationis, quæ proprie dicitur in solis corpori-
lis anima- bus animatis fieri. Impropriæ enim augmentatio
etiam

etiam inanimatis tribuitur, sic & diminutio, ut a= tis corpora cœxus lapidum aggestus aut leuatus, ut aquarum ribus fit. diluies uel decrementum.

S E C V N D O : Propriū augmentationis est, ut 1 Propri-
quælibet pars corporis aucti ipsa quoq; augeatur, si um au-
modo sana & nō uitiosa sit, unde humores, ulcera, gmen-
uerticæ, struma, & similia, non pertinent proprie tationis.
ad augmentationem. Licet minime opus sit ita reli-
ligiose ista secernere, præsertim cum & medicilar-
giori significatione huius uocis augmentationis u-
tantur. Deinde augens & auctū debent esse similia 2
in materia, & dissimilia in forma. Nam agentia &
patientia necesse est similia esse in materia. Quia 3
omnium generabilium & corruptibilium eadem est
materia. Et necesse est diuersa esse in formis, id est, in
qualitatibus primis, secundū quas fit augmentatio,
ut infra eodem cap. 22. Augens uero aliud dicitur Augens
efficiens primariū, ut anima. Aliud dicitur instru- triplex.
mentum, ut calor naturalis. Aliud dicitur subiectū,
ut nutrimentum. Sed auctū dicitur corpus natura^{as} Auctū
le in quantitate auctum iuxta suam proportionem. quid.

D E D I M I N U T I O N E.

Caput XVII.

P R I M O : Diminutio est mutatio de maiore
quantitate in minorem quantitatem, manen-
te eodē subiecto corpore mutato. Sic diminutio cor-
poris contraria nutritioni est amissio quantitatis ali-
cuius

C O M M E N T . P H Y S .

cuius à corpore propter calorem naturalem , qui plus resoluit quam restaurari facile possit , propter nimiam caloris & siccitatis abundantiam , que abs sumit humidum radicale uel naturale . Quod tamen aliquando sed difficulter restauratur per tempera mentum corporis , & per commoda alimenta .

Rarefa^s
ctio.

SEC V N D O : Augmentationi affinis est Rare factio , quæ est augmentatio corporis sine accessione alterius corporis uel partis , ut patet in similar rarefacta , ut patet in ligno raro & poroso . Et Diminutio Condensat^s tioni affinis est Condensatio , quæ est diminutio corporis sine ablatione partis uel corporis , quod patet in macerata carne , in maceratis piscibus . Anima uero proprie non dicitur causa efficiens diminutio nis , cuius prompta uoluntas est corpus suū in essen tia quam optime conseruare . Sed tamen improprie dicimus , quod anima vegetativa efficiat diminutio nem , eò quod nequeat digerere & concoquere cibū uel nutrimentū , propter inhabilitatem sui corporis & malam temperaturam corporis habentis mate riam caducam & fragilem . Verum de utraq; hac mutatione infra in 4. cap. 5. Et infra in 3. cap. 34. plura loquemur .

D E L A T I O N E H O C
est loci mutatione.

Caput XVIII.

LATI^O est mutatio ac motus de uno loco in aliū locum . Sic cœlum fertur die naturali horarum

horarum 24. ab oriente in occidentem, et hinc rursum in orientem. Sic et angelus ferri moueri; dici tur a celo in terras. In hunc enim modum corpora cœlestia substantiae; incorporeæ obnoxiae sunt tantum levata. et in tum motui locali, aut lationi, non item alijs mutationibus. Sic quodlibet corpus naturale natum est ferri stant. tandem loco, nempe grauia deorsum, et levia sursum, ut summa motu prae eodem cap. 6. Et hic motus est triplex, scilicet, locali mutationis sine fatigatio. Et Animalis, de quo inuentur. frain 4. cap. 4. Et uiolentus cum fatigatio. Quo Motus loci triplici motu corpora mouentur, ut supra in 1. cap. calisti 30. indicauiimus. Nec enim opus est illinc plura alio= plex. qui bene nota hic repete. In hunc ergo modum spe ciatim de mutationibus dictum esto.

DE CONTACTV.

Caput XIX.

PRIMO: Quia motus et mutationis nequit fieri Quare de sine contactu mouentis, et moti, id est, pati- contactus entis. Quia etiam requiritur contactus agentis et dicendū patientis, ideo de contactu sunt quedam dicenda. Dicitur autem contactus trifariam. Primo enim est con- Contactus tactus proprius, quem isti formalē uocant, cum se trifariam duorum corporū superficies exteriores sine medio dicitur. contingunt. Vnde et hec appellantur contigua, ut Contigua. supra in cap. 32. definiuimus. Ut si manus manus superposita eam contingat. Atque ita quicquid tangit, idem etiam tangitur. Verum sic tangere uel tangi

nisi

C O M M E N T . P H Y S .

nisi corpus nulla potest res. Definitur autē hic ferē
Contactus ita. Contactus proprius est applicatio duorum cor-
proprius porum habentium positionem in continuo, secundū
quid. exteriores superficies suas, sine medio corpore mi-
xto, præsertim necessaria ad actionem & passionē.
Dicitur sine medio corpore mixto præsertim fieri
contactus, quid aliquantū aëris uel aquæ aut humo-
ris uel rare terræ interpositum duobus corporibus
Contactus contingentibus se non impedit contactum. Ad hunc
proprij 1 requiruntur due conditiones, scilicet. Ut binā plus
due con- raue contingentia se inuicem habeant extensionem
ditiones. & quantitatem, uel magnitudinem cōtinuum. Vn-
de: Non quanta, improprie uocantur contingentia.
2 Deinde cōtingentiae inuicem, habeant sua ultima
simul, id est, extremam superficiem suam applicent
ad se mutuo. Oportet enim agentia & patientia se
mutuo contingere, sine medio, alioqui n. non essent
ad inuicem activa & passiva. Sic ignis contingit aē-
rem, quem calefacit. Sic ignis contingit ollam, cale-
faciens eam, quem olla calefacta contingens aquam
contentam similiter eam calefacit. Sic emplastrum
aut malagna contingens uulnus, uel ulcus, id molli-
ficat & sanat. Sic generans uel corrumpens cōtin-
git generatum uel corruptum. Atq; ita de qualibet
specie mutationis iudicandum est. Quia cōtactus a-
ptat, & accōmo lat inuicem ipsas actiones & passio-
nes. Sed elementum ignis, non contingit elementum
aque, cum mediū interficit eis, scilicet, aëris elemen-
tum.

SECVNDO

SECUNDO: Est contactus improprius et me Contactus taphoricus, quem isti uirtualem uocant, quo corpora uirtualis ra uel qualitas contingunt quasi, et afficiunt alia quid. corpora, aut qualitates sua uirtute, efficacia, et in= fluentia. Sic cœlum dicitur contingere hæc inferio= Quomodo ra corpora, quia suas uirtutes cōmunicat eis per in= fiat cōtact. fluentiam, et lumen, et motum. Sic dicimus tangi uirtualis. nos miseratione, dolore, spe, metu, lætitia, morbo, infortunio. Sic Lucretius. Deus inquit.

Non bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

Sic qualitates, ut calidum, humidum, molle, durum, album, nigrum et c. dicuntur contingere corpus uel partem eius, ut infra eodem cap. 22. et 26. Huc etiā refer complexiones, affectus, habitus, dispositiones, priuationes, potentias, impotentias, proprietates, figuræ, et c. Atq; hic metaphoricus contactus plu= nere requiritur etiam ad generationem, et composi= tionem, et ad alias mutationes corporum natura= lium, quod sæpiissime iam testatus sumus.

TERTIO: Est contactus cōtinuus, quo se par= Contactus tesipius continui sine nullo interstitio contingunt, Continuus ut supra in primo cap. 32. continuum definiuimus. Sic partes lineæ ut pote puncta sese mutuo contin= gunt, sine medio copulata ad unū terminum cōmu= nem à quo et ad quē. Sic membra, artus, et articu= li, coherentia corpori, sunt cōtinua corpori. Et hic contactus proprie requiritur ad motū et ad speci= es mutationis. Quia motum ostendimus esse debere unum

COMMENT. PHYS.

unum, & continuum, & nō interruptum, neq; dis-
continuum, supra in 1. cap. 30. & 32. Hinc facile
Contigua
diversa. appareat quæ sit contingentium se uel cōtiguorum
diuersitas.

DE ACTIONE.

Caput XX.

*Actio quo
modo hoc
loco accia
piatur.*

*Actio
quid.*

NON loquimur hoc loco plane de actione & passione ut dialectici in prædicamentis. Sed de ea tantum, que est secundum primas qualitates, calidum, frigidum, humidum, siccum, quales sunt in elementis præcipue. Et secundum qualitates sensibiles tertie speciei in alteratione. Atq; hoc ideo, quod ad mixtionē requiritur omnino agens & patiens, de qua infra eodem cap. 24. & 26. Neq; hic loquimur de actione spirituali uel aliarum qualitatum, ut habituū, & dispositionum. Verum actio est assimulatio qualitatis sensibilis agentis ad qualitatem patientem, transmutans corpus motum forma accidentaria, id est, suppeditans nouam qualitatem sensibilem corpori passo, ut cum caliditas facit frigidum aut tepidum similiter sibi calidum, ut cum humidum humectat siccitatem in corpore.

DE PASSIONE.

Caput XXI.

PRIMO: Actionis definitioni mox fuit subiecta Passio, siquidē relativa mutuo se declarant, neq; relatiuum sine correlatiuo suo potest intelligi

intelligi. Itaq; Passio est assimulatio qualitatis p̄a. Passio qd.
tientis ad qualitatem agentem sensibilem, transmuta-
tans motum forma accidentaria, id est, afferens no-
uam qualitatem sensibilem corpori passo, ut cū fri-
gidum pariter calido fit calidum in aqua, tum sup-
peditur aquæ frigidæ alioqui noua qualitas, scili-
cet, calor, ut cum durata cera mollescit, tum affer-
tur ceræ mollefactæ noua qualitas sensibilis, scilicet
mollicies. Vides igitur qualitates sensibiles sibi inui-
cem cedere in actione & passione. Sed generaliter
Actio est, quilibet actus progrediens ab agente in Actio ex
passum, & Passio quilibet actus fluens in passum. Passio ge-
neral. qd. Sed dialectici nō Physicis generaliter loquuntur.

SECUNDO: Agens aliud non est eiusdem ma- Agens du-
terie cum passo. Atq; hoc dicitur nihil à passo repa- plex.
ti, id est, nullam passionē aut formam uicissim recipi-
pere in agendo. Sic medicina nihil patitur ab ægro-
to quem sanat, cum plane nullam habeat medicina
materiam nisi impropriam in qua, scilicet, anima
inest tanquam in subiecto. Sic cœlum tametsi agat
summopere in hæc inferiora, tamen ab his nihil re-
patitur, nec quicquā recipit terrestre aut sensibile,
quia non habet materiam similem corporibus ter-
renis. Sic Deus agens primum immobile. Sic spiritus
ut angeli, animæ, nihil repatiuntur proprie, id est,
nullam qualitatem sensibilem recipiunt ab his cor-
poribus in quæ agunt. Quia spiritus carent omni
materia quæ est subiectum passionis. Aliud agens 2

Q.

habet

C O M M E N T . P H Y S .

habet similem materiam passo, hoc est, habet potentiam uel habilitatem quandam, ut assimilari possit corpori passo secundum qualitatem sensibilem. Atq; hoc in agendo plane repatitur, hoc est, passionem aliquam ex formā accidentariam recipit à passo, ut medicamentum patitur aliquid à sanato corpore. Nam alteratur in corpore uel saltē calefit. Sic cibus agens nutriendo corpus ab eō repatitur, quia alteratur in stomacho. Sic calidum agens in frigidum, plane repatitur, ex intenditur, ut patet in AVITATE p̄ISASI. Ita ergo uidemus quædam agentia repati à passo, quædam nihil repati.

Agens & T E R T I O : Agens refertur ad causam efficiens patiens ad tem. Nam principium actionis & passionis oritur quæ genet ab agente. Sicut principium motus oritur ab effici- ra causarū ente, ut supra in primo ca. 21. Patiens uero refertur pertineat. ad causam materialem. Quodq; enim patiens propter mutabilitatem suæ materiæ patitur, ut supra Proprium eodem, cap. 12. in fine diximus. Materiæ proprium materiæ esse pati & mutari, secundum formam qualem cūq; & formæ. Sicut formæ proprium sit agere, & cōseruare cor- pus in essentia sua & in qualibet forma. Sic etiam Actio & quodq; agens agit ratione suæ formæ. Non definit passio quā autem actio & passio, quoad forma accidentaria, do definit. nondum est acquisita ipsi passo. Sed eadem con- sequuta utrumq; definit & quiescit, iuxta uulgatum illud. Habitibus & qualitatibus præsentibus in ma- teria cessat motus.

Q VARTO

QUARTO: aliquot sunt actionis & passio- Proprietas
 nis proprietates uel conditiones, quas tamen longe tates acti-
 operosius tractant medici. Satis est enim Physices onis &
 studioso, obiter eas attingere. Prima: passum est iti 1 passio-
 potentia tale quale est agens actu, ut corpus frigidū nis.
 mox calefacientē oportet habere quandam poten-
 tiā & habilitatem ad recipiendū calorem, alioqui
 non calefiet, ut glacies nunquam calefit, dum manet
 glacies, ut corpus plane uitiosum, & morbosum uel
 corruptū membrum, nunquam sanatur, quia perdi-
 dit potentiam & habilitatem suscipiendae sanitatis.
 Secunda: patiens patitur qualibet sua parte quanta. 2
 hoc est, nulla pars est corporis quin ea aliquam sen-
 sibilem qualitatem possit recipere sibi idoneam. Ce-
 terum partes non quantæ ut spiritales, & anima-
 les nihil patiuntur proprie, ut anima. Tertia, illud 3
 facilius & plus patitur, quod habet maiore & pro-
 pensiorem dispositionem, ut sanabilius membrum
 sanatur quoq; facilior. Quarta: Totum simile non 4
 patitur à toto similisibi in qualitate, gradu, & mo-
 do. Sic uenenum non tollitur simili ueneno, sed an-
 tidoto. Quinta: unum corpus non agit in aliud ni- 5
 si ipsum contingat, ut potio medicina non sanat, nisi
 corpore sumpta & hausta, ut emplastrum non sa-
 nat nisi corpori applicitū. Sexta: Solum corpus di- 6
 uisibile patitur, non indiuisibile. Septima: Actio & 7.
 passio fiunt sine accessione aliorum corporum, ita
 non semper necesse est quodlibet medicamentum

C O M M E N T . P H Y S .

Quæ à se cōuerti insubstantiam corporis sanandi. In summa mutuo pā uero res quæ unius sunt originis & generis, quatenus in naturis, id est, in specie uel in qualitate, in minus. gradu aut modo, aut raritate, aut densitate opponuntur, singulæ ab inuicem patiuntur. Sed ab eo quod simili in qualitate, gradu, & modo cōmunicat, simileq; est, res neutiquam patitur. Ergo homogeniaæ qualitates, id est, sub eodem genere positæ, ceterum sibi contrariae aut diuersæ, operantur in homogenias qualitates. Quia contraria & diuersa ab inuicem patiuntur atq; agunt, iuxta aliud uulgatum. Contraria contrarijs curantur. Plura tamen de utroq; hoc capite à Medicis require.

Axioma

D E Q U A L I T A T I B V S

Primis. Caput XXII.

Qualitas
duplici-
ter acci-
pitur.

PRIMO: Qualitatis uocabulo bifariam utū tur autores, Generaliter. n. Qualitas significat quodlibet accidens, aut quantum, aut quale aut relatiū. Et in summa quicquid aliqui non est substantia. Sicut & differentia substantialis uenit applicatione qualitatis. Deinde specialiter Qualitas significat sola accidentia in prædicamento qualitatis collocata. Quæ sunt formæ accidentarizæ absolute, aliquid in anima aut in spiritu aut in corpore efficientes & operantes, ut iusticia, Albedo. Atq; harum alia sensiblæ alia sunt insensibiles, ullo sensu exteriore, ut quæ lis alia in sunt in anima & spiritu, aut in alia quauis re incorporeæ

porea & immateriali, uel etiam quæ alioqui in cor= sensibilis.
 pore existentes non sentiuntur tamen, ut iusticia.
 Grammatica, Mathematica, ut Ars gladiatoria,
 Palestrica, ut influentia, uirtutes, efficacieq; in cor= poribus cœlestibus, in gemmis, in plantis, alijsq; si= milibus corporibus, quas isti uirtuales qualitates, Virtuales latini occultas uires corporū & rerum uocant. A= qualit. liæ sunt qualitates sensibiles aliquo exteriore sensu, Occulta ut color, lux, lumen, sonus, sapor, odor &c. tan= uires. gibiles qualitates.

SECVNDO: Sensibilium qualitatum aliæ sunt Sensibiles prime, aliæ uero secundæ. Primæ qualitates sunt pri qualitates mæ uirtutes elementorū, simul proportione sua cō= aliæ pri= currentes ad cōpositionem corporis naturalis com= mæ aliæ positi. Et sunt tantū quatuor tangibles qualitates secundæ. prime, scilicet, calidū, frigidum, humidum, siccum, Dicuntur autem prime, non quin aliæ sint his prio= Primæ res, ut pote lumē, lux, uirtutes, influentiæq; celestes, qualitates qualitatēs spirituales in anima uel spiritu, sed tantū quare sic respectu secundarum, hoc est, aliarum tangibilem uocentur. & sensibilium qualitatū. Vocantur hæ quatuor pri= mæ eò quod secundæ nascuntur, & fluunt ex cōmi= xione, temperatura, actione q; primarum qualita= tum, ut infra eodem cap. sequenti. Quomodo uerò qualitates prime cū elementis concurrant ad com= positionem corporis, infra eodem ca. 26. dicendum erit. Interim ergo nudas definitiones qualitatū, ac deinde expositionem earum proponere satis erit.

C O M M E N T . P H Y S .

Calidum
quid.

T E R T I O : Calidum est qualitas prima cōgregans homogenia, & disgregans heterogenia, ut calidum in igni congregat aurum cum auro, & argentum cum argento, separatq; ferrum ab auro, & plumbum ab argento. Frigidum est qualitas prima congregans homogenia & heterogenia pariter, ut frigus congregat & condensat aurum cum auro, & argentum cum auro, ut frigus condensat & cōgelat lapides, lutum, & pulueres. Humidum est quod difficulter termino suo facile autem termino alieno continetur, ut aqua, aēr, Siccum est quod facile termino suo difficulter uero termino alieno cōtinetur, ut lapis, lutū, Hæ quatuor definitiones explicandæ sunt iam inde.

οὐογεὺες
quid.

ἐπερογε=
ὺες quid.

Actiones
prim. qua=
lit. dupl.

Actiones

Q V A R T O : Sequuntur inde aliquot particulae definitionis explicandæ. Quæ ergo sint homogenia, & heterogenia indicauimus supra eod. ca 12. Nam Homogenes est cuius partes sunt eiusdem speciei ac nominis cum suo toto, ut aqua est aqua, & quælibet pars uel guttula aquæ est aqua, ut aurum, ut metalum, ut elementa, ut humores &c. Sed Heterogenes est cuius partes sunt diuersæ specie ac nominis cum toto, ut nō quælibet pars hominis est homo, nō quælibet membrū equi est equus, non quilibet ramuscus arboris est arbor. Deinde animaduertere oportet actiones primarum qualitatum esse duplices, scilicet, Primarias & Secundarias. Primariæ sunt potissimum actiones, & operationes propriæ qualitatum

tum, ut potissimum calidi est calefacere, frigidi est primarie.
frigefacere, humidi est humectare, siccii est siccare.

Et ab istis actionibus non summuntur illæ quatuor definitiones ut patet. Secundarij actus sunt actiones accidentes qualitatibus, sed quæ tamē actiones pro secunda natura & conditione materie in quam operatur rīæ. qualitæ, modo impediuntur & remittuntur, modo intenduntur efficatoresq; sunt. Sic calidi est reddere resubtile, lene, leue, siccare. Sic cōtra frigidi est reddere crassum, durum, graue, & humectare, ut infra eodem cap. proximo, ubi dicitur, quomodo secundæ qualitates ex primis nascantur. Ex his ergo secūdis A quib a= istæ quatuor definitiones sumuntur. Nam cōgrega= ctionib. de ri, disgregari, contineri termino suo uel alieno, est finitiones secundarius actus qualitatis sue prime. qualit. su=

Q VINTO: Quin etiā discriminem aliquod ma= mantur. teriæ in quam prima operatur qualitas is facere de= Materia bet, qui definitionem uelit recte considerare. Opor= in quā pri= tet. n.eandem materiam esse homogeniam, & con= ma qualis gregabilem, utpote cum caliditas congregat aurū tas opera= cum auro, argentum cum argento, æs cum ære, hu= tur diligē= mores corruptos congregat cum alijs humoribus in ter est dis= carcinomate, alioue ulcere. Contra uero calidū dis= cernenda. gregat & separat aurū ab argento, uel cupro, spi= ritum ab humore, succum uel aquam disgregat ab herbe corpore, aut à folijs in distillando. Sic calidū disgregat aquam à lighis ardentibus in foco. Quan= doq; tamen pro natura materie patientis qualitatē

C O M M E N T . P H Y S .

caliditas disgregat homogenia, ut calidum resoluit niuem, ceram, plumbū, atq; alia liquefcentia, propter fragilitatē materiæ quæ impedit accidentar: am actionem calidi, cum tamen alioqui materiam idoneā atq; homogeniam condenset, utpote quæ nō ita fragilis caducaq; sit. Sic etiam calidū quandoq; congregat & condensat heterogenia propter natu ram materiæ ipsorum, ut in æstate calor solis indu rans terram exiccatā unā colligit & condensat ter ram, lutū, paleas, stramina. Contra uero frigidi est congregare & cōdensare homogenia, ut cum cons gelat aqua, coagulatur lac, et heterogenia ut in hye me, cū congelascunt simul & cōgregantur lutum, stramina, farmenta, aqua, lapides, ut ex definitione secunda patuit. Tamen frigidum aliquando disgre gat & resoluit homogenia, ut frigiditas aceti resol uit unionem Cleopatræ æstimatū ducentis quinqua ginta milibus coronatorū, teste Plinio in 9. cap. 35. Sic frigus nimiū dissipat uitrum. Sed huius diuersi tatis causam præbet non quidem prima qualitas, sed materiæ diuersa affectio, quæ materia hic spectatur non qualitas. Nam hæc alioqui suo officio fungere tur nisi impediret ipsam materiæ repugnans.

Vnio Cleo
patræ quā
ti æstima=

tus sit.

S E X T O : Quod uero in tertia & quarta defini tione termini sui & alieni fit mentio, sic debet intel ligi. Terminum hic appellari superficiem corporis quid hic si= extremam. Itaq; termino propria contineri dicitur gnificet. siccum, utpote cuius partes constipatæ, densatæ si mul

mul facile connectuntur intra superficiem propriā Quid sit corporis sui arctam, & stabilem, neq; se dilatant contineri neq; diffluūt, ut lapis, lignum, gemma, corpus animalia termino male, ut cera durata & siccata. Hæc n. facile con- proprio. tinentur termino suo, id est, intra suam superficiem Et difficulter termino alieno, quia non diffluunt eo= Terra sic- rum partes sine mutatione totius. Et hinc apparet cior quam terram esse magis siccā quam ignem, quia licet ter= ignis qua- mino suo cōtineatur, tamē facilius dilatatur & ex= re. tenditur quam terra. Non est tamē fluxilis sicut aér Quid sit & aqua, ut apparet in foco. Contra uero termino contineri alieno facile contineri dicitur humidum, difficulter termino aut proprio coērceri, utpote cuius partes fluxiles, alieno. labiles, & non constipatae, intra superficiem corpo- ris sui propriam, nō facile coērcentur, quia non est arcta neq; stabilis ea, sed dilatant se, & diffluunt superficie latiore, quatenus non continentur alieno termino, id est, alterius corporis siccii & crassioris, præcipue terrestris superficie, quo alieno termino facilis retinetur & arctatur coērceturq; humidū quam sua superficie, ut uinum necesse est retineri in uase ligneo, uitreo aliōue. Nam diffueret alioquin quam posset latissime, ut aqua humida alioqui & fluxilis coērcetur ripis, littoribus, obicibus, uasis, ut aér coērcetur superficie uesicæ, follis, arteriæ, sicut sanguis continetur uenis. Atq; hic apparet aërem Aér cur esse longe humidiorē aqua. Nam cum hæc facile con- humidi- tineatur superficie terrestri aliena, Aér non solum aqua.

COMMENT. PHYS.

proprio termino suo non coercetur, quinetiam uix
alieno potest coerceri termino terrestris superfici-
ei. Semper n. poros minutissimos quoq; & rimulas
penetrat corporis continentis se, quod aqua non fa-
cit, ideo hæc esse minus humidam aëre patet ex defi-
nitione, ut & supra eodem cap. 8. & cap. 10. admo-
nui. Hæc igitur ad præsens de definitione sufficient.

Qualitas SEPTIMO: Ex qualitatibus primis duæ uocæ
tes actiæ tur actiæ, ut calidum & frigidum, eò quod hæc duæ
que et cur. efficaciorēm actuositatem habeant in corporibus,
faciliusq; mutent hæ corpora, utpote calor est actu-
osior ad uitam & ad generationem, frigus autē est
actuosius ad mortem & ad corruptionem. Item ma-
gis certatim agunt hæ duæ qualitates cōtra se inui-
cē & citissime, ut ignis facilime extinguitur aqua,

Qualitas uel terra. Duæ uero qualitates alteræ uocantur pas-
tes passiuæ siue, scilicet, humidum & siccum, non quin & hæ
que et cur. agant in corporibus, sed quia minus efficaciter &
tardius quodammodo agunt, difficulterq; inuicem
patiuntur, ut humidum difficulter agit in siccum.
Nam lapis projectus in maris fundum tardissime
humectatur interne & difficilime putreficit. Verū
hæ remittenda sunt medicis.

Qualitatū OCTAVO: Quatuor primæ qualitates inuicē
primarum faciunt sex paria, quæ isti uocant symbolos uel
sex paria. combinationes. Quorunq; priora quatuor sunt reue-
rasymbolica, id est, cognitionem habent mutuam,
atq; inuicem connecti cohærenteq; possunt. Primum
par-

par est calidum cum sicco. Secundum est calidum cū humido. Tertium est frigidum cū humido. Quartum est frigidum cū sicco: Duo uero postrema par & contraria sunt a symbola, id est, pugnantia plane & combinationes traria, ita ut se uicissim expellat de subiecto eodem. qualit. a= Scilicet, Quintum par calidum cū frigido. Et Sexum par, humidum cū sicco. Secundum hæc quatuor paria symbolica & cognata recensetur quaternarius numerus elementorum. Quia certissimum est quatuor elementa esse propriū subiectum quatuor primarum qualitatum. Est itaq; elementū primum Elementa Ignis calidus & siccus. Secundū Aēr calidus & hu= midus. Tertium Aqua frigida & humida. Quartū Tertia frigida & siccā. Hinc ergo uidere licet quæ elementa sint cognata, quæ cōtraria. Bina enim cognata sunt, scilicet. Ignis cum Terra per siccitatem mihi qualitas Ignis cum Aēre per caliditatem. Terra cum Aqua tumusus. per frigiditatem, Aēr cum Aqua per humiditatē. Contraria uerò elementa sunt item bina, scilicet. Ignis cum Aqua, & Aēr cum Terra. Sic ergo probatur numerus elementorum quaternarius ex symbolis qualitatum quatuor. Item ex hoc quatuor pariū symbolismo numerant Medici quatuor complexiones corporis præsertim animati, & humani. Nam Complexio est qualitas, quæ ex actione ad intuitum & possessione cognatarum & contrariarum qualitatum primarum, in elementis inuentariū prouenit. Sunt Complexi ergo cōplexiones quatuor iuxta istos symbolismos. ones qua-

Prima tuor.

C O M M E N T . P H Y S .

Prima Colerica, ignea, calida & sicca. Secunda San-
guinea, aëria, calida & humida. Tertia Phlegma-
tica, aquæa, frigida & humida. Quarta Melancho-
lica, terrea, frigida & sicca. Et hæc quatuor cōple-
xiones sunt incorpore, ex quatuor primis qualitatib-
us temperatis secundum proportionem, non qui-
Cōplexio dem arithmeticam, sed geometricam, id est, non se-
ad pondus cundū æqualitatem & temperamentū ad pondus,
ita ut una qualitas alteram nullo gradu superet, sed
planè æquali quantitate & pondere insint in cor-
poribus. Sed iste qualitates prime sunt temperate
secundū proportionem geometricam, id est, secun-
dum æqualitatem & temperamentum ad iusticiam,
Comple- ita ut una quidem aliqua superet qualitas alias qua-
xio ad iu- litates, sed proportione sua. Nam alioqui immodice
sticiam. superans & uincens & superabudans qualitas pre-
alijs nimium corruptit corpora, sua inæqualitate
nimia & mala temperatura elementorum & qua-
In compo- litatum, ut Medici docent. Non enim sicut in quoq;
litatum, ut Medici docent. Non enim sicut in quoq;
sito quare elemento una qualitas aliqua summū gradum obti-
nulla quali net, & habetur in summo gradu, sicut ignis est ca-
tas in sum- lidissimus, aqua frigidissima &c. ita & corpus cō-
mo gradu. positum habet qualitatem in summo gradu. Quia
corpus calidissimum corrupteretur, sicut & cor-
pus frigidissimum, siccissimum, & humidissimum,
corrupteretur.

Quomodo NONO: Quæ sint actiones qualitatum proprie-
qualitates. & primarij actus, iam antea in articulo quarto
diximus

diximus. Nempe: Calidi esse calefacere, & Frigi= interdum
di esse frigefacere &c. Tamen utrumq; contrarium nō propri
agit sepe non proprie quidem, sed tantummodo as, sed con-
per accidens, Ut in æstate calor per accidens refri= trarias a-
gerat interiora uiscera. Quia tum temporis calor fltones per
circumstans extrinsecus ipsum corpus poros eius ficiant.
aperit, ita ut humiditas naturalis cum sudore & ca-
lore exeat. Atq; ita corpus exeunte calore cum isto
humore aërio per poros, refrigeret quodammodo
interiora uiscera, quæ destituit & deserit. Quare Cur in æ-
longe est imbecillior digestio, minusq; adeo fame= state homi-
scunt homines in æstate, quam alio tempore, pro= nes minus
pter egressum interni caloris à membris & uisceri= famescant
bus interioribus utpote à stomacho et epate & alijs quam alio
membris &c. in quibus calor digestionem alioqui tempore.
adiuaret, qui nunc destituit ea membra in æstate,
aut in immodecē calido uaporario. Sic cōtra frigus
etiam calefacit per accidēs & impropriè, ut in hye-
me frigus circumstans extrinsecus ipsum corpus clau-
dit poros eius, ita ut neq; humor aërius, neq; ca-
lor, per poros clausos exire possit. Atq; adeo calor
ille retentus intra uiscera digestionem intendit &
impensis concoquit cibus. Quare etiam plus fa= Cur in hye-
mescunt homines & comedunt in hyeme, quam alio me plus fa-
tempore. Proprium uero humidi est humectare ut mescant
dixi, & alere corpus. Siquidem humido corporis homines.
absumpto, tabescit quoq; corpus, ut in hecticis & Humidū.
phthisicis uidemus. Sicci uero proprium est desicca= Siccum.

C O M M E N T . P H Y S .

re & extenuare, ut proximo capite dicetur.

D E Q U A L I T A T I B V S

Secundis. Caput XXIII.

PRIMO: Primæ qualitates quatuor se inuenient nō generant. Neq; enim calidum gignitur ab humido uel sicco. Neq; contra siccum est ab humido uel à calido proprie. Verū istæ primæ qualitates generant ex suo temperamento secunda qualitates sensibiles præsertim tactu, uisu, gustu, odoratu. Nam de sono pleriq; dubitant. Quare hoc casum de secundis qualitatibus hic subtexere placuit. Ceterum Secunda qualitas est qualitas sensibilis, quæ sit ex temperatura & mixtione primarū qualitatū quatuor, ut colores, odores, sapores, & quatuor decim qualitates quas uocant tangibles, scilicet, Graue, Leue, Crassum, Subtile, Durum, Molle, Densum, Rarum, Lentum, Friabile, Asperum, Lenne, Aridum, Lubricum.

Sonus.

Qualitas
secunda
quid.

Qualitas
testangibi-
bles.

Qualita-
tes uirtua-
tes.

SECUNDO: His secundis etiam connumerari possunt qualitates ille quas uocant uirtuales qualitates, id est, uirtutes atq; uires occultas in corporibus naturalibus, ut herbarū atq; gemmarum uires occultæ, ut fructuum & liquorum uires. Vtpote quod Vinum alioqui frigidū calefacit tamen, quod Vrtica urit, quod Enula campana aut Elenium affert hilaritatē, sicut & Buglossa, & sic de alijs uirtutibus quorumlibet corporum. Nam huiusmodi uirtutes

virtutes insitae sunt corporibus proculdubio per Occultæ ui-
temperaturam Elementorum & Qualitatum pri= res quomo-
marum quæ suas uires communicant mixtis, ut quia do corpo-
Vinum est aërium ideoq; penetrabile est, & cale= ribus in-
facit, atq; humectat. Sic Vrtica igneæ naturæ urit, sint.
Piper incendit, Sulphur exiccat. Tametsi uero non Piper.
potest omnino dari certa ratio ubiq; istarum uiri-
um, atq; uirtutum occultarum in corporibus, quæ
Deus & natura sic dotauit & ornauit tam efficaci-
bus qualitatibus, tamen ingeniosi homines Medici
in plerisq; sunt consulendi . Possunt enim aliquid
certi iudicare de istis uiribus occultis . Quomodo
ex qualitatum primarum & elementorum tempe-
ratura proueniant . Ut autem difficilis, sic & su= An uires
peruacanea questio est. An istæ uirtutes sint à for= occultæ
mis & ab actiuis qualitatibus corporum separatae. sint à for=
Quia certum est has simul nasci cum forma substan= mis & ab
tiaq; sui corporis subiecti. Nam omne agens ratio= actiuis qua-
nesue formæ agit & efficax est. Quam formam in= lit. separa
didit ei natura simul cum qualitate qualibet & uir= tæ.
tute sua.

T E R T I O : Quatuordecim qualitates quas uo= Qualita-
cant tangibles nascuntur ex primis hoc ordine. Hu= tes tangi-
midum aërium cum calido est causa subtilitatis, ut biles quo
patet in Sanguineis, quorum corpora & membra ordine ex
sunt plane jubiliora. Siccum igneum cum calido est primis na-
item causa subtilitatis, ut patet in Cholericis. Hu= scantur.
midum aqueum cum frigido est causa crassitiei, ut
patet

C O M M E N T . P H Y S .

patet in Phlegmaticis, qui crassiore sunt corpore & membris. Siccum terrestre cum frigido est item causa crassitiei, ut patet in Melancholicis. Atq; hæc fiunt propter cognationem quandam, quam habent inuicem & mutuo inter se aliæ etiam qualitates tætus sensibiles. Præterea ab humido sunt lene, molle, lubricum. A sicco sunt asperum, durum, aridum. A Calido autē igneo, uel aërio, est leue. Sicut à Frigido aquo uel terrestri est graue. Quo autem quodq; corpus plus habet igneæ uel aëriæ materiæ, eò quoque leuius est. Et Quo quodq; corpus plus habet aqueæ uel terrestris materiæ, eò quoq; grauius est. Sicut alioqui aër circumfusus corpori terrestri, uel eius poris inclusus sursum eleuat idem corpus, alioqui natura sua graue & natū ferri deorsum, ut patet in uolantibus, natantibus &c. in lignis, alijsq; huiusmodi. Dicuntur ergo Secundæ qualitates eò quod à primis nascuntur non dictæ solum tangibles, uerum & aliæ sensibiles ut Sanū, Aegrū, Salubre, Venenosum, Noxium, similiaq;, sunt à temperamento qualitatū primarum bono uel malo. Est tamen modus & ratio cur hæc ita accident ut obscurior, sic quoq; prolixior, quam ut hic recenseri debeat. Ceterum exempla infinita apud Aristotem & apud alios in problematis inueniuntur.

Q V A R T O : Quod autem calidum quandoq; desiccat, nihil impedit quintamen siccum sit prima qualitas. Nam quia calor rarefacit, ideo leuat hu-

morem

morem interclusum corpori, et colat quodammodo. Quo humore extracto, necessario sequitur siccitas. Et quia frigidum reddit densum, ideo contrahit, et constringit humorem aqueum uel aerium.

Quo humore coacto, necessario sequitur humiditas, ut in glacie patet. Itaque ut calidum per accidens quomodo siccatur, ita et frigidum per accidens humectatur. humectet.

DE MIXTIONE ELEMENTORUM ET MIXTILIO.

Caput XXIIII.

PRIMO Generaliter Mixtio uocatur corporum et rerum eiusdem uel diuersarum specierum compositio aut confusio, ut cum lana lanæ, uinum uino uel aquæ, hordeum lupulo uel tritico, miscetur. Atque hanc appellant isti mixtionem ad sensum, atque impropriam. Qua etiam accidentia, ut qualitates, alias misceri dicuntur improprie ut calidum humido aut tepido, bonum malo, indocti aut semidocti doctis, mendacio uerum aut uerisimile misceri dicitur uulgo. In hac non statim corrumpuntur nec alterantur mixta. Et non admodum pertinent hec ad institutum nostrum. Deinde Mixtio significat uel compositionem mixti, ut supra eodem cap. 12. uel generationem, ut supra eodem cap. 13. Atque ita mixtum plane uocatur idem quod compositum corpus, ut infra, in 3. ca. 1. Proprietem de qua hoc cap. loquimur Mixtio est elementorum, et mixtio

R. mixtio

C O M M E N T . P H Y S .

mixtilium alteratorum compositio. Qua sit corpus naturale compositū, ut ex commixtione elementorū quatuor, seminū, spirituum, humorū, ossium, carniū, & similiū, sit corpus humanum uel animale.

Compositio.

Mixtile.

Mixtilia
quomodo
in compo-
sitione al-
terentur.

SECUNDΟ: Cōpositionis uocabulo in hac definitione generatim utimur pro augmentatione & connexione. Deinde mixtile uocatur prorsum id quod est materia secunda corporis generandi. Quae materia suscipere potest formam à natura suppeditandam. De qua supra in 1. cap. 19. Huius materiæ cum sit de uarijs partibus coagmentata & collecta, pars una fuit de elemento ignis, alia de aëre, aqua, terra, Alia fuit spiritus, humor, seminarium, &c. Alterari uero dicuntur mixtilia & elementa in cōpositione corporis, non qualitate tantum. De qua alteratione supra eodē, cap. 15. Sed magis adeo alterantur, id est, mutantur, imò quasi corrumpūtur, ita, ut pristina forma amissa nouam noui corporis nascentis formam induant, à natura destinatam nascenti. Non tamen hanc destinatam formam in momento statim suscipiunt illæ materiæ coagmentatae in corpore nascente, uerū antequam generatio perficiatur, subinde alia atq; alia forma accedit, ut primo seminis forma, deinde sanguinis, deinde ex sanguine caro, cum ossibus, neruis, & cartilagine. Inde demum est Embryo & foetus quoad nascatur & absoluatur corpus humanum, uel animatum. Sic etiam de inanimato exempla dari possunt.

TERTIO

TERTIO: Conditiones tres requiruntur potissimum ad mixtionem. Prima: Ut mixtilia sint inter se connexa, in unumque corpus compositum congesta, ut sanguis, humores, spiritus, caro, ossa, congesta sunt in corpore humano sua proportione, sic et elementa conuenere ad constitutionem corporis. Secunda, ut mixtilia inuicem agere atque pati queant, adeoque contraria inter se uel saltem diuersa sint, ut supra eodem cap. 21. ad finem ostendimus. Tertia: ut mixtilia se se inuicem corrumpant, alterent, atque transmutent a ueteri sua forma, in noui corporis nascentis formam, cui accrescunt et incorporentur transmutata, attamen haec eadem mixtilia reseruent et retineant pristinas formas accidentarias, utpote qualitates sensibiles, quas ipsa communicaant suo mixto corpori. Aduerte tamen quod Mixtilia, id est, materie secunde corruptae sic, et alterate, non statim resoluuntur in materiam primam. Sed prius suscipiunt formam elementi, unde denique post resolutionem elementorum in materiam primam subinde alia atque alia forma substantialis producitur, quoad absoluatur et consequatur corpus nascens formam sibi natura destinatam, ut granum seminarium pomi mortuum et corruptum resoluitur in elementa, quae in materiam primam transmutata iterum resoluuntur, illinc sequitur ex materia et forma germanum, inde factus immaturus, postremo nascitur pomum.

Ad mixtionem
tres requiruntur conditiones.
2
3
Obserua-

C O M M E N T . P H Y S .

D E C O M M V N I B V S E T
proprijs elementorum.

Caput XXV.

Uſus huius
cap.

QVA Muis in ante dictis multa obſeruari
poſſint quatenus elementis inter ſe cōueniat, & quatenus contrā ſuis quæq; proprijs officijs
ab inuicem differant, placuit tamen hoc caput suba-
texere, in quod alia à philoſophis tradita, & plura
quidem congererentur, quam ut compendij breui-
tas queat complecti, ſupra autem eodem cap. 6. de-
finitionem & numerum elementorū uidimus. Nunc
uero unam atq; alteram conditionem perſtingam
ſolummodo, quarum Prima ſit. Quamuis elementū
quodlibet iuxta Physicos ſit per ſe in ſuaq; eſſentia
ſimplex, hoc eſt, merum & purum, quæ tamen ſim-
plicitas animo & ratione tantū percipitur, non ſen-
ſu noſtro. Veruntamen in hac terra per ſenſum ex-
perientiamq; noſtrā uix ullum elemētum depræ-
henditur merum, ſed partibus ſuis mixtū & impu-
rum, & quaſi alienis partibus admixtis inquinatū,
ut ignis noſter in foco purus non eſt, ſed commixtus
fumis & uaporibus qui redundunt eum non pellucidū
neq; liquidum. Sic & Aēr uaporibus & nebulis &
halitibus, ſic & Aqua turbatur terreftri & fecu-
lenta materia, ut in aqua palustri uel marina patet,
Terra quoq; aliorū elementorum purgamentis &
fecibus inquinatur, nihilominus iſta maxime deno-
minari debent à puris elementis in ſe prædominan-
tibus

I
Elementa
quomodo
ſimplicia
& pura.

tibus & praealentibus, ut ignis noster est maxime igneus, aer maxime aerius, &c. licet neutrum sit ipsum elementum, sic de aqua & terra iudica. Cum ergo elementa secundum substantiam suam pura imaginemur, & necessario fateamur, tamen nullum eorum secundum se totum iam est qualitatibus suis purum quin alienas qualitates habet plerasque, ut terra plerasque parte humida & fumida est, aqua saepe calida est, aer in media regione frigidus est. Reperiri tamen possent aliquae partes elementorum merae & purae que nullam alienam qualitatem habeant, ut alacumistae de spiritu uel aere puro multa disputant. In summa, Elementa per se & proprie sunt pura, per accidens uero & ut sensus experientiaque nostra deprehendit sunt impura. Secunda conditio. Elementa secundum se tota non transmutantur, id est, neque Elementa generantur neque corruptuntur aliamque mutationem subeunt, alioqui machina mundi periclitare inuicem tur, si tota terra uel aqua mutaretur, semel ergo transmutata perdurant in sua essentia, sicut terra secundum se inuicem transmutabilia, hoc est, unum elementum ex alio generatur. Unum in aliud corruptitur. Quod isti sic probant. Ex uno pugillo terrae fiunt decem pugilli aquae, centum aeris, & mille ignis. Haec tamen intelligi debent, si ex terra fieret per rarefactionem aqua, tamen necesse esset ut decuplo rarior

II

R 3 terra

COMMENT. PHYS.

terra illa fiat, quām hactenus fuerit, sin aēr, centa-
plo, sin ignis, millecuplo. Et contra: Si ex igni fieret
aēr per condensationem, tum necesse esset, ut ignis
ille densior fiat decuplo, sin aqua centuplo, sin terra
millecuplo. Atq; hæc tametsi uulgo dicant, tamen
uixdum per experientiam sed tantum coniecturis
proportionū sunt probata. Siquidem uix ullus ho-
minū depræhendit elementum purū, ut dixi. Quare
etiam ista decupla proportio elementorum finiti-
morū in alijs etiam qualitatibus, ut graui, leui, ma-
gno, paruo, agili, tardo, penetrabili, obtuso, & si-
milibus, ratione magis certaq; autoritate Physico-
rū, quām experientia probatur. Oportet ergo addi-
scendentem hic credere. Nam ista proportio meritis &
puris elementis, non nostris mixtis & impuris ele-
mentarijs tribuitur. Sic ergo elementa inter se inui-
cem sunt mutabilia secundū partes, ut ex una parte
terre fiunt decem aquæ partes, licet hæc non uidea-
mus ipsi oculis nostris. Deinde elementa transmuta-
bilia sunt in formas compositorum corporū, ut infra
capite proximo, & supra capite proximo dictum
est, elementa alterari, id est, mutari in mixtū. Quo-
niam ergo inuicem transmutabilia, & in alia quoq;
corpora transmutabilia sunt elementa quatuor, id
fieri necesse est, quia sunt contraria uel secundum
ambas qualitates, ut ignis & aqua, aēr & terra, uel
secundum alterutram qualitatem primam, ut ignis
& terra, aqua & aēr, ignis & aēr, aqua & terra.

Iam

Iam uero omnis mutatio est de contrario in contraria,
et è diuerso in diuersum. Hinc ergo plane pa- Cur ab A=te,
quare Aristoteles et peripatetici priora quædā rist. prin=principia cōmenti sint, quā elementa quatuor. Nam cip. elemē=omnia generabilia et corruptibilia necesse est ha=tis priora
bere subiectū, id est, materiam suę generationis et excogita=corruptionis. Quia ex nihilo nihil fit, ut supra in 1. tasint.

ca. 14. Si materiam habent, ergo et formam, cū sint
plane correlatiua. Sed elementa sunt inuicem gene=rabilia et corruptibilia, ut probat experientia in
mixtis, et autoritas Physica, ut apud Aristotelem
in 2. generationis, tract. 2. Ergo elementa necessa=rio habent subiectū, id est, materiam, et per conse=quens etiam formam. Iam uero rursus omnem mate=riam et formam necesse est priorem esse suo forma=tio. Nam omnis causa est prior suo effectu. Sed elemē=ta habent materiam et formam. Ergo elementa ha=bent sua principia ipsis priora, scilicet, materia et
formam, et per accidens priuationem. Que tria
principia sunt omnium plane prima, ita ut nullam
rem naturalem se priorē habeant. Quia in natura
non est progressus in infinitū, ut supra 1.ca.12. Fuit
itaq; physica exordienda ab istis primis principijs
potius, quā ab elementis, et à secūdarijs principijs.
Tertia conditio: Elementa per se dicuntur et sunt III
simplicia, mera, et pura; id est, non nisi ex partibus Elementa
homogenijs constituta. Contra uero compositū mi=quomodo
xtū, impurū dicitur, quod ex partibus heterogenijs simplicia

C O M M E N T . P H Y S .

et purare est constitutum. Cæterū de proprijs officijs et acti-
spectu cō= nibus singulorum elementorum, satis supra dictum
positi. est in specie, cap 7. et sequentibus, et supra eadem
cap. 22. ideoq; hic non opus est ista repetere.

D E M I X T I O N E E T C O M P O- sitione corporis naturalis ex elementis et qualitatibus elementaribus.

Caput XXVI.

Pleraque hactenus de principijs et causis, de
Physicæ elemētis, et qualitatibus dicta; ad hoc caput
et naturæ tanquam ad finem ferè ultimum referuntur. Nam
subiectum corpus naturale ex principijs causisq; suis et ex
Uſus huius elementis atq; horū qualitatibus compositum, secū-
dumq; haec eadem mutabile, est physicæ, atq; adeo
capitis. ipsius naturæ subiectum, ut supra in 1. cap. 2. et 36.
patuit. Erunt ergo nobis hic repetenda multa, tamet-
si antedicta. Nam erit etiā hoc caput quasi epilogus
et summarium primi atq; secundi huius cōmenta-
Summa et rii. Dicam ergo primo an sit Mixtio, et compositio
ordo dicen ulla naturalis. Secundo: Quid sit. Tertio: Quotu-
dorum in plex. Quarto: Quæ materia, et ex quibus fiant cō-
hoc cap. posita corpora. Quinto: Quæ forma, et qui modus
sit compositionis. Sexto: Quod efficiens. Septimo:
Qui finis. Octauo: Qui effectus. Nono: Quæ similia.
Decimo: Quæ diuersa. Undecimo: Vbi quærenda
sint exempla cōpositionis. Duodecimo: Qui sit oma-
nium istorum uſus. His breuiter quidem transactis
leuic

huius secundo quoque commentario imponetur finis.

PRIMO: Mixtionem et corporis compositio= An sit Mi-
nem esse naturalem non mere fatalem, neque fortui= xtio et
tam, ipsa rerum natura atque experientia arguit. Cum corporis
quotidie his oculis uideamus noua corpora indiui= cōpositio
dua eiusdem aut diuersarum specierum nasci, non ex naturalis.
nihilo neque in certo ordine, ut homines, equos, pecu= des, plantas, metallaria, et cetera similia. Hæc .n.
ex nihilo nequaquam sunt. Semel enim in principio,
creatione sua absoluta, Deus reliqua cōmisit natu= ræ uiribus et cursui. Licet quotidie hanc naturam
naturalesque res ipse Deus fœcundet, eisque benedicat:
Iuxta illud: Emitte spiritum tuum et creabuntur,
ut supra in 1. ca. 3. Superuacuum autem erat assere= Cur nece= re mixtionem esse, nisi quidam omnia naturæ adi= sario tra= merent, et naturalibus rebus omnes uires iuraque ab etetur que roarent. Cum tamen Deus et naturam ipsam, et stio An sit
res naturales, atque etiam alia secundum naturam sic mixtio= animauerit, et fœcunda reddiderit, atque actuosa, ut uiros, cursumque suum adhuc retinuerint a primorio. Nisi etiam aliqui Philosophi negassent posse fieri
ullam mixtionem, eoque quod oporteat mixtilia aut ma= nere in mixto corpore singula, aut omnia corrum= pi et interire in mixto, aut quedam manere et que= dam corrumpi in mixto. Non posse uero fieri primū, sic probatur. Quia que manent non alterantur. Sed
mixtilia oportet alterari et mutari, ut supra eo= dem ca. 24. in definitione. Non secundum. Nam que

R 5 corrupta

COMMENT. PHYS.

corrupta sunt & interierunt atq; adeo non sunt, illa misceri nequeunt, preterquam quod ex nihilo nihil fit. Non tertium. Quia patet mixtionem propriam esse eorum quæ similiter se habeat, id est, quæ simili ter immutata & alterata sunt, ut ex definitione dicto cap. 24. apparet. Hæc argumentatio infra eoz dē quinto articulo diluetur, ubi dicemus quomodo mixtilia in corpore mixto maneāt aut non maneāt.

Mixtio qd SEC VND O: Mixtionem hoc loco paulo aliter hoc loco sumimus, quam supra eodē cap. 24. Nempe pro synonymo compositionis, de qua supra eodem cap. 12.

Atq; hinc solo compositionis uocabulo utar, quam Cicero in i. Academicarum uocat effectionem. Sint ergo nunc Mixtio, Compositio, Effectione, idem plane. Quod tamen necesse est prouenire per generationem, de qua supra eodem cap. 13. & infra eodem capite, articulo 9. Itaq; compositio est connexio formarum in corpore naturali, quia id sua partium accidentiumq; proportione cohæret & consistit.

Composi- Formæ hic mentionem facio potius quam materiae, **tio quid.** eò quod maior est uarietas formarum. Nam alias substantialis est, aliæ uero sunt accidentarie formæ. Materia autem propria non est nisi substantialis, quam nomine partis hic significo. Sed exponitur definitio hæc supra eodem, dicto cap. 12.

Composi- TER TIO: Compositionis species numerantur
tionis spe- numero subiectorum, id est, secundum species compo-
ties. sitorum corporum, ut compositio plantæ, anima-
lis,

lis, lapidis, hominis, equi, aquilæ, infra in 3. ca. 1. & sequentibus. Partes uero compositionis secundum Compositæ species corporum nascentium similiter uariæ sunt tionis paræ & innumerabiles, ut in compositione uini, primo tes. est generatio, deinde uatio, post maturauia, hinc mustum, deniq; uinum. Sicut ergo compositionis Compositæ species ita partes quoq; eius nomina sortiuntur à tionis nosubiectis nascentibus, quæ sane fingenda erant, si lîmina. ceret saltem. Et huiusmodi nobis exempla plurima Compositæ suppeditat agricultura, & amoenissima nascentiū tionis ex corporum obseruatio, atq; experientia. Quales empla. multas indicat Aristoteles in opere de Generatione animalium, & de partibus animalium. Præterea Compositæ compositio alia est per se & substantialis, qua actionis alia quiritur forma substantiæ, & corpus ex materia diuisio. prima & secundis nascitur. Alia est accidentaria, qua compositione acquiruntur corpori qualitates sensibiles, propteræ ab elementis, & à secundis materijs, id est, à mixtilibus. Sic etiam dicimus impro- prie & per accidens corpus componi ex qualitatib; ut infra eodem, articulo quinto.

Q V A R T O: Compositio corporis naturalis Compositæ propriæ fit ex principijs, ex elementis, & materijs tionis Ma- secundis. Nam ex his propriæ componi corpus cum teria. suis membris & articulis sapissime iam diximus, ut supra in 1. cap. 12. & sequentibus, & supra eodem, capite 6. & 12. & 24. Ista sunt ergo materia circa quam fit compositio, & ex qua proprie compo- nitur

C O M M E N T . P H Y S .

nitur corpus naturale, suam formam atq; essentiam accipiens. Nam Deus materiam primam ab initio cum forma atq; cum tota adeo natura sic fecundauit, sua cœlestiq; uirtute, & influentia, & ita effinxit, ut cuilibet corpori naturali suppeditarent isti principia essentiam, ut supra in 1. cap. 3. Deinde elementis ipsis qualitates suas, & seminariam atq; genitabilem uim à primordio rerum idem Deus indidit, occultam nobis quidem & abditam, ex quibus elementis tanquam ex materia secunda nascuntur quelibet corpora naturalia, & componuntur. Rursumq; uires inde suas fecunditatemq; & actuositatem suam composita recipiunt, & qualitates suas sensibles, ut supra eodem cap. 22. Quod etiam Virgilius in Sileno sentit dicens.

Namq; canebat uti magnum per inane coacta,
Semina terrarumq; animæq; marisq; fuissent.
Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis
Omnia & ipse tener mundi concreuerit orbis.
Et alibi in sexto inquit. Inde (nimirum à Deo, & ex elementis, quæ fecundauit actuosaq; reddidit Deus) nascitur,

Hominum pecudumq; genus, uitæq; uolantum.
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est illis uigor & cœlestis origo.

Item Lucretius in 2. libro magnifice & prolixe probat hanc infinitam atq; innumerabilem diuersitatē formarum atq; corporū esse propter elementorum atq;

atq; eorum quæ ex elementis composita sunt corporum uim seminalem, ac genitabile. Quam seminis uim Cicero in 2. de natura Deorū dicit esse tantam, ut id semen quanquam sit per exiguum, tamensi inciderit in cōcipientem comprehendente inq; naturā, nactumq; sit materiā qua ali augeriq; possit, ita fингat et efficiat in suo genere quodq; corpus, partim ut tantummodo per stirpes alantur suas, partim ut moueri etiam et sentire et appetere possint, et ex se similia sui pro gignere. Sunt ergo corpora naturalia longe differentia, ut Lucretius ait.

Dissimili perfecta figura principiorum.

Inuenies etenim multarum semina rerum,
Corpora cēlare et uarias cohibere figuras,
Et reliqua in eodem loco uide. Diuus etiam Augustinus in tertio de trinitate sic inquit. Omnia rerū que corporaliter uisibiliterq; nascuntur, occulte quedam semina in istis corporeis mundi huius elementis latent. Et quecunq; nascendo ad oculos nostros exeunt, ex occultis seminibus elementaribus accipiunt progrediendi primordia, et incrementa debitæ magnitudinis, distinctionesq; formarum, ab elementis tanquam ab originalibus regulissimunt. Sic ergo partim ex actione fœcunda elementorum mutua, partim ex actione et genitabili uim mixtorū, diuersas partes speciesq; et formas corporum producere patet. Quæ formæ naturales per agentianaturalia, nempe elementa et mixta gignentia, de materia

C O M M E N T . P H Y S .

Formæ ex materiæ potentia educuntur. Non quod forma ex materia materia nascatur, quia principia prima ex se mun non nasci= tuo non nascuntur, alioqui enim nō dicerentur pri tur. ma neq; simul existerent, quod tamen relativorum natura exigit: Sed quod requiratur apta ad recipi endam formam aliquam potentia in ipsa materia, ut supra in 1. cap. 14. & 16.

Composit= QUINTO: Formam compositionis hic appella tionis mo= lo modū. Nam hic inquirimus quonam modo acci dus. dat & fiat compositio corporis. De forma aut corporis naturalis nihil hoc loco queritur sed suprain primo cap. 15. & 20. sat tractata est. Neq; etiam queat aliquis omnium corporum diuersas formas ne specie quidem sua enumerare, licet in genere pos sint recenseri, ut infra in 3. cap. 1. Modus ergo compo sitionis, ut etiam ca. 24. in fine attigi, hic sc̄re est, ut nascituri corporis materia secunda non statim in elementa sua, sed in mixtum aliquod resoluatur & corrum patur, atq; inde aliam quandam formam induit, ut granum frumenti mortuum suscipit terre amuel cinericiam formam, deinde rursum hac for ma corrupta, & evanescente, alia atq; alia succedit, quo ad sepius immutata hæc materia secunda re soluatur in elemēta, ita, ut quæ pars in illa est ignea, mutetur in ignem, & aëria in aërem, & aquæ in aquam, & terrea in terram, quia sunt eadē princi piæ resolutionis, id est, corruptionis, quæ sunt genera rationis. Porrò elemētares illæ partes sic enatæ, re soluuntur

soluantur demū in materiam primam, quæ nō quidem nihil est, uerū insensibilis est, adeò, ut sola imaginatione cogamur consequi, quo nam pacto corpora, & corporea elementa fiant atq; corruptantur, & euanscant in materiam primam incorpoream & insensibilem, sic granum mortuum, & post in elementa resolutū demum ratione elementorum in materiam primam, resoluitur. Cæterum momento citius, & in puncto temporis ex illis elementis in materiam primam euanscentibus, citissime prodit rursus exiguum quoddam corpusculum cum noua sua forma, recipiens ab elementis simul illam uim seminalem, id est, uim materiae secundæ, & qualitates elementares, ut sit ipsum corpusculum materia secunda mox nascituri corporis etiam magni, ut granum mortuum euanscens in elementa, & in materiam primam, ultimo in puncto temporis reformatur, & renascitur, & induitur noua formam herbidi corpusculi, quod uisum prope excedat. Sicut etiam in ouis piscium uel gallinarum evanescentibus uidemus minutissimum quoddam corpusculum, quod ex ueteri materia sua secunda, uidelicet à semine & ex elementis, uim genitabile & prolificam (ut sæpe dixi) haufit. Atq; hæc corpuscula Atomī ^{Ea} recenter ex elemētis nata, significasse iudico Deinde picureorū critū & Epicureos per suos Atomos, hoc est, insecti quid signilia indiuiduaq; corpuscula, quæ in inani, id est, in recessentibus adhuc informib. ita ferātur, ut cōcursionib. inter

C O M M E N T . P H Y S .

se cohærescant, ex qua Atomorum cohærentia efficiantur ea, quæ sint, quæq; cernantur, omnia, ut Cicero in primo de finibus de Atomis differit circa initium. Et Lucretius in secundo inquit,
Prima mouentur enim per se primordia rerum.
Inde ea quæ paruo sunt corpora conciliatu.
Et quasi proxima sunt ad vires principiorum.
Et reliqua ibidem uide. Sicut ergo uidemus herbeas
scens illud uirideq; in semente nouo corpusculū uapore tepefactum, ex mixtū fibris stirpium, sensim
adolescere, culmoq; erectū geniculato uaginis iam
quasi pubescens includi, è quibus cū emerserit fun-
dere frugem spicæ ordine structā, & contra auium
minorum morsum muniri uallo aristarum, atq; sub
messis tempus maturescere, formamq; mutari fru-
menti suscipere, ut Cicero in Catone docet: Sic alia
quoq; prima corporum ex propemodum informia
corpuscula paulatim suo tēpore fouentur, atq; for-
mantur à natura, quo ad iustum substantiæ formam
consequantur, nō secus atq; ursa paulatim singit &
figurat lambendo suū recentem fœtum, qui est can-
dida informisq; caro, paulo muribus maior, sine ocu-
lis, sine pilo, unguibus tantū prominentibus, ut ait
Plini.in 8.cap.36. Atq; hæc de compositionis modo
& forma ad præsens sufficiat. Exempla plura à me-
dicis philosophisq; pete. Hinc credo haud difficulter
apparere quid respondendū sit ad obiectionem, su-
pra eodem in articulo propositam, quomodo elec-

menta

Fœtus ur-
ſæ.

menta in mixtis partim manent partim uero non Elementa
manent. Et tametsi hec questio medicos iuxta & quomodo
physicos ualde anxios habeat, tamen nobis non usq; manent
adeo sudandum est, in epitoma præsertim, affectans in mixtis.
tibus breuitatem. Itaq; pace aliorum, ut & Aristoteles inquit, elementa actu formaq; sua non manent
in compositis, quia ipsam suscepereunt alienam, cō=
positi scilicet corporis partiumue eius formam, ut
iam sēpe admonui. Verum elementa manent in cō=
positis per potentiam sic, ut mixta aliquando cor=
rupta resolui queant in elementa, ut iam supra indi= caui. Et per uirtutem efficaciamq; manent ita, ut
compositum ab elemento unoquoq; receperit qua= litates & uires plane similes elementaribus, primas
scilicet & secundas, secundum quas operatur parti= ter elementis. Sicut enim ignis elementum calefa= cit, urit &c. sic & ignis noster compositus calefa= cit & urit (Sicut aqua elementum humectat & frige= gefacit, sic ceruisia humectat & frigefacit) Non
quod proprij actus elementorū sint in mixto. Nam
elementa, quod dixi, manent in mixtis, non nisi al= terata & religata ad alienam formam substantiae
corporis mixti, adeoq; abscondita sub ipsius mixti
forma, ut libere nequeant quoslibet actus proprios
suos exercere, in summis scilicet gradibus. Quia
igneū in homine non urit extreme, id est, non com= burit, sic terra in homine non siccatur extreme, alio= qui non posset cohaerere corpus, neq; ignis aérq; im=

C O M M E N T . P H Y S .

mixto sursum ad circumferentiā, neq; aqua & ter-
ra deorsum ad centrum feruntur in corpore. Sic er-
go elementa per alterationē continuam sese in cor-
pore reducūt ad unam aliquam sociabilem comple-
xionem, ut proprios tamen actus viresq; per omnia
nequeant intendere, quantum alioqui libera & in
silo loco intendunt. Itaq; elementa & mixtilia ple-
raq; in corpore composito non penitus sunt corru-
pta neq; penitus manentia, quia manent uirtute, quā
corporibus communicant, quibus alterata plane in-
sunt. Sed non manent formis suis, cum nouam rece-
perint. Sicuti semen sēpius transmutatum tandem
accrescit & incorporatur ipsi composito suo. De
his tamē plura à medicis & physicis requirere licet.

S E X T O : Valde repræhendit Epicureos Cicero
in primo de finibus, quod cum de materia, & de cor-
porum effectione, quam nos hic compositionem uo-
camus, sint quædam commenti, & tamen causam
efficientem istius compositionis omiserint. Cæterū
de efficientibus causis est dictum supra in 1. cap. 21.

Efficien-
tia.

- 1 & 35. Quod sit Primo extrellum efficiens Primū
immobile, ut Deus. Secundo Vniuersale incorpore-
um mobile, ut Intelligentiæ, hoc est, Boni Dæmones
angeliq; qui mouent cœlos, à Deo alligati ad mini-
sterium illud. Tertio : Vniuersale cœleste mobile
corporeum, ut cœli cum suis uirtutibus & influen-
tijs. Quarto : particulare efficiens & secundarium,
nempe, ipsum gignens, corruptens &c. Et horum
particularium

particularium alia esse paria, quæ scilicet pariter Particulae
 agunt & efficiunt non subordinate, sic pater & ma- ria efficien-
 ter pariter gignunt liberos. Alia esse subordinata, tia dupli-
 que non pariter eodem tempore, sed alio atq; alio cia.
 ordine & tempore successim efficiunt, quorum sunt
 pleraq; remota, sic proauus & auus remote effici-
 unt nepotes. Quinto: est efficiens medium, ut sunt fi- 5
 nes medijs uel secundarij, ut supra in primo cap. 22.
 Sexto: est aliud mediū ut sunt instrumenta. De qui= 6
 bus sex efficientium generibus quicquam hic repe-
 tere nolo. Septimo: demum, suprain i. dicto cap. 21. 7
 in principio diximus, esse quoddam efficiens inter-
 num, quod sit intra materiam formandam, non ut
 pars substantiae, sed mere accidens energiticum &
 efficax, ut sunt qualitates primæ ab elementis ori-
 undæ, & secundæ sensibiles à primis oriund.e.
 Hæ ergo sunt internum efficiens in compositione Cōpositio-
 corporis. Sicut illæ sex ante enumerata sunt exter- nis causis.
 num efficiens in compositione corporis. Et quam: effici-
 uis de qualitatibus utrisq; sit tractatum supra co-
 dem capite 22. & cap. 23. Tamen hic breuiter ad-
 monere placet, longe plures esse actiones & passio-
 nes qualitatum primarum, & secundarum, ut plus
 res operationes uirtutesq; quam supra enumera-
 ni. Varie enim in mixtis & mixtilibus operan-
 tur ipsæ qualitates, cuiusmodi exempla infini-
 ta Aristoteles in quarto meteororum, in pro-
 blematis, & Medici in suis præceptis tradunt.

C O M M E N T . P H Y S .

Qualitas Cæterum ut qualitates sunt quidem efficiens causa
tes quales compositionis, tamen non sunt primaria causa, sed
sint caus. mere instrumenta, sine quibus prima causa, & Cœ-
effi.com= leste. Particulareq; efficiens nolunt aut non possunt
positionis. operari, & subigere materiam, quæ per composi-
Qualitas tionem recipere debet formam. Nullo autem modo
neq; mate= qualitas ulla est materia corporis, aut substantialis
ria neq; for forma corporis. Siquidem nullum accidens potest
ma substan esse substantialis pars aut integralis, in illo corpo-
tia.corp. re, uel in ulla substantia. Sic ergo uidemus tres pri-
marias compositionis causas materiam, formam, &
efficientem.

Composi- **S E P T I M O :** Facilimum est ex superioribus
tionis 1 iam uidere quinam sit cōpositionis finis, illam enim
finis. natura non operatur in aliū finem, aut usum, quam
ut materia singatur atq; formetur substantiali for-
ma, qua forma consecutacessat, & absoluta plane
Monstra est compositio, ut supra in 1. cap. 15. & 20. Sin com-
quare in- positionem non sequatur forma substantialis con-
terdum na sueta & solennis, suoq; generi apta, tum corpus
scantur. monstrorum non naturale uocatur. Quod aliquan-
do accidit propter materiæ uiciū, aut propter com-
positionis ordinem peruersum, impeditumue. Vt
pote si biceps equus, si quadrupes gallina, si bifor-
mis homo, aliudue monstrum nascitur. Deinde for-
man substantialem acquisitam corpori sequuntur
etiam aliæ accidentariæ formæ, hoc est operationes,
quantitates, uires, aliaq; huiusmodi accidentia ex
nouem

nouem prædicamentorum generibus, quæ forme
accidentariæ induntur corporibus, partim à natu-
ra, partim ab influentijs cœlestibus. Siquidem ut Acto &
quicquid patitur ratione sue materiæ patitur, sic paſſio un-
quicquid agitatione ſuæ formæ agit.

Acto &
de.

O C T A V O: Præcipuus effectus compositionis
est, quod ueteri forme amissæ succedit noua, ſem-
perq; corporis noui compositio, est ueteris corru-
ptio. Sicut et generatio unius est corruptio alteri-
us. Præterea ista compositionis continuatio conser-
uat res naturales atq; ordinem naturæ. Nam quia
res ſunt labiles & mutabiles propter materiæ ſuæ
fragilitatem, non potest rerum natura confiſtere
abſq; hac uiciſſitudine compositionis, ut ſubinde ab-
eant atq; renascantur eiusdem ſpeciei formæq; cor-
pora, ne non perpetuus sit hic naturæ ordo & ſuc-
cessus, ne non hæc naturæ uiciſſitudo perduret, &
queq; in ſuo genere continentur. Nam ſic.
Quod fuit ante relictum eſt.

Fitq; quod haud fuerat momentaq; cuncta nouan- Ex uno
tur. Nequit autē omnino corporis mixtio uel com- nulla fit
positio ulla fieri ex uno tantum elemento. Sed ut mi- mixtio.
nimum ē duobus ſymbolicis & cognatis uel ē plu-
ribus.

NONO: Compositioni admodum affinis eſt ge- Composi-
neratio, & adeo, ut non niſi per generationem com- tionis co-
ponatur corpus. Neq; tamen idem ſunt, quia in ge- gnata.
neratione & corruptione tantum requiritur ma-

1 Compo-
ſitionis
effectus.

2

C O M M E N T . P H Y S .

teria & forma. Iam uero proprie non dicuntur misceri neq; componi materia & forma, sed mixtilia tantum, quibus commixtis accidit forma.

Compositio-
nisi di-
uersa.

DECIMO: Differt à cōpositione creatio. Nam ista est circa materiam informandam ut supra eodem articulo 4. Creatio autem est ex nihilo, atq; ex nulla materia, Deinde generatio tantum requirit materiam & formam principia prima. Compositio uero & primam & secūdam materiam desiderat.

Augmen-
tatio an cō
positio.
Alteratio
an compo-
sitio.

In augmentatione alimentum non dicitur proprietatio an cō misceri aut componi cum eò quod alitur, quia alimentum corruptitur & insubstantiam aliti transmutatur. In alteratione etiam non fit ulla mixtio, nec alteratio est compositio, quia illic tantum substantium requiritur, & qualitas. Quæ duo non quidem non miscentur inuicem, cum mixtilia transmutata fiant pars substantiæ compositi corporis. Iam uero nullum accidens nedum qualitas, est pars substantiæ, siue maneat, siue transmutetur illud.

Compositio-
nisi ex-
empla.

V N D E C I M O: Exempla compositionis supra dixi à communi experientia esse petenda, & ab ijs, qui de generatione metallarum, plantarum, animaliumq; scripsere. Nam res ista alioqui infinita nullo pacto breuibus potest compræhendi præceptis, sed non nisi iustis uoluminibus explicatur.

Vfustra-
ditorū de
cōpositio-

D V O D E C I M A: Commoditates quæ hinc discentibus accidunt ut sunt innumeræ, ita non nisi ab his cognoscuntur, qui egregiam operam physiolos

gie nauarunt, atq; aliquam experientiam rerum ne corpora-
istis, uel per Medicinæ studium, uel per diligentem ris natur.
alioqui obseruationem addiderint, atq; depræben-
derint. Præstat autem atq; omnium utilissimum est,
ad hec præcepta communem afferre sensum atq;
usum rerum, ciuiliterq; de rebus in speciem obscu-
ris iudicare. Sic demū fiet, ut fructum aliquem inde
magnum & certe uberem consequamur, si etiam
physicæ professionis autores & sacerdotes adeo cō-
sulemus. Nos quidem officio nostro defuncti uide= Epilogus.
mūr, cum hec que ad compendium huius artis uti=
lianecessariaq; esse iudicauimus, qualicunq; modo
tradidimus, & uerbosius etiam prolixiusq; spe no= stra. Sed hanc prolixitatem facile emendabit &
refartiet sequentis tertij commentarij breui= tas, atq; amoenitas, in quo indicem propè
nudum & perspicuum proponemus
eorum, que uice exemplorum in
hacta materia recte
erunt.

FINIS SECUNDI LIBRI.

S 4

COMMENT. PHYS.

COMMENTARII PHYSICI LIBER TERTIVS.

De Quintuplici specie compo-
sitorum corporum.

Caput I.

Excusat
prolixita-
tem tracta-
tionis.



IDEO NOBIS PROPEMO-
dum euenire idē quod Horatius ri-
diculum putat, ut cum amphoram
instituerimus, urceus exierit. Nam
cum Epitomen breuem physicę ar-
atis institui, tamen liber in iusti commentarij magni-
tudinem excreuit immodicē. Verum huic prolixita-
ti uenia danda est, tum quia in uitis ac nolentibus no-
bis sic producta est hęc materia, tū quod ista obscu-
riora de principijs causisq; & elementis præcepta,
quantū per sedulitatem nostram licuit, fuerunt ali-
quo modo explicanda, quę ita in scholis delitescunt
aut potius insolitasunt, ut satius esse putem ista uel
Ratio mo male producere, quam omnino omittere. Iam inde
di & ordi uero cum Meteorologia & reliqua tractatio de cō-
nis sequen- positis corporibus non paulo sit futura facilior, eō
tis tracta- quod sensui pleraq; sint exposita atq; experientiæ,
tionis. breuiores etiam erimus, atq; indicis uice monstra-
bimus apud quos autores hęc sint amplius peniti-
usq; uidenda. Nam inutilis alioqui labore est prolixe
trans-

transcribere ex alienis libris & uulgo notis, quæ breuiter indicasse sufficit. Neq; etiā habet aliquam speciem aut frugem bene dicta aliorum sic in rapso- diæ modum consuere undecunq;, cū alioqui fœlici- us ex ipsis quasi fontibus & latice bibantur. Verun- tamen dabo operam ut non obscure teneamus Me- teororum definitiones atq; causas, prout ab Aristotele alijsq; autoribus sunt traditæ. Cæterum ut hinc cōmode exordiar, Compositum corpus & Mixtum supra in 2.ca. 24. idem esse diximus, scilicet, Quod ex suis principijs, elementis, partibus substantiali- bus, ex integralibus, causisq;, ex qualitatibus con-
nexum coheret, ex suapte natura substantiaq; con-
ficit, ut patet supra in 2.cap. 26. Iam hinc itaq; de Subiectum corpore mobili tractabitur, quatenus id forma mi- huius libri xti compositiue constat, & uestitum est. Porrò om- tertij.
nia corpora naturalia composita ueteres in quinq;
formas aut species digessere, hoc ordine. Ut Mixta ¹ Quinq;
corpora Prima compositionis sint Meteora, quibus ^{species}
annumerantur Fumi, ut uapores & exhalationes, ^{corpo-}
infra eodē cap. proximo, & 3. Secundæ compositionis ² rū com-
sint Metallaria, quæ isti uocant Mineralia, qui- ^{pos. na-}
bus etiam lapides, gemmæq; & similia accensentur, ^{tur.}
infra eodem cap. 12. Tertiæ compositionis sint Plan- ³
tae & alia quæ Vegetabilia uocamus, infra eodem
cap. 16. & sequentibus. Quartæ compositionis sint ⁴
Animantia quibus inest sensitua anima tantū, infra
eodē cap. 24. Quintæ compositionis sit Homo ani-

COMMENT. PHYS.

Commentatio se-
quētis tra-
stationis.

marationali præditus mortalium creaturarum nobilissima. Priorē ergo duæ species complectuntur inanimata corpora, posteriores uero tres species cōprehendunt corpora animata. De istis ergo paucis erit dicendum series sua. Quanta uero in sequentium sit amoenitas hic nolo longius declarare, contentus autoritate, & consensu tot doctissimorum prudentissimorum hominum, qui tot seculorum serie ista probarunt & docuerunt, & admoneat nos horteturq; Virgilij autoritas in 2 Georg. ita dicētis. Me uero primum dulces ante omnia Musæ.
Quarum sacra fero ingenti percussus amore.
Accipiant, coeliq; uias & sidera monstret.
Et reliqua eius loci uide. Vnde cernere licet quanti fecerint physiologiam ueteres homines, ut non dubitarit idem poëta exclamare.
Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas.

DE CAVSIS METEORORVM.

Caput II.

Meteora
quare sic
uocentur.

PRIMO: Meteoris imposuere græci nomen à sublimitate, Nostri uocant impressiones, eò quod plerūq; in sublimi, id est, in regione aëris impressæ uidentur, causæq; harum non nisi sublimi quadam speculazione deprehenduntur. Item: Quod uirtute et influentia sublimi corporum cœlestium efficiuntur Meteora.

Meteoron

SECUNDO: Meteoron est corpus compositū, imperfictum,

imperfectum, ex uapore aut exhalatione effectum, quid.

in aere uel terra apparere solitum. Dicitur imper-

fectum corpus, Vel propter subitam meteorigenes *Meteororum*

rationem, Vel quod uideatur ferè istorum compo- *cur regens*

sitio fieri, non secundum substantiae mutationem, sed *impeditus* *lumen*

secundum qualitates, Vel potius imperfectum dici-

tur, collatione animatorum corporum.

TER TIO: Omissis nunc alijs particulis definiti- Diuisio-
tionis, & uulgata diuisione Meteororum, esse aliud meteororū
Ignitum, aliud Aquosum, aliud uero medium. De rum.

quibus infra eodem. Primum de causa efficiente, pri Meteororū
masculicet & remota tractabimus. Quia in specia= rum caus.

li quodq; Meteorum habet proximam causam, sicut effici. re-

& propriam formam, ut infra suo cuiusq; cap. pate mota.

bit. Igiiur tametsi Deus non hæc tantū sublimia cor-

pora, & qualibet alia composita efficit, tamē sicut

scimus esse ipsum primam causam, oportet etiā sci= *Deus agit per*

re quomodo agat Fato, Natura, Fortuna, aut Vo- *nistrumeta*

luntate hominis, tanquam per quatuor instrumenta.

Ita n. in natura & rebus naturalibus non generales

tantum & remotas, uerum etiam proprias & pro-

pinquas causas inquirere necesse est diligentius. Di-

cimus ergo efficientem causam Meteororum atq;

Impressionum esse cœlum, Stellas, Astra, cum suis

motibus, uirtute, influentijs, & qualitatibus, que

proueniunt ab istis. Ista enim cœlestia corpora at-

trahunt sursum ex terra uel aquafumos, ut exhalac-

tiones aut uapores, quos in cap. proxmo ostendimus

esse

fato
natura
fortuna
Voluntate

C O M M E N T . P H Y S .

esse materiam Meteororum. Quam materiam, Cœlestia, uirtute qualitatibusq; suis, eleuatam resoluunt, subigunt, percoquunt, atq; immutant, ut deindeq; fiat Cometa, Halo, Pluvia, uel aliud quid simile corpus. Siquidem omnis uirtus naturalis huius mundi, partiumq; eius, gubernatur à cœlo, id est, agit, uel patitur, uirtute cœli accidentis & affluentis ad actiones, passionesq;, & operationes inferiorum corporum. Affluentis dico per motum suum, per lumen, ex per influentias suas, ut multis in locis supra admonui, neq; hic repeterem, nisi ex Aristoteles in principio Meteorologiæ suæ hæc sollicite inculcat, & adeo ingeminaret. Quod si libet, uide hoc loco commentarios quoq; erudite & copiose super his disputantes & utiliter.

Calor quo duplex.

Materia meteoro- rum.

Q V A R T O : Quod autem de qualitatibus superiorum corporum prouenientibus ex motu cœli paulo ante memini, sic intelligi debet. Efficientibus causis Meteororum accenseri etiam has duas superiorum qualitates, scilicet Calorem & Frigus. Calore est duplex scilicet Loci de quo mox infra eodem & Solis. Verum calor Solis rursum est duplex, scilicet Euocans, qui euocat, elicit, eleuat, & extrahit fumos de terra, uel aqua ortos, materiam meteororum in sublime, & Adurens calor, qui adurit eleuandos, & etiam eleuatos fumos, bifariam, scilicet, directe, & indirecte. Directe quidam cum radijs solares præcipue in Aestate sub Geminis, Cancro, &

Leone,

Leone, directe incident regionibus subiectis, unde restringuntur in seipsoꝝ & reflectuntur à corpore solidi terræ, uel aquæ, aduruntq; & absumunt in illis terris omnes fumos, antequam eleuentur. Estq; hic calor intensissimus, impediens Meteora ignita, ne dum aquosa. Inde est cur in æquinoctialibus terris, Cursus sub torrida zona, sint paucissima aut nulla adeo Me torrida teora præsertim Aquosa. Indirecte uero, cum locis zona pau longinquieribus à tropico cancri, & arctico pro- cis. sint me pioribus, propter longinquitatē solis, indirecte & teora oblique incident radij solares terris subiectis, unde non ita restringuntur in se radij, tametsi etiam reflectuntur, sed obliquius & angulis amplioribus. Hinc sit calor temperatus, qui calefacit quidem ter Quare sub ras intratropicū cancri & arcticum circulum, præ zona arcti sertim in æstate, sed tamen ille calor non est adeo inten- ca habita- tensus, ut adurat, & absumat tantum humorum, bili pluri quantū in meridionalibus ille intensissimus calor. Plu m a meteo- res ergo reliqui supersunt fumi non absumpti à ca- ra gene- lore temperato, misso à radijs obliquis, qui fumi de- rentur. inde insublime feruntur & eleuantur à calore solis euocante, inde longe plurima Meteora apparent sub habitabili zona arctica, ut Comete, Pluuiæ, Ni-

QVINTO: Frigus item est duplex (ues &c. Frigus scilicet loci & externum. De loco iam mox in fine quo tu huius uidebimus, sed Frigus externum est duplex, plex. scilicet Constringens & Prohibens. Constringens quidem id uocamus: quod sua fortitudine intensissi- mum,

C O M M E N T . P H Y S .

mum, plus potest constringere, et claudere fumos, quam Sol queat eos eleuare altius extra uel si supra terram. Quia poros terrae et superficiem aquae costringit hoc frigus, ne radij solares accedentes ex longinquissimo quidem, possint fumos extrahere. Vnde in terris uel zonis (ultra arcticum uel antarcticum) utriq; polorum uicinioribus, sunt terra et aqua siccè semper cogelatae, rarae pluiae, rores, raria item meteora ignita. Atq; hoc frigus costringens impedit meteora aquosa, nedū ignita. Frigus autem probibens temperatum est, quod prohibet quidem Solem, nonne extrahat supraterram in sublime fumos, sed ne incendat et absimat ipsos, ut pote, cum Sol est in hyemalibus præcipue signis, Sagittario, Capricorno, et Aquario, ualde remotus à zonis septentrionalibus, cù radij solares ex ualde longinquo et obliquo mittuntur. Quapropter remissiore existente calore, incidit in his terris frigus, ita, ut à sole nequeat absumi isti fumi terrestres, uel aquei, quamvis eleuentur in sublime à calore euocante, ideoq; minus est ignitorum Meteororum in septentrionalibus terris sub hyemem, quam alibi, et plus est meteororum aquosorum, ut Nubes, pluiae, &c. Variat tamen hanc qualitatem climatum saepe qualitas anni, uentorumq; et serenitas, et caligozatq; alia eiusmodi. Quo ergo queq; terra propior est æquinoctiali zonæ, eò minus Meteororum uidet, propter calorem solis adurentem, quo uero

*frigus prob
bens*

Meteora regionum septentrionalium. et plus est meteororum aquosorum, ut Nubes, pluiae, &c. Variat tamen hanc qualitatem climatum saepe qualitas anni, uentorumq; et serenitas, et caligozatq; alia eiusmodi. Quo ergo queq; terra propior est æquinoctiali zonæ, eò minus Meteororum uidet, propter calorem solis adurentem, quo uero queq;

queq; terra est remotior ab æquinoctiali, eò plus Meteororum illic apparet, propter debilitatem caloris, nō adurentis, neq; absumentis omnino fumos. Hinc etiam facile patet, quare in uere & autumno longè plures impressiones aquose, & ignitæ nascantur quoq; in æstate, quam hyeme, & quare etiam instabilior tempestas sit tum quam alias.

S E X T O: Calor & frigus loci censemunt à locis **Locis meteororum**, ubi sunt Meteororum, qui loci sunt quatuor, scilicet tres ororum regiones aeris, Suprema calidissima, Media frigida quatuor. dißima, & Infima quæ est infra nubes, supra aquæ terræq; superficiem, temperata, id est, modo calida & frigida, prout Sol ascendit, uel descendit, accedit, uel recedit. Nam hæc infima recipit calorem à solaribus radijs reflexis à corpore solido terræ uel aquæ, frigus autem recipit ab aqua & terra sibi propinquis frigidisq; corporibus, ut supra 2. capite s. Quartus locus est quem terræ uentrem uel concavitatem, & cauernas terræ appellamus.

DE FVMIS ET DE MATERIA teria Meteororum.

Caput III.

P RIMO: Materia meteorum plane sunt fumi Materiam ex aqua terraue exorientes, siquidem terra meteororum apud nos habet plurimos poros, & foramina, medium. atusq;. Ex qua terra, calor Solis extrahit duplē fumum, scilicet, exhalationem & uaporem. Exhaling. latio

C O M M E N T . P H Y S .

Exhalatio latio est fumus calidus & siccus, terrestris, inflammabilis, quē calor solis euocans è terra extrahit in sublime, atq; ibi percoquit. Sed Vapor est fumus calidus & humidus, aqueus, non quidem inflammabilis, qui non solū ex terra, uerum etiam ex aqua à calore solis euocante extrahitur in sublime, atq; ibi cōgelatur, uel resoluitur. Surgit autem vapor proprius ex aqua, uel ex corporibus humidis, et tamen non est aqua, sed habet quid aqueum, sicut Exhalatio habet quid terrestre. Et utriusque generis fumorum habemus experientiam ferè quotidianam, præcipue in montosis, & conuallibus, in fluminibus, palustribusq; locis, præcipue sub uespertino matutinumq; tempus, item post pluuias & tempestates, ubi nostris oculis uidemus ascendere fumos, atq; attrahi à sole in sublime, quamvis propter longinquitatem spati nequeamus cernere mutationem istorum fumorum.

Fumos non esse exiguostrum, aut raros, quin instar magnum montium magnitudine trahuntur fumi isti sursum, aut etiam maiore mole, ingensq; spaciū in regione aëris occupant, ut in fluiali aqua uidemus que uia tempestate sursum attrahitur à Sole, ut etiam cernimus nubium moles atq; montes adeo. Quod si enim unum atq; alterum fragmentum ligni humidum in foco male ardens igne, magnum de se fumum camino emittit, quid aestimandum est de magna aliqua parte terrae, uel aquae alioqui humidae, fumosa, uide

ude, et præpinguis, quantum fumorum de se emittere posse in calefacto et quasi adusto et incenso Solis Astrorumq; æstu. Sic etiam in ollis de aqua feruente et ebidente cernimus surgere uapores in alatum ualde crassos. Quis ergo dubitet ingentes quam simontes huiusmodi exhalationum et uaporū surgere de fontibus, fluuijs, stagnis, lacubus, et mari, deterra fumida, et ubiq; ferè uida, quæ utraq; totum diem adeoq; totos menses decoquitur prope, calore æstuq; Solis ac Lunæ, ac aliorum Siderum atq; Stellarum.

TERTIO: Cum itaq; exhalatio calida et sicca terrestrisq; de terra oriatur, et uapor calidus et humidus aqueus, partim de terra humectata et uida, partim de ipsa aqua, quæ tamen sit mixta crasso ter restri, exhalet atq; assurgat facile est iudicare, ut exhalatio uaporq; sint causa materialis propinquæ meteororum. Sic terram et aquam esse causam materialiæ remotam omnium meteororum. Nam forma substantialis ipsius terræ uel aquæ mutatur plene in aliam formam, exhalationis scilicet, et uaporis. Aër uero propter nimiā subtilitatem suam, et Ignis propter limpiditatem ac raritatē tam crassos fumos de se nequeunt emittere è quibus fiant Meteora, licet enim Ignis præcipue noster in foco, et Aër ut patet in halitu animalium frigido tempore, de se fumos emittant, tamen subtiliores sunt illi quam ut perdurent diutius, quin mox à calore Solis aliorūue

Materiæ
meteoro=
rū propin
qua et rea
mota.

COMMENT. PHYS.

corporum resoluuntur, & liquefiunt, & in momento evanescunt. Itaq; Ignis & Aër non sunt materia impressionis alicuius. Cæterū Meteora ignitoriri ab exhalationibus, Aquosa uero ex uaporibus, Media autem partim ex uaporibus, partim ab exhalationibus nasci, aut ex fumis cōmixtis, id mox infra sequente, & infra eodē cap. 5. & 8. patebit.

Q V A R T O: Finalis autem causa Meteororum est ipsa salus animantium, & plantarū, aliorumq; corporum, & cōmoditas cuiusq; peculiaris. Habet enim unumquodq; suam utilitatem manifestam, uel occultam. Ut Pluuiæ est irrigare & piguefacere terrā. Cometæ est absumere corruptos uenenososq; fumos tametsi alioqui terrorem incutiat, malaq; portentat. Atq; hæc de causis Meteororum indicasse sufficiat, quæ speciatim iam inde breuiter tractabimus.

DE METEORIS IGNITIS.

Caput IIII.

PRIMO: Tametsi Plinius & Seneca alijs nonnulli numerent plures formas impressionum ignitarum, tamen nos contenti erimus his quæ Aristot: les recenset præcipue undecim. Vocant autem Arabes meteora ignita Assub, hoc est, inflammations. Quarū priores sunt ascendentēs quinq; dantes. Generatæ de exhalatione inflammata in sublimem & supremam regionem aëris ascendentē, his nominibus. Prima: Ignis perpendicularis. Secunda: Lan-

cea ardens, quam & bolidem, & trabem uocant.
 Tertia: Candela accensa. Quarta: scintillæ uolantes. Quinta: Capre saltantes. Relique uero sunt Af Assub descendentes, generatae de exhalatione quidem scandentes calida & sicca, inflammata in sublimi, sed quā frigides. gus mediæ regionis aërie ut debiliorem ascendere non permittit, sed deorsum repellit, descendereq; cogit. Et sic uocantur. Sexta: Aegle. Septima: Stella cadens. Octaua: Lumen præcedens & sequens, Gra ci πολυδένεια. Nostri Castorem & Pollucem uocant. Nona: Candela accendens aliam candelam uel faces. Decima: Draco uolans. Undecima: Assub, id est, inflammatio apparet aliquando & disparens. Histamen addi possunt Stellæ subite, & Chasma, atq; aliæ ignitæ impressiones à Plinio memoratae. Habent autem hæ nomina sua à similitudine rerum, quarum effigiem & formam repræsentant. Tamet; si materia sint eadem, formis autem, nominibusq; multitudine paucitateq; materiae, ac fumorum, & incensione, inter se differunt.

SECUNDUO: Qui iam probe tenuerit causas efficientes, & materiam meteororum, facile inde re liqua assequetur. In specie igitur, Exhalatio uirtute caloreq; Solis & aliorum astrorum euocatur, & sursum attrahitur ex terra tepefacta in calefactaque Solibus, cum uero illa exhalatio plurimum fuerit calida, euolat supra nubes, perniciitateq; suam Medium aëris regionem penetrans emicat in supremam, que

T 2 dicitur

C O M M E N T . P H Y S .

dicitur æstus uel ὑπέρηψις. Quod si eadem exhalatio inæqualiter sit crassa & subtilis, partes quidem eius terrestres & crassiores in imo sedilatant, & tanquam grauia subsidunt, tenuiores uero in a-

Ignis perpendicularis. cutum feruntur. Sic itaq; ad formam columne pyramidalis, Basim maiorem habentis figurata exhalatio hæc, ab æstuq; supremæ regionis accensa, representat speciem perpendiculi instrumenti fabrilis, uel columnæ pyramidalis, unde & ignis perpendicularis uocatur, à tali figura. Sin uero exhalatio æqualiter subtilis & crassa est, ita ut crassior pars non subsidat in imo, incensa ea reddit figuram lanceæ ardantis, qualem Plinius uel trabem, uel bolida, hoc est, iaculum uel sagittam ardente uocat. Qualem Virg. in 5. significat dicens.

Namq; uolans liquidis in nubibus arsit arundo. Signauitq; uiam flammis, tenuesq; recessit, Consumpta in uentos &c.

Candela ardens. T E R T I O : Exhalatio æqualiter subtilis, & que ex æquo posset extendi & dilatari cōtinue superiore parte accensa, refert figuram candele ardantis.

Lampas. Verum exhalatio æqualiter subtilis, que non ex æquo extendi queat incensa, præse fert figuram lampadis, quam isti generali nomine Assub ascendens uocant. Sin uero sit discōtinua exhalatio, & dispersa, atq; rara, ut non semel omnes partes accendantur, fiunt stipulae ardentes, & periude ac si è fornace euolent scintillæ. Quarū & Plin. in 2. cap. 35. &

Stipulae ardentes. iii

in cap. 36. meminit. Vbi hoc meteoron appellat dis-
cursum stellarum. Arist. autem uolantes stellas. De
quibus Virg. in 5.

Ceū sēpē refixa.

Transcurrunt, crinemq; uolantia sidera ducunt.

Cœlo &c.

Atq; haec impressiones dictæ ut plurimū in supra-
ma Locus di-
regione aëris apparent, tametsi & in inferioribus cōtorū me-
euēnire queant. Neq; uero putare debemus, quasi teor.
istorum atq; aliorum meteororum figuræ atq; cor-
pora nō sint maiora multo, quam nostris oculis cer-
nuntur, quin sunt ingentes corporum moles, ualde
amplum spaciū in aëre occupantes. Quamuis pro-
pter longinquitatem nobis minora ista uideantur.

Q V A R T O: Quod si exhalatio sit nō impen-
se sed mediocriter calida, nequit penetrare & supe-
rare medium regionem aëris. Sed ab huius frigore
depellitur, atq; uel per cōficationem sui ipsius, uel
per antiperistasis extremitati frigoris & calidi sui in-
cenditur in media regione, uel circa medium, uel
etiam in infima, ex qua incensione alia apparent me-
teora. Hinc sunt caprae saltantes, hoc est, duæ faces Caprae sal-
tantes, de exhalatione diuisa in duas partes, quas tantes.

Aristo. òryāc uocat, id est, capras. Hinc est rursum Candela al-
candela uel lampas alteram accendens, oblongo teram ac-
tractu continue delata. Item ignis fatuus, id est, non cendens,
adurens quidem, sed præcedens & sequens aliquem Ignis fatua-
in aëre diutius perdurans, quale meteoron Plinius us.

C O M M E N T . P H Y S .

Castor & Pollux. in 2. cap. 37. Castorem & Pollucem, Græci πολυδένεα nominant. Quod ambulantes noctu præcipue uel equitantes aut nauigantes sæpe præcedere aut sequi uidetur, non sine horrore aliquo. Talis est ferè etiam ignis lambens crines & pilos animantium, aut uestes quoq; ut apud Liuum in 1. ab urbe cond. De Seruio Tullio puer. Et in 2. Aeneid. de Ascanio Poëta scribit.

Ecce leuis summo de uertice uifus Iuli
Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli,
Lambere flamma comas, & circumtempora pasci.

vbi huiusmodi me teor acre brius ap pareant, & quare. Atq; huiusmodi ignes innoxij crebrius apparent supraloca humida, & fumosa, atq; palustria, ut in Cœmeterijs, Coruis, Coquinis, Conuallibus. Nam illic est plus uifcosæ pinguedinis, unde surgit exhalatio densior quidem, sed minus calida, quam ut insuperam regionem aëris feratur. Exhalatio autem mediocriter calida, non bene compacta neq; densa ueruntamen in longum continuata, & accensa, decidit depulsa deorsum à frigore mediæ regionis uel nubis ocurrentis, repræsentans figuram Stellæ cadentis, longo tractu, & quandoq; durabilior post se relinquit imaginem stellæ angulose, & scintillantis in nostris oculis, quoad penitus absumatur. Estq; hæc Stella, cadens recta deorsum, aut aliquando uolans indirecte ad latus, non in cœlo, ut quidam existimāt, sed infra nubes in regione aëris infima. Neq; enim fidera fumis & humoribus pasci credendū est.

Stella ca dens. Atq;

Atq;

Atq; accidit hæc impressio crebrius in autumno, et
Vere, sicut & aliæ ignitæ. Est etiā Draco uolans si= Draco no-
guratalis, de exhalatione magna, & inæquali, in= lans.
ter nubes duas, alteram calidam, & alteram frigi= Fumus un=
dam incensa, cuius pars media incuruata ad nubis de excite=
calidæ tractū & crassior uentris formam, due au= tur.
tem extremæ capitis caudæq; figuram referunt. Fu= mat autem ille Draco propter alteram nubem fri= gido excitare fumum, ut in uiridi ligno ardente pa= Assub ap=
tet. Ultimo est quod Assub apparenſ & diſparens alternis nominant, de exhalatione tenui nubibus parenſ &
occultata, partim uero rurſum apparenſ depulſa diſparens.
nube. Atq; hæ undecim impressiones ignitæ à Peri= pateticis post Aristotelem recensentur.

Q VINTO: His tamen adderelicit alias quoq; impressiones, & ſpectra meteorica, qualia plura nō in regionibus tantū aeris ſpectantur, uerum etiam in uentre, & meatibus terræ, ut experiuntur illi qui in argenti ſodinis aut in alijs ſodinis operantur. Quorum & Plinius, & Aristoteles, alijq; meminerunt. Vnde rurſum apparent aliæ Ardentæ ſtipulae. Scintillæ. Faces, Lampades, & ſimilia. Quæ ab Aristotele in genere appellantur ἀγλα, id est, lumina uel illuminationes, & ſpectraluminosa, de exhalatione incensa intra uel etiam longe infra nubes, per conſtrictionem ſui, & quaſi collisionē, ſicut ex duobus ſilicibus collifit ignis elicitur, uel per antiperi-

C O M M E N T . P H Y S .

Xασμα. statim frigoris in media regione, quod intendit aq; adeo incendit calidā & siccā exhalationem, quā etiam sēpissime solus calor solaris, aut alterius fide-
ris accedit. Sic etiam **Xασμα** uocant hiatum aut uoraginem, quando repentinō lumine exhalationis magnæ incensæ sub nubibus, quasi aperitur cœlum, uoraginemq; terribilē facit. Quale chasma appa-
Chasma ruit hic Vitenbergæ, nono die Ianuarij intra horam
Vitenber- gæ uisum.
Dolium.
Fax lata.

Quod si chasma sit aliquanto mi-
nus tum reddit figurā dolij, quam alij πιδίοp, Ari-
stoteles πιδίοp uocat. Apparet etiam aliquando lataquædam fax, & lucide ardens decidere de cœ-
lo. Ut proxima æstate post arcem, cum spectaretur etiam cometa. Verum cum harum atq; aliarum im-
pressionum ignitarū sit plane eadem efficiens cau-
sa, & materialis, quæ superiorum, Relinquimus ista experientiæ, & aliorum librorum lectioni, ut apud Plinium. Senecam, Aristotelem, Albertum.

Finalis
causa
meteoro-
rū igni-
torum

SE X T O : Finalis causa huiusmodi ignitorum meteororū est incensionem facere, & lumen emit-
tere, atq; ardere, quo ad exhalatio sua eleuata igni absumatur pleraq; & euanscat, sicq; aër à fumis purgetur, liquidiorq; fiat. Deinde horum est signifi-
care & portendere tempestates uentorum, pluuiarum, tonitruum. Siquidem crebræ impressiones si-
gnificant multum exhalabilis materiæ occlusum

esse

esse in caverne terræ, unde facile coniectare licet adhuc multis fumis reliquis, superesse quoq; materiam tempestatum, & uentorū. Quare etiam morbos & sterilitates motusq; portendunt ignitæ imprecisiones. Quia pro habitu tempestatum ferè afficiuntur animantium atq; crescentium è terra corpora, & pro affectione corporum perturbantur quoq; animi plerunq;. Cæterum exhalabilem istam materiam atq; in qualibet regione aëris incensam absumi pleranq; oportere, Physica ratio & experientia docent. Quia proprium ignis est absumere sicca, præsertim calida, & terrestria. Tametsique Meteoredam meteora sint alijs durabiliora, uel magis caducrum diuerca & fragiliora, secundum quantitatem materiæ, sitas. & uim ignis exurentis eam. Hæc de meteoris ignitis, deinceps uero de aquosis loquemur.

DE METEORIS AQUOSIS.

Caput V.

PRIMO: Non sicut exhalatio est inflammabilis, sic & uapor. Qui cum sit humidus & Vapor. aqueus, inflammari non potest, neq; supra medium aëris regionē ferri, & emicare in supremam, propter humiditatem, & grauitatem aquosam. Cum itaq; Meteora ignita nascantur in tribus regionibus aëris aquosa nulla fiunt in Suprema. Sed tantum Locus in Media, in Infima, & in uentre terræ. Horū ergo meteor. materia est uapor calidus, humidus, & aqueus, uel aquos.

T 5 conge=

C O M M E N T . P H Y S .

Materia meteor. congelatus in glaciem , aliudue duriusculum ac solidum corpus , uel liquefactus in aquam . Et sunt A= quosæ impressiones hæ ferè decem . Prima : Nubes . Secunda : Nubecula . Tertia : Nebula . Quarta : Plu= uia . Quinta : Ros . Sexta : Manna . Septima : Pruina . Octaua : Nix . Nona : Grando . Decima : Granula . Qui bus etiam Fontes , Thermæ , Flumina , & mare cum sua Salsedine atq; Aestu uel Reciprocatione propter affinitatem accensentur , ut infra eodem cap . 6 . & 7 . Hæc ergo fiunt ut dixi in Media aut Infima regione aëris , ex uapore aqueo conuerso , uel con= Conuerte = stricto . Conuertere autem uaporem est ipsum ele= re uaporē uatum condensare , & deinde rursum in aquam re= quid . soluere , & liquefacere . Constringere uero uapo= Constrin= rem est ipsum congelare & condensari , Quorum gere uapo utrumq; sit per frigus Mediæ uel Imæ regionis aë= rem quid . riæ , prout enim magis minusq; calidi sunt uapores , ita altius aut humilius eleuantur sursum à solis ca= lone , aliorumq; astrorum . Sicut uidemus palam in sole bibente & attrahente aquam . Tametsi reuera etiam iste calor superiorum corporum adiuuat re= solutionem , & liquefactionem uaporis , ut cernimus in glacie nostra , que à frigore congelata resol= uitur calore solis , aut uentorum .

Nubes SEC V N D O : Nubes est uapor à mediæ regio= nis aëriæ , in qua eleuatus pendet , extremo frigore **quid.** constrictus , & quasi congelatus . Sicut stillas , & sti= rias congelatas uidemus à tectis dependere . Quod autem

autem nubes in sublimi huc atq; illuc feruntur, & Nubium agitantur, non suapte natura id faciunt, Sed partim motus un- calore solis ad se se attrahentis, partim agitatione de- uentorum huc & illuc pellentium id accedit, ut uide mus oculis nostris. Quin & calor solis suffedit, & Nubes cur coercet in sublimi nubes, ne semel decidat, neue ca= non deci- taractæ rumpantur, quod tamē accedit aliquando, dant. sed ualde raro, ut cataractæ decidat resolutæ ac ru- pta. Nubecula est parua nubes apparens sæpe, cre- Nubeculas- scens in ingentem magnitudinem uaporibus adau- quid. etis, unde & uulgo dicitur à parua nubecula oriri sæpe magnam tempestatem. Nebula est quasisteri= Nebula lis quædam nubes, id est sine pluvia, sicut caligo ap= quid. parere solet post pluuias, uel post uidum & humidum noctis uel diei, serenitatis plerunq; prognosticon, præcipue si subsidat resoluta & liquefacta, & ne- bula superest ex uapore isto residuo, qui non potuit eleuari satis in altum uel condensari in nubem.

TER TIO: Pluuiia est nubes liquefacta, & re= Pluuiia soluta in aquam destillantē guttatum, hoc est, Plu= quid. uia est uapor calidus fumosus, & crassus, eleuatus de corporibus humidis, per calorem solis, & alio- rum astrorum, usq; ad medianam regionem aëris à cuius regionis frigore ibi condensatur, & conuer- titur in nubem, que nubes rursum liquefit resoluta in aquam decidentem in terras, ad salutem animan- tium & crescentium. Hæc pluuiia si cum impetu co- piösior decidit, tum uocatur imber. Quod autem Imber.

guttae

C O M M E N T . P H Y S .

Guttarum guttæ plerūq; sunt minores, & quandoq; maiores,
diuersitas ut que etiā lucente sole crassiores decidunt, genera-
tæ in inferiore parte aëris, illud utrumq; accidit ex
diuersitate materiæ, modo subtilioris, modo crassi-
Saporis & ris. Quod uero aqua pluviæ aliquando est dulcis, &
Coloris di limpidior, id habet ab aërio humido i mixto, Quod
uersitas in autē aliquando est amerior & rubei coloris, id ha-
aqua plu- bet à terreo sicco, & adustosibi admixto. Nam ut
uie unde. exhalatio sæpe attrahit secū in sublime ducta uapo-
rem aqueum, sicutiam sæpius uapor in sublime elat-
tus attrahit secum exhalationem terrestrem & fia-
cam, aut etiam uiscosam, id est, præpinguem. Sic n.
sæpiissime fumi aquei, & terrestres commiscentur
Pluviæ mi eleuati, ut infra eodem cap. 8. Cæterum apud histo-
raculosæ. ricos, & Chronicos legimus sæpe pluuisse ranis, uer-
mibus, lana, carne, sanguine, lacte, lapidibus, fer-
ro, lateribus. Et huiusmodi quidem rerū crediderim
ego non posse inexpugnabilem causam naturalem
affignari, sed eas fatales & miraculosas esse reue-
Animaliū ra. Tamen de ranis & uermibus dici potest, uisco-
aliarumq; sam exhalationem una cum uapore aquo eleuari,
rerum cū & ex utroq; per temperamentum caloris & frigo-
pluvia de- ris sic nasci in aëre istiusmodi bestiolas, quæ cum
cidentium aqua pluvia decidunt. Sicut etiam in terra sponte
generatio. suamures, ranæ, uermesq; ex terra lutoue tepefa-
cto generantur, & semiperfcta conficiuntur: Sic
quog; & carnem in aëre nasci ex uisco sumo ter-
restriq; materia, quæ & ibidem in lapides, in late-
res, in

res, in ferrū, aut simile quid indurescere potest, que
 deinde ex aëre cum aqua pluuiā decidant. Sic etiam Pluuiæ san-
 intensissimus calor Solis ex uberibus pecudum lac, guineæ &
 & ex corporibus animantium uel de locis cruentat lacteæ cau-
 tissanguinem extrahere, atq; sic cū uaporibus at= sa.
 tollere potest, ut illud lac uel sanguis rursum cum
 pluuiā aqua in terras cadat, uel potius idem calor
 Solis uaporem aqueum sic percoquere potest, ut uel
 sanguinis uel lactis cruorem induat. Sicut uidemus
 in febricitantibus ac phreneticis urinam nimio ca-
 lone rubere, & sanguinis colorem referre. Sicut &
 lixiuum rubescit per cineres colatum aliquoties.
 Similis ratio est de lacte, cum uideamus in male di-
 gerentibus urinam quodammodo albescere, & in-
 star lactis quasi coagulari. Lanuginem uero una cū Lanuginis
 uaporibus & fumis Sol ab arboribus, ut à Salicibus, generatio.
 à Malis, alijsq; plantis sursum attrahit, que una cū
 aqua pluuiā instar lanæ congregata decidit inter-
 ras. Atq; hæc de pluuiis satis.

Q V A R T O: Ros est uapor cum terrestri mo Ros quid.
 dico condensatus in infima regione aëris, qui mox
 resoluitur in aquam cum decidit. Non præcedit au-
 tem nubes rorem, aut pruinam, sic pluuiam aut ni-
 uem, quia sereno ferè illa duo cadunt. Manna speci= Manna
 es quedam roris melliti, est præpinguis & uiscosus quid.
 uapor, ex cōmixtione aquæ, terræ, & aëris, cadens
 super plantas instar zaccari, aut farine molitoriae, cur anima
 prædulcis, quo gustato moriuntur animantia, eò libus &
 quod

C O M M E N T . P H Y S .

plantis mā quod audiū illo deuorato epar opilatur & obstrui
nasit exi- tur, inde etiam plantæ inarescūt, eò quod uermiculi
tialis. noxijs nascantur ex illo humore, qui etiā calore So-
Pruina lis desiccatus, cōtrahit plantas ut marcescant. Pru-
quid. na est uapor congelatus à frigidore uento borea,
alioue, in locis frigidis infime regionis aëriæ, sicut
uidemus halitum ex ore animaliū in hyeme conge-
lascere, & à barba pilisq; aut uestibus dependere,
Roris & uel etiam ab arborū ramis. Differt ergo Ros à Pru-
Pruine difina. Nam ille citius imò mox resoluitur in aquam
fridentia. plantis terræ superincidentis. Pruina autē conge-
lascens diutius perdurat, quoad etiam liquefiat.

Nix quid. Q VINTO: Nix est uapor paulo infra medium
regionem aëris à frigore resolutus & mox inde ad
instar lanæ carminatæ molliter conglobatus, & cō-
Nix cur gelatus. Cedit autē nix non sēpe in æstate, propter
non cadat calorem, qui à radijs solaribus tum proprius nos re-
in æstate. flexis maior est, quam ut congelare queat uaporem
in lanam, sicut in uaporario non cōgelascit halitus,
uel sudor de corpore animalis, sed in frigido demū
Vapor ni- loco temporeq;. Est autē uapor niuis longe rarer
uis & grā & calidior, quam grandinis, ideo & pallidus luci-
dinus quid dusq; est, aliquando perpetuum octiduum diutiusue
differ. consistens in aëre antequam liquefiat, ac cōstringa-
Cur inter- tur. Sēpe etiam nix decidens resoluitur in aquā sta-
dū in mon tim, à tempore infimæ regionis, priusquam terram
tib. ningat pertingat, ut eodem momento temporis super mon
in planis tes ningere, in planis uero terris pluere uideamus.
uero pluat.

SE XTO

SEXTO: Grando est uapor calidus, quem cirsus Grandis custans frigus mediæ regionis, propter eius raritatem quidem penetrabile, condensat in nubē, quæ nubes mox resoluta guttatum decidens, per antiperistasis constringitur in glaciem, à frigore penetrante, et à calore infimæ regionis, ut ita rotunda uel angulosa fragmina glaciei decidant, Sic ergo primum in media regione oritur grandinosa nubes, quæ liquefacta figura etiam guttas demum congelatur in infima, ut glacies Grandis loci fragmenta globisq; fiant. Quod autem simul etius ampliuia decidit, aut grando iam citius iam tardius. Quare cum usque sit in terra, id ex materia ipsius soliditate pluua debeat aut fragilitate accedit. Oritur autem grando sibi cedit granus in Vero, et Autumno ac Aestate, in Hyeme uero. raro, eò quod nulla est antiperistasis sub Quando hyemem, quando infima regio etiam est frigida, si generetur et superior. Quod uero ante uel sub casum grandi sepius et nis, uel alia quoque tempestate magni aliquando so- nitus in aere audiuntur, et terribiles, illudeuenit pro Sonitus in pter pugnam exhalationum calidarum et sicca- rū, quæ saepe inclusæ uaporibus et nubibus, erumpere nitentes murmur et fragorem adeo edunt, unde aliquando strepitus quasi armorum aut armatorum hominū in sublimi supernè audiuntur, excitate ex collisione et pugna humorū contrariorum in nubibus, quorum alijs sunt calidi et siccii, alijs uero humidi, uelut ex olla quoque feruescente liquore stridores quidam excitantur. Species uero bestiolarum

¶

C O M M E N T . P H Y S .

Quare ani & animantium, uel aliorum corporum apparentes malia in= quandoq; in grandinis glacie, sunt uel impressæ à terdū aut uirtute cœlesti, uel etiam tales imaginatione homi= aliæ res in nis cōceptæ, sicut aliquis pruinam uel nubem quoq; grandine otiose inspiciens, uarias in ea figuræ animalium & reperian= corporum sibi fingit, imaginatur, & somniat. Gra= tur. nula uocant globulos istos extrinsecus frigore cō= Granula gelatos, intrinsecus, uero instar niuis molliores. quid. Huius quidem impressionis eadem est plane mate= ria, nisi quod frigus non adeo intensum fuit, ut istis

Vapor globulis afferret glaciem iusta magnitudine. Est er= grandinis go vapor grandinis ualde calidus & rarus, ideoq; qualis. etiam fortius congelascit à frigore mediæ regionis. **Aqua cali** sibi inclusa, & à calore insimæ circumstanti per an= da citius tiperifastin, sicut etiam aqua tepida uel calida mul= cōgelascit to citius & fortius congelascit quam frigida. Atq; quam fri= gida. hæc de meteoris aquosis generatis in medio insimog; aëris interstitio, inde de aquosis in uentre terra na= scientibus sequitur.

D E F O N T I B V S T H E R M I S
& fluminibus. Caput VI.

PRIMO: Non consentiunt plane sacrae literæ Ortus fon= cum physicis de ortu fontium ac fluminū, qua= tiū & flu= ex mari per uarios alueos meatusq; fluere ac ad su= minū secū= os fontes refluere Ecclesiastes cap. i. testatur, dicens. dū sacras Omnia flumina intrant in mare, & mare nō redun= literas. dat, ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum

iterum fluant. Ceterum Physici materiam istorum Materia dicunt esse pariter uaporem resolutum in aquam fontium & liquefactum à frigore & calore simul intrater= fluminum ram, sicut nubes, nix, pluia, grando, in aëre na= secundum scuntur ex uapore condensato, & liquefacto rur= phys- sum. Namut experientia docet exhalationes con= Simile. densari propter uiscositatem quandam, sicut in ca= mino uel in fumibulo; & in foco, ubi fumus è foco aut fornace pinguior fumans, tandem instar picis induratur: Sic & uaporem condensari & resolui apparet, si quis aspirat & afflat suo halitu (qui pla= ne est uapor ex pulmone animalis exhalans) fer= rum aut saxum uel simile quid durū & solidum sub gelu, tum halitus ille condensatur instar pruinæ. In tepido autem liquescit & rorat idem halitus, quod experiri licet in laminacultri, gladijue inhalata & afflata in uaporario.

SEC V N D O: Fontes ergo originem fluminum Fontium sic nasci non physicitantum dicūt, uerum & expe= generatio rientia ipsa docet, sicut corpus hominis extrinsecus nis modus. alioqui solidum, tamen habet intrinsecus suas arte= rias, receptacula, meatusq; spiritum, & uenas quasi alueos sanguinis, & poros, item rimas quasi, quibus spiritus humoresq; penetrant extra & intra, sic eti= am terra ipsa quamvis solida, tamen intrase habet suos meatus, cauernas, foramina, & fossas adeo, tanquam arterias & uenas, quibus recipit aërem & uapores & exhalationes quasi spiritum & aquam

T &

C O M M E N T . P H Y S .

Et humores quasi sanguinem, atq; hæc intrase con-
tinet passim irrigua et humectata. Itaq; vapor im-
clusus intra uenas atq; meatus terre, primū à frigo-
re condensatur, et quasi congelatur. Deinde con-
uertitur atq; resoluitur idem liquefactus in guttas
a quarum quæ guttae paulatim instar sudoris distil-
lantes in ijsdem uenis, et demum ad modū riuulo-
rum collectæ, ex uarijs uenis stillantibus et sudan-
tibus in imum terræ, tandem aperto aliquo loco de-
sidentes erūpunt, et scaturiginē fontemq; efficiunt.

T E R T I O : Longinquitas aliquando multa est
à loco destillationis guttarum ad scaturiginem aut
fontem. Altior item est ille locus ubi resoluuntur ua-
pores in guttas, quam scaturigenes unde emanant.

Fontes cur
in montiū
summita-
tibus inter
dum.

Quod uero aliquādo uidetur in iugo aut uertice ali-
cuius montis scaturire fons, aut palus esse, illud acci-
dit inde quod illic terra porosa intrinsecus ad sum-
mum caueras habet penetrabiles usq; ad iugū aut
uerticem, in quas cum aër ut pote leuis nolit descen-
dere, uice cius, ne admittatur uacuū, cogitur aqua
ascendere, caueramq; aut uenam supratendentē
implere, ut in iugo aut uertice demum erumpat ex
suofonte. Quod idem ars quoq; Architectonem fa-
bricantiū puteos aut fontes suis canalibus fistulisq;
imitatur, ut quandoq; illi ex humili conuale aquam
adducant, et sursum trahant in aliquam monti im-

Diversita-
tis fontium tens gutti istis solida aut porosa est extrinsecus. Sic
fontes

fontes & fluuij quoq; sunt aut perennes aut tempo= atq; flumia
 ranei, sic item sunt uel largi uel rari & tenues, plus nū causa.
 enim uaporum liquefactilium retinet intra se ter= Locafon=
 ra externe consolidata, quam porosa. Nam uapor
 alioqui exit per poros supra terram antequam in
 guttas resoluatur. Proinde in montibus & conual= libus utpote in solidioribus nascuntur plures lar= tibus gene
 gioresq; fontes ac fluuij, quam in plano, arenosoue randis a= loco, ut patet de Thessalia, de Italia, de Germania, ptiora.
 Scythia, alijsq; montosis regionibus. In hyeme aut Flumina
 & uere augentur etiam flumina, ab aquis nubium quare au= nualibus aut pluuialibus, unde fiunt etiam sed raro geantur in
 diluia aquarum, quale Ouid. in 1. Metamor. descri hyeme &
 bit. Pluuiia ergo adiuuat quidem fluminum quanti= uere.
 tatem, sed generationem eorum non efficit. Aloqui Quare in= uero suapte natura sub hyemem siccum & gelidam terdū flu= decrescunt & fontes & fluuij, eo quod tum minor mina de= est ante peristasis, frigore grassante extra, & calo= crescāt in
 re iuxta ac frigore intra terram, qui calor nō con= hyeme.
 densat uapores, neq; satis potest liquefacere, ut ista
 largius fluant.

QVARTO: Flumen est aqua multa & peren Flumen
 nis, in unum alueum ex multis fontibus ac riuis col= quid.
 lecta, fluens in aliud flumen aut in mare demum, iu=
 xta illud. Qui nescit uiam ad mare, sibi querat am= nem comitem. Riuis autē est plane paruum fluen= Riuis
 tum aut fluuiolus perennis, natura uel arte colle= quid.
 tus. Torrens est fluentum nō perenne, quod aestate Torrens

C O M M E N T . P H Y S .

Palus
quid.

exiccati solitu*m* augetur niuibus, aut imbribus tan-
tum. Palus est aqua collecta in longum latumq; al-
ueum, quae habet aut suas scaturigines, aut riuos &
flumina, que in se recipiēs rursum emittit ipsa, alio
qui intra suum alueum consistens. Talis est Lacus
Comensis, Brigantinus quem efficit Rhenus. Talis
est Palus Maeotica, & Mare Hyrcanum. Verum
nomina aliquot fontium, fluiorum, lacuum, & sta-
gnorum uide apud Bocatiū in opusculo huic rei in-
scripto. Item apud Cosmographos. Estq; plane flu-
men fontium ac riuorum concursus in unum alue-
um, perennis. Quod uero fontes quidam & fluij,
na & fon= Item, maria legūtur aut omnino defecta, aut absor-
tes nōnun= pta, aut recenter enata, aut loco alueoq; mutata, ut
q; absorbe= etiam Plinius in 2. cap. 85. & cap. 88. meminit. Hu-
antur, defi ius rei causam Aristoteles quoq; negat solidā posse
ciant, aut dari. Tametsi Albertus in libro de elementis cone-
recenter tur rationibus pugnare. Sic pariter nequit certa ra-
enascātur. tio causaq; assignari, cur tot tantæq; & incredibiles
Virtutes sint uirtutes adeoq; miracula fontium, riuorū, flu-
ac miracu minum & aquarum, qualia Plinius in 2. ca. 103. re-
la fontiū. censem. Quare nos ista remittimus naturæ occultæ
Vina unde & fato. Tametsi istas uirtutes accipiunt aquæ à ue-
peculiarē nisterræ, uel etiam ab alueis unde emanant & flu-
saporē ac= unt. Sicut & uiae & uinum quandoq; recipiunt pe-
quirant in culiarē uim aut saporem à solo uineæ unde crescūt.
terāum. Q VINTO: Thermarū hoc est calidorum fon-
tium aut riuorū ratio licet magis ad metallaria per
tineat

tineat, tamē hic obiter animaduertere hoc cōuenit,
 Thermae ideo calere quod scaturiant & emanent Thermae
 ex uenis terrae sulphureis, uel proxime quas sint a= rū calor,
 lie uene sulphureæ, aut aluminosæ, & quod ammo= sapor, co=
 do ardentes, unde suum calorem & saporem, colo= lor, & uir
 remq; & uirtutes quoq; mirabiles accipiunt ipse tutes unde.
 thermæ, quibus profint aut obsint corporibus, pro
 eorum complexione. Tales sunt salubres thermæ ad
 fontes Rheni, & sub Rheno Badenses, aliæq; innu=
 merae. Quod deniq; fontes & interdū flumina quoq; Fontes &
 sub hyemem calent, & estate uero frigent, in promptu flumina in
 causa est. Nam in hyeme per frigus circumstans ex= hyeme cali
 trinsecus pori terræ cōstringuntur & clauduntur, da in & sta=
 ut exhalationes calidæ haud facile exeant, que sic te uero fri
 in uentre terræ reclusæ calefaciunt in uenis, & ua= gida qua=
 pores resolutos in guttas, & distillantem emanant= re.
 temq; aquam, sicut in cellis uinarijs sub hyemem fri=
 gus externū coercet calorem intra cellas subterra=
 neas, & estate uero calor circumstans poros terræ ex=
 trinsecus, & eos penetrare uolens, pugnam ciet cū
 frigore interno, sicq; per antiperistasis frigus quoq;
 gutterum & aquarum ex uenis emanantium inten=
 ditur. Porrò salubrior ac melior est aqua quo leui= Que aqua
 or ac purior, non stagnans, sed perenni cursu super salubrior
 luto puriore ac solidiore alueo ad orientem proflu= & melior.
 ens.

DE MARI ET EIVS SALSE=
 dine æstuq;. Caput VII.

C O M M E N T . P H Y S .

Mare
quid.

Locus ma=

Mare an
elementū
aque.

Mare quo=
modo gene
retur &
corrum=
patur.

Maris sub
stantia non
mutatur.

Mare cur
non excre
scat supra
littora sua

PRIMO : Mare est omnium aquarum cōmūnū receptaculum, ipsum non fluxile, sed intra alueum suum se continens . Estq; locus maris plane naturalis locus elementi aquæ , quo fluunt deum omnes fontes, riui, ac flumina . Nec tamē mare ipsum est aquæ elementum, sed tale quid cui est immixtum elementum aquæ , ibidem præualens . Sicut autem elementa secundum se tota non generantur , neq; corruptuntur , sed tantum partibus suis , ut supra in secundo , cap . 15 . Sic et mare (nempe non medio- cris pars mundi huius) secundum se totum non ge- neratur , neq; corruptitur , sed tantū partibus suis . Nam aquæ marinæ aliquod amphoræ coqui possunt , et conuerti in usum hominis et medicamina . Item resolui potest multum aquæ marinæ in uapores , unde fiunt meteora aquosa .

S E C V N D O : Loci mutatio , quod mare parti- culare aliquando suum alueum mutat , uel aliorum auertit , tam non mutat substantiā maris , quam mo- tus Cœli diurnus aut proprius non mutat substantiā

Cœli . Est autem hic locus mari proprius à quo non effluit , et tametsi momentis singulis tot aquarum colluuiie augeatur , tamen non excrescit supra litto-

ra , terminosq; suos , neq; exundat , duabus de causis .
1 Prima , quia Solis et superiorū corporum calor quo-

tidie et singulis adeo momentis propter latitudinē maris plurimum ex eo uaporum extrahit , et sur- sum eleuat , qua evaporatione imminuitur tanta

aquarum

aquarum moles . Sicut euaporatione imminuitur aqua in ollam posita prope ignem . Vnde coniectari potest , quanta moles uaporum ac exhalationū sursum in aërem ascendant quotidie , quorū etiam plurimos calor Solis adurens prorsus absunit . Secunda causa est , quia flumina ad locum unde exēt quotidie , reuertuntur ē mari per alios meatus uenasq; teretiae , ideo mare tametsi auctum nō exundat , ut supra cap. proximo est dictum . Quæ sententia Platonis quoq; est , tametsi eā Aristoteles calumniose improbat . Et prior quidem causa occasionem dat cur flumina modosint maiora , et tumidiora , modo minora magisq; tenuia . Nam euaporationes ille protem maiora porū qualitate sunt inæquales . Item aquosq; impressiones liquefcentes inæqualem faciunt fluuiorū et norā . aquarum magnitudinem , quod experientia probat .

TERTIO : Quare salsum et amarū sit mare , Mare cur atq; ideo appelletur latinis Salum , nō obscura cau- salsum et sa hec est . quod calor Solis sursum extrahit plerūq; amarum . id quod in aqua dulce est . (Dulciora . n. sunt leuiora , utpote subtiliora magisq; aëria .) sed grauior Dulcia aqua subsedit in mari , cui permixta exhalationes leuiora terrestres siccæ atq; adustæ aquam marinam quasi quare . inquinatam et colatā insciunt , atq; salam uel amarum reddunt , potuq; minime aptam . Sic calor Solis superiorumq; marinam aquā et exhalationes istius modi mixtum percoquit , et asurit , unde prouenit ista maris falsedo et amaritudo . Sicuti uidemus

C O M M E N T . P H Y S .

Lixiuium. aquam riualem & fluuialem, alioqui dulcem & pa-
ram, per cineres colatam fieri lixiuiū amarum &
salsum. Sic etiā in homine potus alijq; liquores, ta-
met si dulces, tamē à calore corporis interno adusti,
Vrina & & percocti fiunt amara aqua, id est, urina aut su-
sudor. 2 dor. Rursum Sol ipse ad sese attrahens à terra uel
mari exhalationes & uapores commixtos, in suba-
limi percoquit, & salsos reddit, unde pluvia & im-
pressions aquosæ salvi & adusti saporis, pleraq;
maris quoq; salsedinem augent, quod capacissimo
alueo suo plurimum aquæ meteoricæ superne deci-

Marina a= dentis capit. Tamen si coletur aqua marina per po-
qua quomo ros ualide angustos, tum dicitur esse minus salsa, &
do dulcis dulcis adeo, quod uase cereo uel cera obducto expe-
efficiatur. riuntur, quo aquam dulcem è mari hauriunt. Sic
Fluminum etiam flumina tametsi fluant è mari salso, tamen
aqua cur habent aquam non amaram, sed dulcem, neq; sal-
dulcis. sam, quia colata est ea & purificata ab exhalatio-
nibus istis, & salsedine, cum recurrit ad fontes suos
per poros terræ, & uenas, partim ampliores, par-
tim angustiores.

Maris re= Q V A R T O . De æstu maris longa est disputa-
ciprocatio apud Albert. in libro de Elementis & Plini. lib.
quid. 2. cap. 97. quod mare quibusdam in locis reciprocat
1. modo retro refugit, ut nudum siccumq; littus ali-
quod miliarum spacio relinquat, modo aut post ali-
quot horas redit, suaq; littora rursus implet. Quin
aliquando etiā in medio aut interiore alueo intume-
scit

scit altius sua sponte sine uento, ut naues secum ele= maris spe=
 uet excelse. Aliquando uero exæstuat quoq; & ex= cies.
 undat supra littus suum, ac deinde suo tempore se
 rursum intra alueū inq; littus suum se recipit. Bre= Causæ re=
 uiter autē huius æstus & reciprocationis causa ef= ciprocatio
 ficiens potissima est Luna cū suo motu. Nam perin= nis maris.
 de ut Sol cor mundi uires suas maxime ostentat in
 calidis, sic Luna uim suam in humidis exercet, quod
 patet, qui a resolut glaciæ & niues, humoresq; cor= porū dilatat, qui a humida laxant, ut sicca constrin= gunt. Hæc Luna ascendens super hemisphæriū ali= cuius regionis maritimæ, ex obliquo reicit suos ra= dios in mare, suoq; lumine, quod à Sole habet, cale= faciens, mari cōmixtas exhalationes disgregat &
 dilatat. Sicq; ab exhalationibus dilatatis ipsum ma= re augetur, & intumescit, cum erumpere uolūt ex= citatæ à Luna. Sic ergo à nouilunio usq; ad primam
 quartam mare intumescit, sed mediocriter. Inde ue= ro magis ac magis. In plenilunio aut maxime. Post
 de crescente & de feruescēte calore Lunæ, & ita
 deficiēte ut nequeat dilatare exhalationes, atq; ex= citare, residit ille maris æstus paulatim. In hunc etiā
 modū aliorum corporum uegetabilium uel animan= tium humores una cum Luna crescente augentur &
 dilatantur, cum decrescente uero imminuuntur, ut
 iudicant Medici. Quod uero non ex æquo tumescūt Maria cur
 & exæstuant maria aut decrescūt, nec etiam pari= non eodem
 bus temporibus, sunt aliæ causæ à stellis alijs, uel à omnia tē=

C O M M E N T . P H Y S .

pore &
modo re=
ciprocen^t. natura aquarum in alio atq; alio mari. Nam aliud
alio mari purius est aut impurius. Vnde quædam
quotidie bis statim tempore reciprocant, & hunc tu-
morem maris adiuuant ac protrudunt peculiariter
quoq; uapores & exhalationes intra mare, & sub
maris aqua, quæ crassior est quam illæ aquæ
delitescentes, atq; uenti incumbentes mari præcipue
ad fauces angustaq; littora, ut in fretis & euripis,
quale Liui. in 8. belli punici describit, quale fretum
scyllam & charybdim Virg. in tertio Aeneid. de-
pingit, quales syrtes apud Sallustium leguntur in
Iugurthino. Verum cū hæc breuiter nequeant per-
tractari, uide potius Albertum in loco citato, &
omnino commentarios, quia Aristoteles hæc bre-
uiissime attigit. Macrobius uero in 2. cap. 9. Somnij.
Quandam aliam & que eruditam rationem depin-
git, & facilem, quam illic uide.

Mare quo=
tuple.

Oceanum
unde dicat^s
tur.

Q VINTO: Mare uocatur aliud Vniuersale,
ut Oceanus, ambiens & perluens non tantū nostras
zonas ultra æquinoctiale, uerum & Antipodum
zonas ultra æquinoctiale, ut oculis subiicit Ma-
crobius in dicto loco. Et Oceanus nomen est à ueloci-
tate atq; agilitate, eò quod uehementi celeri^t motu
huc illucue agitetur continuo, partim suo æstu, par-
tim à uentis. Aliud autem mare dicitur particulare,
quod nomen suum sortitur plerunq; à finitima ter-
ra, ut est mare Congelatum, Balticum, Cymbricum,
Germanicum, Gallicum, Occidentale, Gaditanum,

Atlan-

Atlanticum, Libicum, Mediterraneum, Aegeum, Ionium, Ponticum, Persicum, Rubrum, & Indicū. Sunt præterea magis particularia. Verum illa maria, atq; hæc à Cosmographis inquire, qui etiam si nus recensent, hoc est, maria intra duas quasi sauces uel angustias terræ recedentia. Lege & Bocatium in libello de mari, ubi nomenclaturam facit omnium frè particularium. Nullibi uero mare profundius Maris pro esse dicitur, quadraginta stadijs circiter, quod tandem funditas, men forte intelligi debet de mensura perpendiculari ad instam terræ altitudinem.

DE METEORIS MEDIIS.

Caput VIII.

PRIMO: Hactenus quidē de ignitis aquosis q; meteoris quā potuimus breuiter nudeq; diximus, inde uero medium genus impressionum tractamus aliquanto difficiliorem Meteorologicæ partem, & tamen æque amoenam. Verū Meteora Media uocantur, non ea quæ solū ex uno simplici q; genere fumi, scilicet, Vel de exhalatione ut ignita suæ præca. 4. Vel ex uapore ut aquosa supra eodem ca. 5. nascuntur, eoq; absoluuntur. Sed Meteora Media uocantur bifariam. Primo cōposita ex utriusq; generis fumis mixtis, uel saltem concurrentibus alijs quibusdā, ut humido ad siccū uaporem, uel sicco ad siccū, uel humido ad humidum, ut infra videbitur. Atq; ad hoc primū genus mediorū accensentur hæ species meteorum

C O M M E N T . P H Y S .

mediorum impressiones mediæ. Prima: Ventus. Secunda: Auræ.
 primi genitrix. Tertia: Terræmotus cum Mephiti, & ha quæ nomine Tempestatis signantur infra eodem cap. 10. scilicet. Quarta: Coruscatio. Quinta: Fulgetrum. Sexta: Tonitru. Septima: Procella. Octaua: Turbo.

2 Nona: Fulmen. Decima: Fulminis lapis. Secundo, vocantur Media Meteora, & sere propriæ ea, que uel ex fumis, uel aliunde generantur, per reflexionem aut refractionem luminis solaris, uel per alterius cuiuspiam sideris illuminationē, cuiusmodi ap-

Species me pellare possemus impressiones coloratas, Hæ sunt, teororum Prima, Cometa. Secunda, Galaxia. Tertia, Colores secundi generis nubium, & nebularum. Quarta, Rubedo matutina, quæ & uesterpertina. Quinta obnubilatio Solis rubentis colorata uel pallentis. Sexta, Halo Solis. Septima, Halo Lunæ. Octaua, Iris à Sole. Nona, Iris à Luna. Decima, Parelia. Undecima, Paraselinæ. Duodecima, Perpendiculares lineæ. Decimatercia, Virgæ. Quamvis autem primi generis meteora priore loco ab Aristote. alijsq; tractentur, tamen nos oportuit certa de causa istum ordinem mutare. Hoc itaq; capite secundi generis describentur Impressiones mediæ, ut Cometa, Galaxia, &c. Verum in sequenti de Vents, Auris & Terræmotu. In decimo demum sua serie tempestatum species sequentur.

Cometa
quid.

SECUNDÖ: Cometa est exhalatio terrestris, crassa, calida & sicca, pinguis & uiscosa, partibus dense compactis, uirtute astrorum ex uisceribus ter-

re paulatim & particulatim eleuata in supremam regionem aëris, ubi proxime ignem propter materię suę dispositionem & multitudinem dilatatur, & incensa inflāmatur, atq; diffuso longoq; tractu mouetur circulariter ad motum astri sub quo nascitur, uel ad motum supremæ regionis aëriæ circularem. Hæc descriptio prolixæ quidem complectitur causas, & modū nascentis Cometæ satis perspicue.

Nam exhalationem terrestrem, & uiscosam Co-
metæ materiæ esse oportet, & ualde copiosam, alio Tempus
qui cito absumeretur à calore adurente. Atq; bre= Cometarū
uißimum temporis spacium est quo cernitur Come-
ta septem dierū, plerunq; uero quadraginta aut eò
plus apparet dies Cometa, quoad tota eius materia
ardendo sic consumatur, agitata etiā motu isto cir-
culari celerrimo. Tametsi Plinio teste uisi Cometæ
sint, quitamen immobiles fuerint loco. Cum autem
sint plurimæ figuræ cometarum, ut Plin. in 2. ca. 25.
recenset, tamen hæ tres uulgatissimæ sunt, nempe, Cometarū
Stella Comata, Caudata, & Barbata. Quod si exha species
latio est circularis, in medio dēsior, circa extrema tres.
uero rarior, tum refert speciem Comatae stellæ, un= Comata.
de etiam græcum nō est huic meteoro à Comis. Nam
tenuis circa extrema exhalatio refert tenuiorem
quoq; flammam & albicantem instar comæ.
Flaminiferumq; trahens spacioſo limite crimen,
Stella micans.

Cometa uero aut Sidus Caudatum apparet, cum ma Caudata.
teria

C O M M E N T . P H Y S .

teria densior una quidem parte, reliqua uero in lata
gum protensa rarior est. Si uero extrema eius ex-
halationis raria ac dispersa quasi sint, tum appar-
ret Sidus Barbatum. Reliqua de colore, de signifi-
catione, de motu Cometarum, ab Astrologis peti-
debent non à Physicis, & extant doctissimorum li-
bri de Cometa, & de eò qui proximo mense Augus-
tus anno 31. apparuit.

Galaxia. T E R T I O : Galaxia est exhalatio multa, puris-
quid. or, magisq; propinqua cœlo, à radijs multarū stella-
rum concurrentibus inflammata in suprema aëris
Galaxie tempus & regione. Apparet ergo Galaxia semper cœlo sere-
locus. no, circulus albus, & quasi lacteus, per pedes gemi-
norum & principium Sagittarij protensus extra
tropicos quidem. Nam alioqui exhalatio eleuata
intratropicos absumeretur à calore Solis adurēte,
in eò enim loco cœli sunt stellæ multæ luminofæ, &
sparsæ, ut ait Aristoteles, ex quarum luminositate
coniuncto illi lumine quoq; Solis atq; ignis, appa-
ret id quod uocatur Galaxia, &
Est uia sublimis cœlo manifesta sereno.

Lactea nomen habet candore notabilis ipso.

Galaxie Tamen re uera consensu plurium, & Astrologorū
& Come- quoq; Galaxia est de natura cœlesti, & adeo pars
tae natura. cœli stellis densior, ideoq; luminosior, & propter
nimiā luminositatem albicans, tametsi Aristote-
liā eius dicat esse elementarem, eadē scilicet que-
fit Cometæ, nisi quod aliquo modo subtilior & pu-

rior sit hæc exhalatio, ita ut intra circulum & ui-
am illam lacteam disgregata & dilatata, illic à stel-
lis stipatis superne illuminetur ex æquo perpetim.
Lege & Macrobi. in 1. cap. 15. Somnij. Sic etiam de
Cometa dubitarunt quidā utrum sit stella cœli pars,
animpressio. Sed credibilius est Cometam esse im-
pressionem, Galaxiam uero partem cœli.

Q V A R T O : Nubium atq; Nebularum diuer- Colores nu-
sicolores sicut, pariter ex qualitate materiæ uaporo bium uarij
se, & ex immisione luminis Solaris aut Stellaris in unde.
nubes aut nebulas, prout magis minusue sunt hæ lu-
cide aut liquidæ. Si ergo hæ ex uapore subtiliore, Nubes cur-
& non cōdensato fuerint, rariores, magisq; trans= albæ.
parentes, & diaphanes, color illis inheret albus. Sin Nubes cur-
uero densiores nubes nebulæq; habeant multum fu= nigræ uel
morum trrestrium, tum apparent nigræ uel atræ, atræ.
qui nigrum non potest ita illustrari à lumine inie-
cto. Cum autē albedo & nigredo, sint prima quasi Nubes cur-
omniū colorum elementa, prout ergo hi duo colores rubæ, pu-
uel cōmixti & temperati, aut uicini, aut remoti fu= niceæ, uel
erint ab inuicem, ita quoq; uarium colorem ex in= sanguineæ
iectu luminis creabunt in nubibus ac nebulis. Quod & quare
si nubes habent in se humidū fumosum cōmixto ter= periculo-
restri adusto, ut in fumo piceo cernimus, illæ à rece se.
ptis radijs superne fiunt rubæ aut puniceæ aut san-
guinei coloris, ualde periculose in æstate præser-
tim. Quia illud terrestre fumosum humido admi-
xtum uaporis, quia adustum est, facilius incenditur,

C O M M E N T . P H Y S .

Et per antiperistasis in humidi uaporis emittit fulgura, et fulmina, quod probat.

Exiliens lignis uiridantibus ardor.

**Nubes cur
uirides.** Ut infra eodem cap. 10. Viridis autem nubes fit, si sit rorans, et stillare iam incipiens, recepto lumine quo aqueo iniectum, uiridem colorem efficit. De Ceteris coloribus simili modo non difficulter iudicari potest.

**Auroræ
causa.** Cæterum rubedo matutina nubium (que aurora dicatur ab aura, id est, splendore) apparet ex densitate nubium compositarum ex uaporibus aqueis. Nam solis lux iniecta illis opacis, et subnigris nubibus, rubeum, roseum, aut luteum colorem efficit. Quia lux apparet per nigrum facit rubedinem, ut uidemus in fumo rubescere in ictu luminis ignei aut solaris.

**Aurora
cur signifi
cet pluviā
plerunq;.** Significat autem aurora matutina pluuiam, eo quod certo indicet plures superesse uapores nondum absimptos à Sole, sed una cum Sole eleuandos, et iam quasi preparatos ad conuersationem, id est, ad liquefactionem insublimi, ex quibus resolutis fit pluvia. Et tamen aliquando isti uapores reliqui uel aliorum feruntur, uel aëstu Solis absimuntur, ut non semper auroram sequatur pluvia. Sed rubedo uespertinascit significat serenitatem, eo quod indicat uapores eleuatos interdiu nunc sub nocte subsidere humilius, uel saltē longe infra medianam regionem aëris terre propinquos stare, cum sint inter solem horizonti iam proximum, et uisum nostrum, ut ex ipsis non pluvia, sed uel Ros uel Pruina generetur in infimare.

**Rubedo
vespertina
cur sereni
tatem si=**gnificet.

ne, ut

gione, ut supra eodem cap. 5. Quod autem cœlo nō Cœlum se-
 nubilo, & sereno, apparet ubiq; cœruleus color in renum cur-
 aere vel cœlo (quem & glaucum, & xanthum uo= cœruleum
 cāt) facilis ratio est, quod scilicet uiridis color oculi uideatur.
 lorum proprius, & nativus, propter humorem na-
 tiuum admixtus luteo quasi colori progredienti à
 lumine Solis, Lune, aut Stellarum, efficit cœruleum
 colorem uideri oculis, tametsi neq; aēr neq; cœlum
 ipsum sint colorata, Atq; luteum uiridi admixtum
 facit glaucum aut cœruleum. Deinde obnubilatio= Obnubila-
 nem Solis rubentis aut pallentis uocamus, quem de= tio[n]is siue
 felum Solis uocat Plini. in 2. cap. 30. cum Sol in star defectus
 pru[n]e aut carbonis sanguineo colore rubescit, de= Solis caus.
 litescens quasi ignauo & tristi rubore, quod quidē
 accidit inde, quia immodi ci fumi & uapores occu-
 parunt aērem, per quos atros fumos lumen Solis ru-
 bescit, quippe luce per nigrū apparente. Talis ru-
 bedo Solis apparuit ferè totū mensem Augusti, an-
 no 25. cum grauis etiam foetor & nidor quasi fu-
 musq; instar ardenti syluarum plane sentiretur.
 Sic enim istos uapores & fumos mixtos terrestri
 & uiscoso, adurebat solis aestus sub calore caniculae,
 ut fumum alium cum nidore ac foetore redderet. Si
 uero tenuiores, & aquei sint fumi, tum Sol apparet
 pallidus. Sic sub Iulij Cesaris mortem.
 Soli tristis imago.

Lurida sollicitis prebebat lumina terris.

Ita etiam uidemus lucem Solis quodāmodo albicare

C O M M E N T . P H Y S .

per fumum tenuiorem è teste fumantem, per densiorem uero rubescere.

Halo
quid.

Q VINTO: Halo quē Seneca Aream, Plinius Coronam uocat, est circulus albicans in extremis circumposito nigro, apparenſ circa Solem aut Lunam, aut Stellam luminosam, cuius lumen superintectum materiæ eius, scili: et uapori humido cōdensato in nubem tenuiorē, illic refringitur, & subdresuо circularem figuram efficit in oculis spectantium. Quorū uifus proprie loquēdo refringitur, & resistit quodāmodo ad illud lucidum corpus, ab illo uapore densato in nubeculam, Et cum uideatur Halo proxime ambire Solem aut Lunam, tamen infra medianam regionem aëris generantur, ex diametro & perpendiculariter uel directe sub Sole aut Luna, aliōue Sidere. Verū uifus imbecillitate sua deceptus, sic falso iudicat coronam eam esse proxime Solem, aut Lunam. Sub qua tamen multo sæpius uideatur halo, quā sub Sole. Nam hic calore suo adurente Luna. facilius absunit istos uapores, ut euanescent, quam Halo san= Luna humidū quasi lumen. Apparuit tamen Halo guinei co= etiam sanguinei coloris circulus, propter densitatē loris. nubis Soli circumfusæ, teste Plinio in 2. ca. 30. Por= Halo quā= rò circulus ille si circumquaq; paulatim nigrescit, do signif. & crassiōr totus fit tandem, pluuiæ signum est, oria pluuiam. turæ ex condensato in nubem crassiōrem, & mox Halo quā= resoluendo uapore in guttas pluuias. Sin circulus do uentos. aliqua ex parte frangitur, & ingentē quasi rimam

agit

agit, uentos portendit ab eadem regione qua primū signif.
frangitur, & dispergitur, nempe à uento tum illinc Halo quā= incipiente flare. Sin Halo euanescit paulatim instar do sereni= sumi, significat serenitatem, eò quod uapores alio= tate signi. qui resolubiles in pluuiam nunc euauerint. Iris quid.

SE X T O : Iris est arcus uaricolor, in nube rori= da, opaca, & concava, ex radiorum Solis oppositi reflexione apparens oculis spectantiū. Hec defini= tio figurā, causasq; Iridis breuiſſime, & perſpicue ostendit. Fit ergo Iris partim à radijs rectis, quia ge= neratur recta ex opposto Solis, partim à radijs re= flexis. Quia certū est guttulas rorantis nubis quasi terse ac politæ instar ſpeculi liquidi eſſe, & à leui= gata ſuperficie earum reflexos radios referre, atq; Iris cur nō reddere ſpeciem aliquot colorum. Non autem inte= integri So= grī Solis, propter paruitatem guttularum. Partim lis imagi= quoq; fit Iris à radijs refractis, quia lumen solare nē refraſat. immissum in corpus nubis concavae, ibi refractū pro= cedit ad oculos ſpectantis Iridem, non quidem per= pendiculariter, ſed oblique per lineam refractionis obliquā, quod experientia patet. Tametsi uero hæc iunioribus fortaffe difficultia ſint, neq; ſatis intelli= gantur, fiet eorum mentio inſra in 4. cap. 7. & 8. Quorsum magis quoq; ſpectant, quam ad hunc lo= cum. Figuram autē Iridis indicat nomen arcus, que nō potest alia eſſe quam arcuata uel ſemicircularis. Iris cur arcua= Quia cum nubes regulatim ſuſpensa ſupra Horis= ta. zontem à terra æque diſtat, certum eſt quod etiam

C O M M E N T . P H Y S .

roratio illa nubis uicem speculi gerens, ex equo im-
minet terre, in qua cum reflectatur ac refringatur
radius Solaris, necesse est fieri semicircularē figu-
ram, et non aliam, cū et alioqui radius in concauo

- 2 refractus appareat rotundus. Item quia nubes ex-
stens supraterrā, partim in Horizonte nostro quasi
abscinditur, ita ut altera pars nubis means infra ho-
rizontem nostro conspectui eripiatur, ideo solum

Iris cur nō supra Horizontē Iris arcuata apparent, et quo pro-
pius Horizontem Sol est, eò maiores sunt Irides.
in eadem Neutiquam uero Iris uidetur in eadē parte nubis cui-
nubis par= libet spectanti, quia ad alium atq; alium oculum ra-
te uidea= dius semper aliis atq; aliis reflexus aut refractus
tur ab om= fertur. Varicolor est aut ille arcus iuxta Virgiliū.
nibus. Mille trahit uarios aduersos sole colores.

Iris quare Quam diuersitatem colorū Iridis tam ex nubis quā
uaricolor. luminis uariatione prouenire, testatur regula 20.
partis tertiae perspectiuae. Atq; in hunc ferè modum
fit hec uarietas. Quia Iris plane à Sole resplendet,
dum concave nubes ex aduerso Solis radiū in se re-
cipiunt, tanquam concava specula, et arcus speciem
fingunt. Cui uarios colores dat res illa. Nempe quod
aqua in nube rorante tenuis, et aër alioqui lucidus,
et nubes caliginosae. Hæc scilicet omnia irradiata à
Sole præbent diuersos colores, ut supra eodē de co-
lore nubium diximus. Et uide omnino hic Aristote-
Iridis colo lem in 3. Meteororum satis perspicue, et prolixius
res. hæc tractantem. Plerung; uero in Iride sunt isti co-
lores.

lores Puniceus, Viridis, Alurgus, id est, viride nigrum, Flavus, Citrinus, Rubeus, Glaucus vel Cœruleus. Quandoque etiam ex resplendentia Iris unius Iris apparet superne appareat altera Iris, quæ est imago siue idonea. Cur altere lum primarij arcus, tametsi quandoque à Sole quoque Iris cur rati po sit. Ceterū longe rarer est Iris sub Luna quam rarer sub Sole, propter debilitatem luminis lunaris, quod ita Luna efficaciter, aut speciose nequit reflecti aut refringi. Quo enim quoque lumen est fortius, eò quoque splendidius reflectitur aut refringitur. Quod autem Iris sit signum prohibiti diluvij, patet Gene. cap. 9. Non quin ante Noe apparuerint Irides, sed quia tum de Iris annorum Iris est destinata in signum, non fore diluvium rit ante universale. Quam uero huic rei causam naturalem Noham. afferre conantur, pro nihil à nobis dicitur.

SEPTIMO: Parelius est imago et idolum Solis, in nube rorida et splendida expressa, quando quid. humidum subtile inter uisum nostrum et Solem, concurret in unum corpus rotundum nubis aequalis et pariter dispositæ, ex aduerso Solis sitæ, à qua refringuntur radij solares tanquam à speculo ad oculum, et effigiem Solis similem efficiunt. Atque hoc meteoron est, quod uocant duos aut tres Soles uisos, quorum unus est uerius Sol, alter uero uel alij duo sunt pareliji apud Plini. in 2. cap. 31. Sic et Paraseline uocantur plures Lunæ, quarum una est uera Luna, altera uero uel reliqua sunt Paraseline, id est, idola ipsius Lunæ, apparentia in nube ex refractione radiorum

Plures soles Paraseline.

COMMENT. PHYS.

Perpendi-
culares li-
næ.

Colores
nude,

lunarium apud Plinium in 2. cap. 32. neq; uero plus
res tribus parelijs, aut Paraselinis apparuisse obser-
uatum est. Perpendiculares autem lineæ rectæ à So-
le descendentes, tanquam funes & Virgæ transuersæ
sim extensæ fiunt ex una causa, nempe à nube, quan-
do ipsa nubes à qua fit refractio radiorū est inæqua-
lis, & una parte densior, altera rarior, tum radij
solares incidētes partibus in nube rarioribus trans-
eunt per eas, quasi per foramina aut per circulos
uitreos, ac repræsentat recte aut oblique lineas, aut
uirgas diuersis coloribus. Nam puniceus apparet ex
densiore & nigricante. Viridis ex rorante. Gla-
ucus ex lucidiore parte nubis illius. Atq; hæc deca-
loratis impressionibus sufficiunt secundi generis ex
reflexione aut refractione radiorum Solis uel Stellæ
rum, & ex colorum commixtione generantur ples-
ræq; in nubibus cœli. Sequitur inde primum genu
mediorum meteororum.

DE VENTIS ET TERRAEMOTV. Caput IX.

PRIMO: Quoniam uentorū ratio ualde per-
spicue & diligenter est ab Arist. in 2. Meteo-
rorum, & à Plin. in 2. cap. 47. aliasq; tradita, nos
quidem è breuiores hic erimus, definitione ab nu-
Ventus qd mero contenti, Ventus est aëris unda, cum incerta
secundum motus redundantia, quando feruor offendit humo-
Victruui= rē, & impetus feruoris exprimit uim spiritus flantis
Hæc
um.

Hæc definitio est Vici truuij in 1. cap. 6. Neq; aliud uidetur uelle, quam Ventum esse aërem motum & propulsum, partim sua uia & agilitate, partim ab alijs fluctibus aëris, supraterram lateraliter moti. Ceterum non satis hæc quadrat ad sententiam Aristotelis, negantis Ventum esse aërem tametsi ualde sit aërium corpus. Itaq; alia est descriptio Venti apud Peripateticos, & uulgator quidem. Ventus Ventus qd est exhalatio calida & sicca, difficulter inflamma= secundum bilis, eleuata usq; ad medianam regionem aëris, à cuius Peripat. ius frigore deorsum repulsa, & sursum renitens, partim leuitate sua, partim propter alias exhalationes inferne occurrentes, lateraliter mouetur su= praterram in infima regione aëris, quem agitat, & uentilat, ne quasi putrescat perpetua desidia. Hæc prolixa descriptio continet ferè omnes causas Ventorū. Nam materia Venti est exhalatio. Forma est moueri, & spirare lateraliter supraterrā. Cau= saefficiens est duplex. Prima frigus mediæ regio= nis per antiperistasis depellens exhalationem cali= dam & siccam. Secunda causasunt aliæ exhalatio= nes inferne surgentes, & obuiæ descendentis mate= rie Ventorum, Finis est sua uentilatione purgare quasi & recreare aërem.

Ventorū
causæ.

SECVNDO: Sicut autē flumina à capite exi= Ventiquo
gua, paulatim alijs fluuijs, riuis, & aquis increscunt modo au=
receptis, ut supra eodem cap. 6. Sic etiam Ventus geantur.
à suo ortu ubi circa Horizontem nostrū oritur re-

C O M M E N T . P H Y S .

missior et minor, paulatim ab Horizonte remotius supra terram nostram spirans fit auctior atque uehementior, accedente subinde noua exhalationum via ab aere, et terra, fluuijsque subiectis, unde continuo surgunt fumi. Quia uero Terra est rotunda, et inaequalis, ideoque sepe Ventus alicubi flans, alibi non spirat. Et cum uentorum locus sit infima regio aeris, uel aliquanto infra medium, facile absconduntur et refringuntur Venti a montibus, atque saltibus. Contra uero liberiores eunt super planiciem et aequor Terræ, Maris, aut Fluuiorum. Remittunt autem et subsidunt interim Venti propter caloris defectum aperientis terræ poros, ut in hyeme gelida frigus constringens occludit meatus terræ, et uiam adeo exhalationibus claudit, quare tum pauciores aut saltem sereniores sunt Venti, minusque humidi, ut Boreas. Interim intensus calor Solis adurens exhalationem absimit, sicque Ventos abigit, ut in aestate sera, et calida. Sicut mediocris calor resoluens terram et aperiens, elicit Ventorum materiam, exhalationes, ut in Vere, et Autumno. Sed et pluuiaque dogmatis sit Ventos per accidens, cum eius aqua obstruit foramina terræ neexeant illæ exhalationes, aut cum tos et quo etiam corruptit pluuias siccis fumis immodica hu modo citate suatum Ventis subsidunt. Aliquando uero contra pluuiam ciet Ventos, cum terra nimis exiccatâ paulo ante nequibat exhalare, iam uero humectatione pluuiali poris apertis, et reclusis emittit rursum

Quæ si stant uen-
tos.

Pluuiia
quomodo
sistat uen-
tos et quo
modo ci-
at.

sum exhalationes, ut augeantur Venti. Sic ergo explicata sit definitio uulgata, quæ dicit quod Ventus est exhalatio oblique super terram mota à lateribus Horontis.

TERTIO: Numerus Ventorum tametsi apud Ventorū neteres recentioresq; uariet, tamen nobis uulgatus numerus placet. Ouidius quidem in i. Metamor. Homerū secundum cutus tantum 4. numerat, scilicet, Eurū & Zephyrū Poëtas. rum oppositos, Boream & Notum oppositos. Plinius autem post Aristotelem numerat 12. ut terni à cardinibus mundi quatuor spirent. Tres scilicet Ab Ventorū ortu, Nempe. Ab Aestiuo, Cæcias. Ab Aquinoctiali numerus liortu ἀπολιώτης, id est, Subsolanus. Ab Hyberno, Eurus. i. Vulture. Inde à Septentrione item Arist. & tres. ἀπαρτίας. i. Septentrio. Deinde Boreas, Plinium. Aquilo, ad orientale latus. Et infra ιρανίας id est, Circius. Ab occidente tres, scilicet, ab Aestiuo ἀργέσης, Corus. Ab Aquinoctiali, Zephyrus, Faunius. Ab Hyberno Λίψ Africus. Proxime hinc ad Meridiem tres sunt, Libanotus, Africusauster. In medio. Notus Auster. Ad latus orientale Phœnix qui alias ἐρόντη, id est, Euroauster uocatus. Hierogduodecim uenti occupant singulas uncias circumferentiae terræ, non quod totam latitudinem unciam semper impletu suo flatu, aut quod semper ab extrema circumferentia ueniāt, sed quia inde ex sua quisq; uncia proueniat in aliqua Horizonis nostri aut finitimi aut longinquieris etiā parte.

C O M M E N T . P H Y S .

Vncia cir- Continet aut̄ uncia circumferentiæ terræ iuxta plena circumferentia rosq; uiginti millia stadiorum, quæ summa conficitur et quid. trecenta septuaginta quinq; milliaria germanica.

Ventorū **Q_ V A R T O :** Tametsi uero omnes Venti pro tempore materia origineq; sua calidi & siccisint, tamē promenta natura locorum & cardinum mundi uariant. Est

Subsolaz-nus. ergo Subsolanus cum suis collateralibus, calidus & siccus, plerunq; Serenator. Septentrio cum suis est

Septētrio. frigidus & siccus, excitans grandines, fulgura, &

Fauonius. niues, pellens pluuias. Fauonius cum suis est frigida

Auster. dus & humidus, nubilosus, et tempestuosus. Auster cum suis est calidus & humidus, pluuiosus. Atq; secundū has qualitates uariant mutantq; Venti ipsas tempestates, nubes, æstum, aut frigus, uel temperamentum in simile regionis aëriæ. Item Veris, Aestatis, Autumni, & Hyemis, ut supra in 2. cap. 8.

Aura qd. **Q_ V I N T O :** Aura est aëris ex humido aliquo moti à mediocri Vento aliōue corpore uentilatio, ut si moueantur arborū folia, si flabelli, aut manus, frondis ue motu fit uentulus. Qualem auram pulcer rime Ouidius in fine 7. Metamor. describit. Atq; his etiam auris quandoq; augetur & adiutor uen-

Ventorum tus. Porrò diligenter notare oportet qui sint situs diuer contrarij in uicem, qui non. Quia uentos ex diametro oppositos simul sub eodem Horizonte spirare, si quid efficiat. impossibile esse probat Aristoteles, eò quod si ex ambo fortes sint ambo, alter alterum impediret, quo minus libere flaret, uel si impares sint uiribus, alte-

rum subsidere uictum ab altero necesse fit. Cæterum
uicini aut oblique contrarij nō ex diametro opposi-
ti Verti, sepe flant simul. Quo uero obliquiores ex
aduerso spirant, eò maiores pugnas turbasq; exci-
tant, & tempestates. In nostris autem terris multo Cur apud
frequentiores mouentur ab occasu & septentrione nos occi-
Venti, quam aliunde, eò quod nostræ regiones sunt dentales
extremo Horizonti & circumferentia terræ ad occid. & septen-
tisum & septentrionem propiores. Circa extrema trionales
autem terrarum sunt multæ niues, pluuiæ, turbulentæ fre-
taq; maris & fluuiorum in id currentium aquæ. Sol quietiores.
etiam nobis longinquier quam meridionalibus uel
occidentalibus non ita facile exhalationes & fu-
mos absunt apud nos, sicut in meridie uel oriente.

Verū orientales & septentrionales Venti sunt mul- Venti ori-
tis salubriores, quam & occidui & meridionales, eò entales &
quod hi minus humorum secum afferunt. Atqui ni- septentrio-
mij humores resoluunt & grauant plane ipsa cor- nales qua-
pora, ut experientia docet, & Victruius in lib. i. re salubri-

SEX T O: De Terræmotu non ita multa dicam, ores.

siquidē copiose de illo, effectibusq; eius miris ac ua-
rijs Plinius in 2. cap. 79. alijq; loquuntur. Fit autem Terræmo-
TERRÆMOTUS cum exhalationes & uapores inclusi tus cause.
in cauernis meatibusq; terræ in uicē pugnant erum-
pereq; nituntur natura sua in altum. Verum exter- Terræmo-
ra occisa uiam non inuenientes, ui eam concuti- tus uarij
unt, tremereq; faciunt, atq; rumpunt sepe. Ut ter- effectus.
ra, vel hiatum faciat & uoraginem. Vel in modum
collis

C O M M E N T . P H Y S .

collis aut montis adeo eleuetur. Vnde aliquoties magna gnos montes subsedisse quasi absorptos uoragine legimus apud historicos. Flumina item absorpta, vel cursu mutata, & diluuiia facta, praesertim in maritimis locis, eò quod aqua subterranea una cum istis exhalationibus copiosis erumpit, per meatus &

Cur Terræmotus apertas uoragini terræ. Sic ex terras contiguas uitramotum diruptas ut apud Plini. in 2. cap. 88. Alias coniunctas pestis plerumq; se estas cap. 89. Insulas subito enatas, aut contra mer-

runq; se sas cap. 27. Sequitur item plerumq; Terræmotū pestis, quod isti fumi intraterram quasi infecti ex pau-

Mephitis. trefacti longo tempore, sua eruptione aërem & aquas inficiunt. Et hanc putrefactam exhalationem pestilentesq; fumos uocant Mephitim, id est, putridum halitum. Sic Virg. de sylva quadam inquit.

Sæuamq; exhalat opaca Mephitim.

Terræmo Pauciores sunt autem Terræmotus in mediterranei tuis ubi paucis quam alibi, quod illic non ita excavatur rimasq; ciiores ubi agit terra, maris ex aquarum in cursu fluctibusq; plures. illisis. Quo uero quodq; solum terræ est solidius, eo magis est motu obnoxium, quia fortius occludit exhalationes, ex arctat diutius in caverne. Sed in arenosis aut sabulosis locis, ut in his regionibus septentrionalibus, rarior omnino est Terræmotus, quod hoc solum sit minus solidum, neq; ita dense compactum, quin fumi facilius sine uis sensim ascendant. Iam inde sequitur de tempestatibus.

DE

DE TEMPESTATIBVS.

Caput X.

PRIMO: Quæ nobis supersint meteora media facile ex partitione supra eodem ca. 8. patet, scilicet septem. Quæ Tempestatis uocabulo nota= tur. Ea uox tametsi quandoq; significet quoduis tem tis accepti pus, quandoq; etiam serenam tempestatem, item nu ones. bilam, pluuiosam &c. Tamen per antonomasiam, & more uulgi tempestates uocamus, cum apparent Coruscationes, Procellæ, Fulmina, & similia, teste Plinio in 18. cap. 28. Quæ partim, ex collisione nu= biū, partim ex collectatione uentorum fiunt. Verū hæc paucissimis agam, quæ Albertus in epitome sua tract. 4. ca. 7. & deinceps, alijq; uerbose explicant.

SECUNDО: Tonitru & Coruscatio in hunc Tonitru modū fiunt, quando exhalatio, calida & sicca, unā & Corus= cum uapore humido et aqueo, eleuatur æstu Solis, in cationis mediæ regionis aëriæ partem superiorem, atq; ideo causæ frigidorem, ibi tum exhalatio illa materia corusca tionis & fulminis, circumquaq; à uapore ambitur & concluditur, non ita dilatabilis ipsa, nempe ter= restris & sicca, idemq; uapor aqueus à frigiditate condensatur in nubem spissam, & ualde frigidam, ut supra eodem cap. 5. Cuius nubis frigiditatem in= tensam ægre ferens exhalatio calida, intra nubem hic illuc agitur indignabunda, querens exitū, tan= demq; ista agitatione & antiperistasi instar stupe incensa, rumpit latera nubis, nisi sua ignea & celeri.

Sicq;

COMMENT. PHYS.

Sicq; et effracta disruptaq; latera nubis spissæ, et ipse fumus, sua eruptione uolenta, fragore ingen-

Tonitru. tem edit, quem Tonitru uocamus. Simulq; incensio-

Corusca= ne sui, quæ inter mouendum magis augetur, lumen longe lateq; de se emitte, quod Coruscatio aut Ful-
Ful gur uocatur. Sic fumus ex lignis ardentibus erum-
pens sonitum facit. Sicut etiam Nux castanea aut

Glans cum torretur, dirupta calore strepitum e-
dit. Sicut et Vesica aëris plena, uolenter dirupta
crepat. In hunc ergo modū exhalatio sonitum red-
dit, iam rimis excavata perruptaq; nube, Sicut et
aërs cinditur, cum sonitu resultans et repercussus
inæqualiter à sono aut uoce clamantis, in montium
flexibus, in fragosis iugorū concavis conuallū,
uel etiam in conflexis, in cameratis locis. Quæ uox

Echo quid. resonans ab aëre reuerberato uocatur Echo, id est,
resonātia. De qua in 3. Metamor. et Pli. in 2.ca.45.

Tonitru TERTIO: Ergo Tonitru est fragor, editus ex
quid. disruptione nubis, facta per violentam exhalationis
sicce expulsionem à frigore, per antiperistasin. Et

Corusca= ut Plini. ait Tonitru est fragor editus ex plaga im-
pactorū ignium, è nube erumpentiū. Sed coruscatio
tio est lumē inflamatæ exhalationis è nubibus ex-
pulse. Quamuis autem fumi sua leuitate ferantur
sursum, tamen exhalatio illa deiecitur deorsum pro-
pter antiperistasin frigoris, simul ac densitatem su-
perioris partis in media regione aëris. Quæ frigidi-
tate sua est densior quam ut fumi penetrare possint.

Quare

Quare coguntur decidere per inferiorem aëris partem, quæ est rarer, ut de fulmine infra eodem cap. dicam. Fulgetrum uero hic appellamus coruscationem. Fulgetrum non ita luminosam neque illustrem, et quæ sine quid. tonitru fragoreque emicat. Quod contingit cum exhalatio est rarer ac subtilior, nubes etiam rarer, ut facile cedat fumo erupenti, ne sonitus edatur. Quali inflammatione uulgas putat aërem purgari, et recte quidem. Quia tum isti sumi paulatim absuntur et evanescunt, haud tamen semper sine noxa. Quia lumine illud quamuis debilius, nihilominus aduertitur tenera germina, penetrabile scilicet propter getri. subtilitatem suam. Cum autem Tonitru et Corusca Cur Tonitruo eodem ferè temporis momento fiant, tamen quia trutardus sensus Visus est subtilior quam Auditus. Fulgor autem audire cernimus quam fragorem audiamus. Quod uero turquam dicunt aliqui illum fragorem et Fulgor fieri ex collisione concursuque nubium (quas putant in aere quasi tritio uidea concertantes in uicem concurrere, talesque strepitus tur. agere agitat as huc illuc à Ventis oblique oppositis) Alia Fulgor non ita probabilem habet rationem, Siquidem nubis causae mere aquæ corpora et glacialia, in se nulla seorsa sed error minaignis continent, magis itaque consentanea est nea. rationi et experientiae Peripateticorum sententia. Tametsi reuera hæc Ventorum et Nubium lucta adiuuet agitationem materiarum fulgurearum.

Q VAR TO: Procella quam greci ἐνεφίαμ Procella appellant, est flatus repentinus, ex spissa exhalatio quid.

C O M M E N T . P H Y S .

ne coortus, qui à frigore nubis depulsus altius sus
praterram agitatur oblique. Et plane Procella est
proluuiies uentorum, maiore pondere incursuq; su-
per illata terræ, obscurans aërem, pluuiasq; prece-
dens. Turbo quem ab impetu τυφῶνα Græci, Plini
us Verticem uocat, est repentinus flatus à nube de-
pulsus proxime terram aut mare, ubi in gyros ro-
tatur, & proxima queq; prosternit, raptaq; secum
uerrit, ac refert sursum. Hic turbo plerunq; sit à du-
obus pluribusq; contrarijs oblique uentis spirantia-
bus in angustis præsertim arctisq; locis, in mari ue-
ronaues ipsas contortas frangit, cui tamen sua fra-
gilitate acetum infusum medetur. Sternit item in-
terrissæpe arbores syluasq; adeo, uel cōtorques sal-
tem, & non pulueres solum, uerum & trabes, sa-
xaq; huc illucq; uerrens iactitat. Verū multo hor-
ribilior est repentinus ille flatus ab incensiore uoca-
tus Græce πῦριος. Is est uel procella incensa, quæ in
flammata, oblique supraterram uolit an terribili-
ter, interim arida secta aliae, interim uicos & opa-
pida quoq; nedū sata ac syluas amburit, incēdit ac
proterit. Hic præster uulgo appellatur ignea plu-
via, cœlestis ignis, uel diluuium ignis, uel incend.ū.
Quale in Aethiopia sub Phætonte fuisse etiam Hi-
storici scribunt. De quo Ouid. in 2. Metamor. Est
alia speci- etiam aliis præster Turbo incensus, qui instar ignia-
es. ter rotæ ingentis super terram uolitat, incendiariafa-
ciens, uel saltē amburens arida. Eadem uero est

Procelle

Procellæ, Turbinis, ac præsteris materia, quæ Coru Materia scationis ac Fulminis, nempe exhalatio, supra modum procelle, dum calida et sicca, et multa quidem, que facilime, turbinis et intanta præsertim agitatione, attritu, collisione et præsteris. pugna incenditur. Solis quoque aestu accedente. Sicuti uidemus collisione ferri et silicis, igneas et lumino sus scintillas excuti, a quibus suscipimus ignem folijs atque aridis nutrimentis. Talis est et illa materia siccata, inflammabilis exhalatio, sicut etiam obseruatum est ludibrio, fumos, de uentre animalis emissos inflammatiæ scintilla ignis et crepitare. Sic etiam Vinum Vinum Faustianum flamma accendi scribit Plini. in 14. ca. 6. stianum. Quod hodieque obseruatur in uino decocto uel sublimato. Testatur etiam Aristoteles in principio 3. Mē Incendium teorum, se in incendio templi Ephesini uidisse fuisse templi Eum copiosum, ex igni et incendio exhalante, esse phesini. inflammatum, et longe lateque incendia fecisse. Atque hoc nimis est, quod uulgaris in incendijs magnis uocat ignem uolitantem, qui saepe incendit domos ualde Ignis uolat remotas quoque a reliquis aedificijs ardentibus, ita tans. ut propiora incendio aedificia maneant intacta.

QUINTO: Sicut Coruscatio aut Fulgur est exhalatio fulgure alatius explicata incensaque in nubibus, lucemflammamque de se ampliâ spargens, altius supra terram. Ita fulmen est exhalatio spissior, et Fulmen arcte cōglobata a frigore uaporum extrinsecus, cum quid. uia atque fragore propter antiperistasis in nube erumpens, et terram corporaque suo lumine afflatusque per-

X. tingens

COMMENT. PHYS.

Fulgur & tingens. Non ergo differunt Fulgur & Fulmen in Fulmen materia, sed forma. Nam Fulgur leuius incenditur, quid diffe= & altius supraterram resplendet sub nubibus, neq; rant. eam pertingens ex longinquo oculos nostros perstringit, & in regione aëria extinctum evanescit, Sed Fulmen multo uehementissime in ardescit, longe q; uehementiore motu ac ui terra in terrenaq; tangit corpora, non sine ingenti pleruq; germi- num, & frugum, & corporum noxa, & pernicie. Quare crudite quidam dixerunt. Fulgur esse penè Fulmen, & Fulmen esse plus quam Fulgurationem. Constat ergo planè Fulmen esse exhalationē inflammatam, cuius impetum & uim, aëris quoq; agilitas & penetrabilis uis adiuuat. Semper n. aér aut fla-
Flatus cur-
tus, & sequitur, & præcedit Fulmina. Quamuis nō
non uidea-
tur. uideatur, quia non est coloratus. Qui quidem flatus
mouet corpora fulminanda, eorumq; dissipationē
& tactionē adauget. Quod experimur in uiuis cor-
poribus de sublimi cadentibus, plerūq; ab aëre scis-
sis aut suffocatis, antequam pertingant terræ solū.

Fulminis species tres. **SEXTO:** Species Fulminis pleriq; discernunt tres, à diversitate uirium, & efficacietate, & materie tres. 1 quoq;. Nam primo est Fulmen siccum, quod dissipat, discutit, & scindit, parū tamen adurit, nedum exurit. Atq; hæc dissipatio est à spiritu aut flatu illo, cuius iam memini, item à spissitudine fulminis siccii, quod globosius est & compactius quam cetera. Se-
2 cundo est fulmen fumidum & terebrans, quod à

Plinio

Plinio uocari puto humidū, ex comparatione siccī
 illius prioris, nisi mendoſus eſt liber in 2.ca.51. Cer-
 te Aristoteli uocatum Τολείς à fumo incenſo fu-
 mosum & flammeum. Quod propter ſubtilitatem
 ſuam nō quidem exurit, ſed tamen amburit, & de-
 paſcitur intra & extra, & infuſcat denigratq; ful-
 minata, que perterebrat ſua penetrabilitate, ut ui-
 tes, arbores, fruges herbas, &c. Tertio: eſt Fulmen 3
 Clarum quod Græcis ἄργες appellatur, à claritate
 ignea, magis ignitū quam flammeum, & quasiter-
 restrius, & que tamen penetrabile quam fumidum.
 Huius infinite & uere miraculoſe ſunt operatio-
 nes, & diuinaquædam cfficacia, quod non amburit
 ſolum, ſed etiam exurit, peculiaresq; notas ignis &
 incendijs poſt ſe relinquit. Hæ quidem tres species ab
 Aristotele & Plinio numerantur. Verū Albertus
 totam hanc capit is huius decimi materiā copiosius
 explicans, plures formas, accidentia, uires, effectus,
 miracula fulminis numerat, quem omnino lege in
 Epitome tract. 4.ca.8. & 9. Et in Commētario ter-
 cij Meteor. tract. 31. Illic quādo ſint expectanda ful-
 mina periculosa, aut contra minus periculosa, indi-
 cat perſpicue, ex colore nubium & Coruſcationis.

SEPTIMO: Telum uel Lapis Fulmineus (que Telum uel
 lapidem uulgo appellamus Fulmen per antonomas Lapis Fula-
 siam) forma diſſert à proxime dicto. Nam Fulmen mineus
 de quo iam dixi, eſt mera exhalatio fumida & aē: quid.
 tria inflammata, diſſipans uel amburens uel exu-

C O M M E N T . P H Y S .

Fulminei
lapidis ge
neratio.

rens. Sed Lapis Fulmineus est solidissimum corpus,
quod in illo Fulmine & Coruscatione generatur,
& consolidatur in hunc modū. Exhalatio fulgurea
& fulminea, mixta cum metallari quadam materia
in nube plerumq; viridi, aut nigricante, congloba-
tur ab humore circumfuso, & conglutinatur, sicut
farina conglutinatur in massam ab infusa aqua. Dea-
inde uero superueniente intensissimo calore, partim
ex sole & stellis, partim ex antiperistasi, illa fulmia-
nea massa subacta quasi coquitur, & ab igni fulgu-
reo in solidissimum corpus lapideum induratur. Si-
cut lateres ex luto humectato compacti, coquuntur
& indurantur in lapideam formam, ab igni arden-
te in latericea fornace. Acuminatur autem illud Te-
lum Fulminis, eò quod humidū admixtum sicco ef-
fugere nitens, ad inferiora tendit, illicq; reprimi-
tur, superiore uero parte siccum cōglobatur ut pote-
densius. Hic ergo Lapis Fulmineus figuram habens
cunei uel pyramidis, cum incredibili impetu in an-
tiperistasi è nube deiectus in terram, obuia queq;
scindit, dissipat inflamat, atq; prosternit.

Quomodo
acumine-
tur lapis
Fulmine-
us.

Locus & OCT A V O : De loco & tempore istarum tem-
tempus tē= pestatum diserte causas reddit Albertus in Epitome
pestatum. 4. cap. 10. Nempe in altiore aëris regione eas nasci,
quam alias impressiones, & non nisi tempore cali-
do, & quò aestuosis sit tempus, eò plures fieri eius-
modi tempestates. Quia tantæ exhalationes, Fulgu-
rum & Fulminū materia, nequeant in altū attrahi

¶

& percoqui, nisi ab intensiore calore Aestatis, Ve-
 ris, uel Autumni. Tametsi etiam sub Hyemem quan Cari in Hy-
 dog; tonat & fulgurat, sed omnino rarius, forte, eme non-
 quia fulgurea materia in Acstate collecta tantisper nunquam
 se in nubibus continuit. Neq; enim paruo temporis tonet &
 spacio aut leui momento tantarū tempestatum ma- fulguret.
 teria colligitur, & forma componitur. Omnia ferè
 hec de causis fulminum, diserte & breuiter Virgi-
 lius his paucis uersibus in 8. complectitur dicens.
 His informatum manibus, iam parte polita,
 Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cælo
 Deiicit in terras, pars imperfecta manebat.
 Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ.
 Addiderat, rutuli tres ignis, & alitis austri.
 Fulgores nunc terrificos, sonitumq; metumq;
 Miscebant operi, flammisq; sequacibus iras &c.
 Qui uersus plane ad physicam tractationem perti-
 nent. Atq; hæc de tempestatibus hactenus dixisse
 sufficiat.

DE PROGNOSTICIS TEM=

pestatum. Caput XI.

Prognosticon est futuræ rei aut euētus immi- Prognosti-
 nentis signum, ut præmatura in pueris calli- cum quid.
 ditas est præsagiū præmaturæ mortis, breuisq; ui-
 tæ, Sic Prognostica tempestatum uocantur Præsa-
 gia & Indicia impendentis & futuræ alicuius tem-
 pestatis, ut futuræ pluviæ, niuis, serenitatis, uento-

C O M M E N T . P H Y S .

- Prognos-
stica qua-
drupli-
cia.
- rum, fulgurū, fulminum, & similiam. Quia hic ge-
neraliter usurpamus uocabulum tempestatis. Sunt
ergo hæc prognostica quadruplici differentia. Nam
quædam sunt & Signa & Causæ futurarum tempe-
statum. Sic constellationes siderum & stellarum,
sunt & præsagiū & causa efficiens cœlestis, futu-
rorum euentuum. Sic pluuiosus Orion est & causa
efficiens & signum pluuiæ. Ita Sol in Ariete est &
signum & causa efficiens Veris. Talia multa à stela-
lis & sideribus prognostica numerat Plinius in i8.
libro cap. 23. Vbi de ortu & occasu siderū obserua-
tioneq; stellarum docet. Sicut & Columella. Quædā
Prognostica sunt effectus causarum antecedentium
& simul signa. Quæ tamen magis signa necessaria
& consequentia uocari debent, quam prognostica.
Sic Aestuum Solstitium est signum Solis in Cancro
altissimi. Hybernum uero est signum Solis remotissi-
mi in Capricorno. Et de his duobus generibus nihil
hic inquirimus, permittentes ea Mathematicis. Dea-
3 inde sunt Prognostica, quæ nō solum præsagia, ue-
raretiam causa & effectus sunt tempestatum, di-
uerso tamen respectu. Quia sunt consequentiū cau-
sa, & antecedentium effectus. Sic nubes est effectus
& signum antecedentis uaporis aquei exaltati, &
eadē nubes est materialis causa in sequentis pluuiæ.
4 Ultimo uero sunt prognostica præsagia tantū tem-
pestatum, sed neutiquam proprie causæ, neg; effe-
ctus earum. Sic coruorum raucus clamor. Sic ansea-

rum strepitus. Sic humilior uolatus hirundinum super aqua, est prognosticon futuræ pluviæ, non tamen causa, neque effectus eius pluiae. Et ex hoc utroque genere prognosticorum plurima numerantur à Virgilio, circa finem 1. Geor. ex à Plinio in 18. cap. 35. A quibus ista malim peti, quam in hunc commentarium cōgeri. Cum enim hactenus in hoc tertio libro longius paulo Meteorologiam tractauerimus, erūt in reliqua huius commentarij tertij parte nobis plerique; in angustius contrahenda, ne nimium excrescat hic quoque liber. Breuiter ergo post mixta prime compositionis, etiam reliquorum ordinum comprehendendi in se posita perstringemus, citatis tantum autoribus, et quentibus. indicatis uelut digito locis fœcundis, ubi latius inquiri illa debeant, prout sepe ac iterum protestati sumus, nos omnino parce reliqua huius tertij uoluminis tradere uelle, cum opus et temporis angustia plura capere nequeant.

DE METALLARIBVS.

Caput XII.

PRIMO: Composita secundæ speciei corporum Compositæ esse Metallaria, et Metalla, constat ex uulata secunda diuisione supra eodem ca. 1. Que anima quidem speciei. carent iuxta ut Fumi et Meteora. Hic enim distractare nolo qualem motuum animam compositis huiusmodi assignarint Platonici, sed infra in 4. ca. 4. Verum Metallare est corpus naturale, compositum Metallare

X 4 ex quibz.

COMMENT. PHYS.

ex materia terrea & aqua, fumosa aut metallari,
decoctum & formatum in uenis uisceribusq; terre.
a calore coelesti, & uirtute metallari, ad usum deli-
tiaq; hominis praesertim, & animantium. Hæc de-
finitio præcipue indicat causas Metallarium. Quæ
recentiores alias Mineralia hoc est Metalla, & Me-
Mineræ
**curs sic di-
cta.**
tallis affinia, generata in terræ Mineris, quas uo-
cant uenas & meatus in uentre uisceribusq; terræ.
in quibus ista fiunt excolata quasi & decocta mate-
ria, secundum minimas sui partes, unde & nomen
Mineris esse puto.

Materia
metallari-
um.

Efficiens
causa me=
tallarium.

SECUNDUM: Causa materialis Metallarium in
genere est materia fumosa, mixta ex uapore aquo,
& exhalatione terrestri, quæ supra eodem cap. 3.
descripsimus. In specie uero sua cuiq; formæ est ma-
teria propinqua, & propria, quam uocant met-
allarem materiam, quale est Sulphur & argentum
nuum, ut iusfra eod. cap. proximo, & sequentibus.
Causa efficiens est calor coelestis, & temperatura
materiæ, habentis in se uirtutem metallarem, quasi
uim seminalis & genitabilem metallorū, eaq; effi-
cit metalla, & similia, non habens aliud nomen in
genere, nisi quatenus specie deinde circumscribi-
tur. Sicut & uirtus seminalis in genere uocata, su-
pra in 1. cap. 21. speciatim deinde alia capit nomina
a subiectis formis, ut seminalis uirtus hominis, arbo-
ris, piri, pomi, absynthij, betonicae, saluie, rute.
Causa efficiens item Metallarium sunt qualitatum
primarum.

primarum secundarumq; operationes, quas copiose Aristo. & Alber. in. 4. Meteororum descriptio. Finem uero & usum metallarium, Plinius conatur ostendere superuacuum esse, more suo declamans in prefatione libri 33. Forma aut Species metallarii est triplex, scilicet Metallum infra eodem tallarium capite proximo. Sal cum suis affinibus infra eodem triplex. cap. 14. Et Lapidés quorum appellatione ueniunt etiam Gemmæ, & alia quædam infra eodem cap. 15.

T E R T I O: Differunt Metallaria à Meteoris, Metalla que ut sunt aëria, & fumosa uel aquæa, ita uel euaria à metescunt absumpta à calore Solis, aut liquefcunt, & teoris quid absorbentur fluxibilia & caduca. Verum Metalla dif. riapleraq; sunt corpora solida, terrestria, & durabilia, quæ suapte natura non ita facile evanescunt, ut uentus, nix &c. sed maxime durabilia sunt. De his ergo cum Albertus egregium opus scripserit, cui titulus est. De Minerabilibus, id est, Metallabus, & Plinius quoq; curiose in postremis quinq; libris docuerit, & Agricola recentior autor, certe hos scriptores maiori cum fructu legere licet, quam illa in hunc commentarium aceruari.

DE METALLIS.

Caput XIII.

P R I M O: Metalli nomē est uel ab inquirendo, Metalli quod plerumq; id multo labore sumptuq; in etymologienis meatibusq; subterraneis inquiratur. Sic enim. ḡia.

C O M M E N T . P H Y S .

Itum est in uiscera terræ, &

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Vel Metallum dicitur secundum Plinium in 33. cap. 6. inde, quod una Metalli uena proxime aliam inuenit, & una post aliam se offert. Sunt autem uulga to numero septem Metalli species, scilicet Aurum, Argentum, Aes, Stannum, Ferrum, Plumbum, & Orichalcum. De his ergo tantum, & de causis eorum in genere dicam.

Metalli
species
septem.

Metalli
Materia.

Sulphur
quid.

Sulphur
duplex.

Argentū
uiuum quid.

SECVNDO: Materia Metalli remota, sunt qua tuor elementa, supra in 2. cap. 36. præcipue uero aqua & terra, uel Humidū aqueum subtile, & unctuosum, qualis est uapor subtilior, ex quo fit Argentum uiuum. Et Siccum terrestre item subtile & unctuosum, qualis est exhalatio subtilior, ex qua si Sulphur, sunt ergo Argentum uiuum, & Sulphur proxima & propria Metalli materia, ut Albertus copiose exponit in tertio mineralium, tract. 1. ca. 2. Itaq; Sulphur est Materia Metallaris, ex unctuoso aërio terrestri subili, & ignito decoctū, & coaugmentatū à calore solari, & cœlesti. Et est duplex scilicet. Sulphur uiuum, qualis è terræ uenis effodiatur, in quibus futurum erat metallum, si non eruere tur, & Sulphur fusum, quod liquefactum est, & decoctum manu artificis. Argentum uiuum est Materia Metallaris, ex aquo præcipue & terrestri aliquantillo unctuoso & subili utroq; per calorem Solis ac Sulphuris adurentis decoctū & coaugmen tam

tatum, & quasi coagulatum. Oportet autem aliquantum terrestre argento uiuo immixtum esse, quia impossibile est aqueum coagulari, & cohærere, nisi a frigore alligetur alicuius terreo, quod in aqua patet, que injecta farina lutoue aut alio simili, in massam denique coaugmentatur. Atque ita argentum uiuum est ex uapore, & exhalatione cōmixtis, claritatem suam habens ab aqua, & aëre, mobilitatem ab humore, & pondere, quod uero male cohæret, & in guttas quasi dispergitur, id habet à terrestri siccitatē. Locus autem ubi horum utrumque generatur, prius est uenter uenæque terræ, per quas si etiam fuit generatur aqua tanquam per fistulas, tum sulphureo sapore Sulphur et inficitur illa, & calore decocta calefit, ut appareat Argentū in thermis & aquis calidis, & suiphureis supra eum uiuum. dem cap. 6. Item si affatim abundet sulphur, & materia sulphurea in aliquo loco cauernoso, tum incenso sulphureo, & in ardente, locus ille perpetuo Locorum ardens efficitur, ut aliquando flamas quoque & perpetuo scintillas instar camini eructet, uel plerunque perpetuo ardentiū tuosumiget, ut Aethna monte Virg. in 3. Aeneid. Et cause. In Epigrammate de Vesuuio monte Dion historicus. Et Plinius iunior. Deque alijs locis perpetuo ardentibus scribit Plin. in 2 cap. 109.

TER TIO: Causa efficiens Metalli est triplex, Causa efficiens scilicet, Primo, calor solaris & cœlestis, percoquēs & ficiens & conuertens terreum & aqueum fumi terrestris, metalli & aquei, item sulphuris ac argenti uiui, eaque cōmixtus & scens

C O M M E N T . P H Y S .

2 scens & componens in terræ uenis. Deinde est uirtus formativa metallaris in materia existens, à stellari & cœlesti lumine, cuius calor congregat & terminat homogenia, separatq; ab inuicem heterogenia, uel disgragat homogenia ab heterogenijs, ut supra in 2.cap.22. Sunt autem Metalla homogenia corpora non heterogenia. Nam quælibet pars auri homo= 3 est aurum, & sic de alijs iudica. Ultimo est proportio uirtutum cœlestium atq; terrestrium mutua, efficax ad subigendam materiam metallarem, atq; informandam. Quia cœlum est Pater. Terra uero Mater Metallorum, intra sua uiscera gestans et tanquam fœtum.

Parentes metallo= Forma me tallorum. **Q V A R T O:** Forma Metallorum est, quam in auro argentoq; & in alijs uidemus, unicuiq; specie propria, quæ forma utrū possit transmutari (itant Alcumistæ iactitant se ex ære uel argento posse facere aurum) dubia questio est quidem, sed Physicis ridicula uidetur, ut Alber.in 3.tract.1. cap. 9. irridet Alcumistas. Locus aut ubi generantur ea, est uenter & uiscera terre. Tametsi. n. aurum aliae etiā in fundis & alueis sibi orum saepe inueniantur, et tamen illic sub arenis calor Solis ex sulphure, & argento uiuo decoxit, & aquæ impetus tandem dimotis arenis aliorum cadem in conspectu proruit. Quo uero subtilius est Sulphur & argentum uiuum, atq; defœcatius, magisq; à sole decoctum, & quasi depuratum, eò nobilius ex se, puriusq; Metallū gignit.

Q V I N T O

Locus ubi generan= tur Metal la.

Q VINTO: Aurum est Metallum ex puro & Aurum
 dabo Argento uiuo, & simul ex Sulphure mudiissi= quid.
 mo, rubeoq; non adurente natum. Albert. in 4. Mi-
 neralium capite 8. Argentum est ex Argento uiuo Argentū -
 mundo albiore, & Sulphure mundo & albicante nō quid.
 adurente, in 4. Mineralium ca. 6. Aes est ex Argen Aes quid.
 to uiuo nō ita mundo, & Sulphure rubeo & crasso.
 Quod cum sit in Cypro insula uel primū, vel nobis
 iussum inuentum, appellatur Cyprium, a nostris
 Cuprum, teste Pli. in 34. ca. 2. & Alberto in 4. Mi- Cuprum.
 neraliū, cap. 7. Stannum est ex Argento uiuo mun= Stannum
 do & Sulphure impuro, 4. Mineralium cap. 5. Fer= quid.
 rum est ex Argento uiuo immodico & impuro, atq; Ferrum
 ex Sulphure spissiore impuro, & adurente. Huius quid.
 species est Chalybs, ferrum purgatum ignibus mul= Chalybs
 tis, & aquarum restrictione crebra. Albertus in 4. quid.
 Mineralium cap. 9. Plumbum est ex Argento uiuo Plumbum
 ualde impuro, fœculēto, crasso, & Sulphure impu= quid.
 ro, 4. Mineralium, cap. 4. Orichalcum nostra etat= Orichalcū
 te est artificiosum aës, nempe cuprum colatum, olim quid.
 uero etiam natuū hoc fuit Metallum species æris,
 multo tamen nobilius ære, quod sua etate quoq; de-
 susse testatur Plinius in 34. cap. 2. & Albertus in 4.
 Mineralium ca. 7. Cæterum de ductibilitate Metal- Metallorū
 lorum, quæ est ex unctuoso argenti uiui, uide in 3. ductibili-
 Mineraliū, tract. 2. cap. 3. De colore in eodē tract. tas unde.
 cap. 3. & 4. De duritie, & Liquabilitate in eodem Metal. affi-
 ca. 1. Que uero affinia sunt Metallis, aut propinqua nia.
 uenis

COMMENT. PHYS.

uenis, locisq; uide apud Plini. in 33. & 34. lib. &
Agricolam in dialogo de Metallis.

DE SALE ET EIVS AFFINIBVS.

Caput XIII.

Sal.

PRIMO: Sal (inter omnia post famem condimenta optimū) generatur ex uapore & exhalatione coniux tis, & per calorem cœlestem & naturalem perustis atq; decoctis. Quod inde patet, quia in star niuis liqueficit in aqua aut uento humido, & instar pulueris conglobati duriusculus est. Nam uero nihil est liquabile nisi aqueum. Nihilq; contra pulucreum est, nisi terreū. Eius sunt plures species, ut Sal gemma, candidissimū, & instar cristalli pellucidum. Est & Sal Naphthicum, cum quo cohæret,

Salis spe 1
cies.

Naph-

tha & cōcrescit Naphtha, bituminis species. Quæ tan-
ta in ignis habet, ut ignes ad eam uisum mox ex-
longinquo transiliant, atq; inflamment. Quinetū
aqua superfusa nō restinguat Naphthan, sed accen-
dit magis per antiperistassin, teste Pli. in 2. ca. 108.
& Ouid. in 6. Metamor. de Medea, quæ huiusmodi
bitumine Corinthij regis aulam incendit. Est & At-
meniacum. Et item aliud Marinum ex aqua Mari-
na adusta & coagulata à Sole. Aliud Stagnale de
stagnis. Aliud Fontanum de fontibus salinarijs ex
aqua decoctum igni. Aliud Metallare Sal quod ex
ueni stirre effoditur. De quibus speciebus in 5. Mi-
neralium cap. 2. & Plin. 31. cap. 7. & 9.

SECVNDC

SECUNDO: Nitrum est quod Sal petrosum uo Nitrum
 cant, hoc uel in uenis terræ nascitur, & condensa= quid.
 tur, uel maritimis aut litoralibus promontoriorum
 rupibus, & saxis, ab aspergine aquarū assidua col-
 lectum, uenit tandem & calore decoctum congele-
 tur, & informam salis induratur. Sic etiam in sub-
 terraneis aut alioqui uidis, & fumidis cellis, pre-
 cipue lapide cameratis, induratum instar stiriæ falsæ
 dependet, uel instar algoris congelati à parietibus
 nitet, Plin. in 31. ca. 5. 10. Et in lib. Mineraliū ca. 7.
 Atq; ab huius exempli de Nitro experientia, conie-
 ctare potes, generationem nostratis Salis. Alumen Alumen
 autem reuera est salsugo, & tanquam salsus terræ quid.
 sudor, quod futurum erat argentum uiuum, si plus
 esset perustum à sulphure, cuius naturæ propinquū
 est. Bitumen quoq; nascitur ex humoribus putrefactis
 etis unctuosis in terra. De utroq; Plin. in 35. cap. 14. quid.
 Reliqua uel à Medicis uel ab Alcumistis require.

DE LAPIDIBVS ET GEMMIS.

Caput XV.

PRIMO: Materia Lapidū est præcipue ter- Lapidum
 trijsimæ sunt in lapidibus, it atamen, ut terra primas
 obtineat partes, id quod soliditas & grauitas eorū
 indicat. Quippe qui supernatare aquis nequeunt, cū
 alias aquæ, ut glacies, & nix, atq; aëria superna-
 tent. Quod autē Punices & Tophi similiaq; supera Punices.
 natent

C O M M E N T . P H Y S .

Tophi & natent, id accedit ab aëree inclusa in poris atq; caue alia poros niseorum concavis. Qua de causa etiam ligna poros cur su= sa, corpora q; alia spiritum concipientia, apte super pernatent aquas feruntur. Dicimus ergo ex terra crassiori & aquam.

unctuosa, ut pote ex luto, argilla, uel ex arenis humido & uiscoso coagmentatis, diuturnitate temporis fieri lapides, Vnde in his sepiissime terram uidemus nondū transmutatam, propter causarum defectum.

Lati & ampli lapides & non continui una de. Sic etiam lati & ampli lapides non semper continui sunt, uerum instar afferū, quædam interualla uenarum terrestriū habent, & quasi laminas ducūt, neuis uenisq; distinctas, ut experientia ostendit in lapidinī. Consimiliter apparet in lapidosis agris. Opportet autem accedere humidū aqueum unctuosum neq; enim sine humido, & uiscoso cōcrescit, & coheret puluerum terrestre siccum. Perinde ut nemo

Calculi uestrum arenas necet sine cera, aut bitumine. Sic siccæ & res in uescis uel renibus animaliū, lapides quos appellant calculos, generantur, ex uiscoso, crasso, & humido, cui commiscetur terreum, & fœculentū quid in imo subsidens, & concrescens in calculum.

Diuersæ species La aquae illa fuerit, eò quoq; crassiores lapides inde pidum pro generatur; ut nostri uulgares Lapilli, Silices, Saxa diuersitate & Rupes minime perlucida corpora, sed opaca, & pleraq; ignobilia. Quo contra subtilior fuerit aqua terraue, aut quo minus fœculentæ istæ fuerint materia, meliusq; decoctæ, & depuratæ solibus, &

estu.

et quoq; subtiliores, nobiliores, magisq; perlucidi
sunt lapides, quos Gemma: u nomine uulgo digna=
mur, et preciosorum lapidum. Ut Crystallus fit ex Gemmæ.
aqua congelata, et deinde solibus percocta, frigo= Crystallus
ribusq; perusta assiduis. Ita enim ex aqua nasci etiā quomodo
possunt lapides, que guttatum cadens in frigidis lo= fiat.
cis supra modum congelatur frigore, et uirtute
metallari coagulatur, aliquo terrestri admixto, et
utroq; desiccato. Ut de Corallio patet in 15. Meta= Corallii.
mor. Et de Electro uel Succino apud Plin. in 36. ca. Electrum.
2. et 3. Quin et ligna quædam in aquas mersa, lon= Lignain
ginquitate temporum indurescunt in saxa. lapides.

T E R T I O: Causa efficiens Lapidum, et Gem= Lapidū
marum proxima, est uirtus metallaris, formans La= et gem
pides aut Gemmas, neq; enim hæc alio nomine si= 1 marum
gnificari potest. Nam ut uirtutes seminales, et for= causa ef
matiæ, ut sunt occultæ, imaginationiæ, magis, quæ ficiens.
sensui ulli expositæ. Ita quoq; proprijs nominibus
appellari nequeūt, nisi quatenus ea suscipiūt à sub=
iectis formis. Ad istam uirtutem accedit Calor Solis 2
exiccans, et excoquens humidum illius materiæ la= 3
pideæ, et Venti desiccantes eandem. Sic. n. pro con=
ditione materiæ, uirtutes cœlestes, et elementares
concurrunt ad generationem, uel maximorū cor= 3
porum naturaliū, Isti etiam uirtuti accedit duplex
instrumentum, scilicet à calido, quod humidum ple= 3
runq; extrahit è lapide, et absunit, Alterum est à
frigido, quod humidum (si quod superest in materia

C O M M E N T . P H Y S .

lapidali) non constringit tantum sicut in metallis,
que rursum igni queunt liquefcere, sed etiam indu-
rat id, & coagulat, adeoq; tandem omnem succum
atq; omnem humorem absumit, ut lapides pleriq;
ne ab Alcumistis quidē curiosissimis liquefieri pos-
sunt, ullo calido sicco, nisi etiam extrinsecus aliquis
alius humor metallaris uel liquabilis alioqui admi-
sceatur calido isti sicco. Sic ergo frigiditas que in
corporibus animatis corruptionem potius adiuuat
quam generationem, in lapidibus contra promouet
generationem, sicut & in Meteoris, eò quod ista
duo sint elementis magis affinia, quam animata.

Vbi gene- Q V A R T O : Loci in quibus generantur lapi-
rent urla- des, sunt montes, littora, fundi a lueorum fluuiatili-
pides. um, agri præpingues, humili & similia. Mirabiles
Gemmarū autem efficacissimæq;, & miraculose adeo uirtutes
uirtutes Gemmarum, sunt proculdubio ab influentia peculi-
arie, & uirtute planetarum, stellarumq; cœlestium,
& ex meliori temperamento elementorū atq; qua-
litatum, in materia subtiliore & puriore Gemma-
Cur Indis rum. Cuius euidentis argumentum est, quod India &
& Aethi- Aethiopia longe preciosissimos mittit lapides. Qui-
opi magis bus in terris propter uicinitatem orientis Solis, &
quā nobis meridionalis, melius, & fortius percoquitur lapi-
nascantur dum materia, quam in occiduis uel nostratibus ter-
gemme. ris. Arena uero lapillis admodum affinis est, terra
Arena. constipata, & quasi puluis induratus ab æstibus,
subsidiens in fundo, littoreue maris, fluminum, aut
fontium.

fontium. Reliqua à Medicis, & à Plinio in 36 & 37.
Item à Gemmarijs. Et ab Alberto in 1. & 2. Mineralium require. Hec n. de causis metallarum breuiter dixisse iam satis est, & de compositis mixtisq;
secundæ compositionis.

DE PLANTIS.

Caput XVI.

PRIMO: Composita tertiae speciei corporum Composita naturalium Plantas esse, de physicorum con- ta tertie sensu iam sepe diximus. Verum Planta est corpus speciei. naturale compositum, animatum, uegetabile, non Planta sentiens. Græcis φυτὸν à crescendo. Latinis Planta quid. vocatur, eò quod uel à natura suapte crescit, & Plantæ ea plantatur, uel studio hominis adiuuatur, & cultu- tymo- ra. In totum uero Plantæ res uaria est atq; multi- plex, inq; uniuersum de ea referre difficile est, ut testatur Theophrastus Peripateticus facūdissimus, cuius cum extens libri nouem de historia plantarū, & quinq; de causis plantarum prolixii, & à Theodo- doro Gaza luculente in latinum uersi, nemo expe- stet à nobis uerbosum huius, & sequentii capitum de plantis tractatum.

SECUNDO: Species plantarum numerantur Plantarū tres, scilicet, Arbor, ut pirus. Herba, ut pulegium, species. Frutex, ut rubus, infra eodem. His quartam speciem annexunt Suffruticem, qualis sit rosa. Partes uero Plantarū Plantarū. Aliæ sunt Primarie, & plurimis cōmu- partes

C O M M E N T . P H Y S .

nes, ut Radix, Caulis, uel Caudex, Ramus, & Surculus. Aliæ sunt non primariæ, & haec quidem innumeræ, quæ cū proprijs uocabulis pleræq; careant, similitudine quadam ex animalium partibus appellationē sibi mutuantur, ut Caro, Medulla, Nervus, Vena. Quædam propria nomina habent, ut Cortex, Folium, Germen, Pomum, Liber, Membrana, Nodus, & multa alia infinita. Cæterum longe plures partitiones plantarum à formis, ab affectionibus, à locis, à uirtutibus, colligit Otto Brunfelsius, ex Theophrasto, & Medicis, in noua Rhapsodia sua herbaria, atq; in figuris distinguit eas. Vide & Theophrastum in primo historiæ plantarum.

Plantarū
materia.

Senecta.
Mors.

Plantarū
causa effi-

TER TIO: Materia plantarū remota, sunt quartuor elementa, & præcipue uirtutes eorum duæ, calidum, quippe, & humidū. Omnes enim plantæ humorem caloremq; sibi insitum quendam possident, sicut etiam animalia, qui calor humorq; cū deficeret inceperūt, senecta diminutioq; consequitur, cūq; penitus defecere, exiccatio morsq; occupant. Præpria uero materia plantarum est terra, ex cuius genitabili parte omnes excrescunt plantæ, humorēq; aqueum accipiunt, ab humectata irriguaq; pluvijs alijsq; humoribus terra. Causa uero efficiens remota plantarum est uirtus cœlestis calefaciens, & fœnsterrena crescentia, & progignentia, ut manifeste appetit in frugibus, quæ in tempesto cœlo plesq; corrumpuntur. Propinqua uero efficiens, est uirtus

*virtus formativa plantarum, quam interim liceat
in genere appellare virtutem plantarem, quæ semi-
nibus atq; radicibus inest, Speciatim uero nomina
sortitur à formis singulis plantarum.*

QUARTO: De semine plantarum, quod uel De semine
materia, uel efficiens earum est, tametsi supra in 1. plantarū.
cap. 21. satis dictū est, tamen peculiariter hic anim= aduertere oportet. Quod *virtus* & *influxus* cœlestis terram penetrans, partes subtiliores (quibus dicta *virtus seminalis* plantarum inest occulta) in fūnum resoluit putrefactas & mortuas quasi, ac de= dum in elementa, ut supra in 2. cap. 26. Deinde rur= sus condensat uiribusq; recollectis, in radicis speci= em transformat partes seminarias. Hec radix infi= Plantæ xaterræ tanquam matris utero, per *virtutem calo=* quomodo ris innati, & cœlestis etiam, humorem terræ circū= alantur et stant, & finitimæ alterat, quantumq; naturæ suæ crescant. conuenit & conduit, ad se se attrahens, imbibit, terreasq; partes humidas, & colatas à colore, deco= flasq; in sui incrementum, plantæq; suæ substantiā, transformat eadem radix, isto humore uegetabili per singulas plantæ suæ partes transmisso penitus, subtilioribus quasi uenis. Sic ergo planta quatenus est terrestris cohæret, quatenus aqua dilatatur, longiusq; serpit, quatenus autem aëria igneaq; est, in altum procerumq; excrescit. Verū de qualitatib= Plantarū bus & uiribus plantarum plura apud Medicos, ali= qualitas et osq; uide. Nam herbarum, arborum, & fruticū co= uires,

C O M M E N T . P H Y S .

Plantarū
finis.

piosissimus numerus , catalogus , descriptio , pictura , virtutes , remedia ex illis , plurima salubria , et partim pharmaca noxia requirantur à Dioscoride Medico , qui de illis luculente diligentissimeq; scripsit . Et eum secuti Commentarij , et Herbarij quidam doctissimi , multa in hac parte elaborarunt . Quare cum ista ad Medicorum professionem frè spectent , illos ipsos de materia sua consule . In tanta n. dissimilantia doctissimorum quoq; non institui nomenclaturam , nedum iudicium de plantis facere . Sunt autē plantæ ab hominibus cognitæ pleræq; propter necessarium uitæ usum , uel ob sanitatem , uel propter amoenitatem et ornatum , sicut et earum fructus plerunq; hominū uoluptati et sanitati inseruiunt . Tametsi enim quedam sint uenenosæ et ioxæ plantæ , tamen haec quoq; suaratione temperata , et instructæ , aliquatenus homini aut animantibus prædesse , uel saltē non obesse noscuntur . Hæc de plantis in genere causisq; earum modo sufficient .

D E A R B O R I B V S .

Caput XVII.

Radix
quid.
Caulis
quid.

Species plantarum primarijs partibus quatuor inter se differunt , supra enumeratis , cap. proximo , articulo 2 . Et quidam Radix est imam pars plantæ , qua alimentū tanquam ore attrahitur , hæc omnibus est communis in genere plantarum . Caulis est quod supra terram simplex assurgit , alimentū pri-

morecipiens à radice adhærente, qui in arboribus
 vocatur Caudex, Truncus, uel Stipes, et quasi cor-
 pus plantæ est. Rami sunt qui à caule uel à caudice Ramus
 sibi multiplices sparguntur, sicut à corpore huma- quid.
 no sparguntur brachia, et crura, et horum mem-
 bra. Surculus est quod ex ramis individuum quasi sim- Surculus
 plexq; oritur, sicut digiti à manibus, et pedibus, quid.
 Itaq; arbor est planta, que ramosa, nodosa, surcu- Arbor
 losa q; caudice simplici altius à radice assurgit, ut quid.
 uitis, quercus, cerasus. Differentiae arborum à uas Arborum
 rijs notis accidentium locorumq; sumuntur, et de- differētiae.
 inde à singulis formis suis. Sunt ergo arbores pre- 1
 ciosæ, Odoriferæ, Externæ, ut Myrrha, Thus. Bal-
 samus. De quibus Theophrastus in 4. historiæ. Et
 Plin. in 12. et 13. libris. Sunt Communes fructiferæ, 2
 ut Vites, apud Plini. in 14. Olea, et Cæteræ apud
 Plin. in 15. lib. Sunt Sylvestres sponte nascentes, ut 3
 Glandiferæ et ferentes baccam, et ex quibus ma-
 teries ad ædificia cæditur, ut Quercus, Ilex, Ornus.
 De quibus Theophrastus in 3. et 5. historiæ. Et Pli-
 nius in 16. Sunt Urbanæ, Hortenses, Cultæ arbores, 4
 de quarum cultura Plinius in 17. libro, ut Pomus,
 Pyrus, plura Theophrastus in 2. et alibi, plurima
 Columella atq; Palladius, Scriptoresq; rei rusticæ,
 ut Virg, in 2. Georg. tradiderunt. Sunt item arbo- 5
 res fructiferæ, ut Pomii. Steriles, ut Salix. Florife- 6.7.
 ræ, ut pyrus, Cerasus. Non florentes. Terrestres. 8
 Et Aquaticæ. 9

C O M M E N T . P H Y S .

D E H E R B I S .

Caput XVIII.

Herba
quid.

Herbarū
differētiae.

rijs notis accidentium atq; locorum sumuntur,

deinde à singulis formis suis speciatim.

Sunt enim
herbæ Frumentaceæ nobilissimæ, ut Triticum, Silī-

go, Hordeum, Avena, & reliquæ ferentes frumen-

ta. Sunt & Leguminales, quæ ferūt Legumina, ple-

Agricul-
tura.

ra q; seminalia, ut Pisum, Milium, Sesamū. Et circa

has duas species bona pars agriculturæ uersatur fe-

rè, de qua Plin. in 18. & Theophrastus in 8. histo-

riæ. Sunt & herbæ Horteses, quæ & olera appellā-

tur, hominū esui utilia & necessaria ut Rapa, Ra-

phanus, Pastinaca, Foeniculus, Sinapi, de quibus

Theophrastus in 7. Historie, & Plin. in 19. & 20.

Olera me-
dij gene-

ris.

Hæc olera medij quasi generis inter frumenta &

Legumina censemur. Et Horum etiam multas sylue-

stria sunt, suaq; sponte sine cultura hominis nascun-

tur, ut Lactuca, Nastúrcium, Boleti, Vrtica, Sunt

etiam herbæ Coronariæ, Floriferæ, & pleræq; Odo-

riferæ, ad amoenitatem natæ, sicut olera & frumen-

ta ad necessitatem & uictum animantium, ut Amaz-

racus, Lilium, Nardus, & similes herbæ, de quibus

Plinius in 21. Sunt & herbæ peculiariter Medicæ,

causa sanitatis inuentæ, & comparatæ, ut Iusquias-

muis,

H E R B A est planta, quæ foliata sine caudice
quidem, sed cum caule crescit ab radice, se-
men caule ferens, aut surculis. Quales herbæ sunt
differētiae, frumenta & olera. Herbarū item differentiæ, à ua-

rijs notis accidentium atq; locorum sumuntur, &
1 deinde à singulis formis suis speciatim. Sunt enim
herbæ Frumentaceæ nobilissimæ, ut Triticum, Silī-

go, Hordeum, Avena, & reliquæ ferentes frumen-

ta. Sunt & Leguminales, quæ ferūt Legumina, ple-

Agricul-
tura.

ra q; seminalia, ut Pisum, Milium, Sesamū. Et circa

has duas species bona pars agriculturæ uersatur fe-

rè, de qua Plin. in 18. & Theophrastus in 8. histo-

riæ. Sunt & herbæ Horteses, quæ & olera appellā-

tur, hominū esui utilia & necessaria ut Rapa, Ra-

phanus, Pastinaca, Foeniculus, Sinapi, de quibus

mus, Cicuta, Pulegium, & similes, de quibus Plin. in 22. Quamuis sunt etiā plurimæ medicinæ ex arboribus hortensibus, apud Plini. in 23. & ex arboribus sylvestribus, apud Plin. in 24. Sunt herbæ sponte nascentes sine cultura hominum, ex quibus etiam medicinæ fiunt, ut Dictamum apud Plinium in 25. & 27. Qui plures etiam remediorum species colligunt ex herbis, alijsq; rebus plantaribus in 26. libro.

DE FRUTICIBVS.

Caput XIX.

Frutex est planta, quæ ramosa assurgit, caudice multiplico à radice, ut Hedera, Aspara= quid. gus, Arundo. Huiusmodi frutices etiam Arbuscula= rum appellatione ueniunt, & quandoq; Arbusta di= cuntur. Suffruticem uero dicunt plantam, quæ sur= culosa, se latè spargit à multiplico caudice, ut Enu= lauel Helenium, Rosa, Nardus, & quædam alia co= ronamenta, apud Theophrastum in 6. hist oriae ca. 6. & 7. Hostamen suffrutescēt conumerat Plin. in= ter herbas, qui duas ferentantum species nominat, scilicet Arborem, & Herbam, commiscens frutices partim herbis, partim arboribus, neq; enim usque= adeo superstitione hæc discernere oportet.

DE CVLTURA PLANTARVM.

Caput XX.

TAmetsi Superioribus paulo ante capitibus de Usu huius cultura plantarum admonui, tamen hoc capitis.

C O M M E N T . P H Y S .

put inferui, ut si qua memoratu, notatuq; digna obseruarentur, in eorum scriptis, qui de agricultura egregie scripscrunt plurimaq; sunt consecuti, ea in hunc locum tanquam communem, annotarentur.

Agricultura. Habet enim agricultura ut utilissima, ita quoq; honestissima precepta & exempla, non in coleundatam tum terra, uerum etiam bene, parce, modice, honesteque uiuendi, ut Plin. in 18. cap. 1. & 7. Virg. in 3. Georg. alijsq; prodidere. Quam uero ars & cultura cum alijs, tum in plantis adiuuet naturam, & hec rursus adiuuet artem, satis admonui supra in primo cap. 9.

D E F R V G I B V S .

Caput XXI.

Fragum quoq; mentio satis supra facta est cum arbores, & herbas plerasq; diximus esse frumenti usus huius giferas. Licet ergo in hoc etiam caput plura studiose colligere, de frugibus, & fructibus, de seminibus, germine, & floribus, obseruata in uariorum autorum lectione. Quae alioqui propter immensam copiam & uarietatem plantarum, nequeant comprehendis superioribus capitibus. Ut etiam de inuentoribus frugum, & culturæ, de Osiride, Iside, Cerere, Baccho, ut apud Herodotum in 2. & Diodorum in 2. & in 6. Item de usu fructuum, & uoluptate, quomodo condiri debeant, aut etiam coqui, quales plurimas cupediarum delicias, & illecebras, Platina in libro de honesta uoluptate describit.

DE

DE LIQVORIBVS.

Caput XXII.

Svci et liquores ex plantis, earūq; partibus, Succi et frugibus emanātes, uel expreſſi, significat liquores. omnino plantas esse aqueas, et aquam proximeſe- cundū terram, dominari in plantis. Sicut et frugū Subtilitas ac leuitas qua supernatā plerāq; referunt quiddam aērium. Perinde ut ſiccitas igneum refert in pipere, lusquiamo, et ſimilibus. Proinde et Me- dici in gradus certos calidi, humidi, ſicci, frigidi, col locauerunt plantas, pro elementorum qualitate, et proportione. Huc autem conſerre potes, que Plini= Vſus huius us alijq;. De Vino, eiusq; uarijs generibus, de aceto capit. annotauit, in 14. et 23. cap. 1. De Oleo in 15. De Vn- guentis in principio 13. De Succis arborum et fru- fluum in 15. cap. 27. et 28. De Vſu, Salubritate, uel Inſalubritate aquarum in 31. cap. 5. et ſequentibus quinq;. De melle in 22. cap. 24. De Veneno in 2. cap. 63. Item ea quae de innumeris Potionibus, et Dosi- bus, Emplastris, et Elec̄tuarijs. De Succis et Aquis plantarū, Medici in ſuis libris præcipiunt. Qualia, Medicinæ præfertim ſtudiosis, neceſſaria erunt, nō ex solo Plinio, uerum ab alijs quoq; mutuanda, etiā Canon. nō ita latinis scriptoribus. Nam quod ad rerum sci- entiam et copiam parandam attinet, nullus liber- tam malus eſt, quin aliqua ex parte prodeſſe poſſit.

DE MENSVRIS.

Caput

C O M M E N T . P H Y S .

Caput XXIII.

De quibus
mensuris
hoc caput
agat.

Mensuræ
rum uul-
gatoria
nomina.

Finitus erat index nudus de plantis, nisi adhuc aliquot mensurarum hic facere libuisset nomenclaturam. Non quidem ponderum & monetarum, quæ ad Budæum remitto. Sed quibus liquida & minuta metimur. Quæ uocabula ex media antiquitate, sunt à Budæo diligenter (ut omnia) & sollicite eruta. Breuiter ergo uulgatoria mensuræ nomina hæcerant olim.

- 1 Cyathus, est uncia sextarij, id est, duodecima pars semicanthari nostratis.
- 2 Oxybaphus est sesquicyathus, octaua pars sextans.
- 3 Sextans.
- 4 Quadrans.
- 5 Triens.
- 6 Quincunx.
- 7 Hemina, Cotula, Acetabulum, est Semisextarius.
- 8 Septunx.
- 9 Bes.
- 10 Dodrans.
- 11 Decunx.
- 12 Deunx.
- 13 Sextarius, est semicanthus Thoringicus uel Franconicus.
- 14 Quintarius.
- 15 Quartarius, est quarta pars Congij, sicut Quintarius quinta, & Sextarius sexta.
- 16 Chœnix, Gomor, Tertiarius diurnus, Demensum

sum, ualeat cantharum nostratem, & dicitur sum diure de frumento plerisque, quantum unihomini num. sufficit in diem.

- 17 Chus uel Chous, sunt duo canthari.
- 18 Congius, tres canthari. Inde cognomen est in= Ciceronis ditum Ciceroni, oratoris filio, ut diceretur filius bico= Bicongius, quod uno haustu absorbere pos= gius quare set duos congios. dictus.
- 19 Semodius, quatuor canthari.
- 20 Semiurna, sex canthari.
- 21 Modius uel Lagena, octo canthari.
- 22 Vrna, Semiamphora, duodecim canthari.
- 23 Triteus sedecim canthari.
- 24 Amphora, Quadrantal, uigintiquatuor can= thari.
- 25 Cadus, Metreta, triginta canthari.
- 26 Sitometrium, Demensum menstruum, erat tan= Dementum frumenti, quod sufficeret uni seruo in sum men= mensem, circiter triginta duos cantharos. struum.
- 27 Sesquiamphora, Batus, Hebraica mensura, si= cut Gomor, habet triginta sex cantharos.
- 28 Medimnus atticus, ualeat sex modios & duas amphoras, quadraginta quatuor cantharos, propemodum mensura, quæ hic uocatur Mo= dius decennarius.
- 29 Quinquagenarius. (Medimni.)
- 30 Semiculeus, id est, decem Amphoræ, uel quinq;
- 31 Culeus, uigin: i Amphoræ, decem Medimni, & nouem

COMMENT. PHYS.

nouem nostrates Modij.

32 Sesquiculeus, triginta amphore, quindecim
Medimni.

33 Semicorus, uiginti Medimni.

34 Corus, quadraginta Medimni.

35 Sesquicorus, sexaginta Medimni.

Hactenus ferè usurpantur uocabula mensurarū,
quibus non modo liquores, sed & frumenta, aliaq;
similia metimur. Hec de plantis & plantaribus.

DE ANIMALIBVS.

Cuput XXIII.

Composita
qua parte
speciei.
Animalis
accep.

Animal
quid.

Modus do-

PRIMO: Composita quartæ speciei naturaliū
corporū, Animantia esse manifeste apparet,
ex ordine prædicamenti substantiæ. Verum Ani-
mantis uel Animalis uocabulo in hoc capite more
uulgi utemur per antonomasiā, pro bestia aut be-
stiola, hoc est, pro animali bruto, uel irrationali, ut
hominem non complectatur. Nam de hoc infra de-
mū eodm cap. 32. Græci ζῷοπᾶ uita appellant ani-
mal, quod huius generis demum habeant & uitam
& sensum. Itaq; hoc loco Animans uel Animal, est
substantia corporea, animata, sentiens, rationis tan-
tum expers. Hac sane definitione cognoscitur dif-
ferre animātia, ab omnibus alijs substantijs quibus-
cunq;. Siquidem bestiæ propria differentia est uiue-
re, sentire, & tamen ratione humana carcere. Neu-
cendi. tiquā uero in hoc capite, aut sequētibus, aliquid ex-
plicare

plicare statui, contentus pleraque nude ac breuiter
in licis uice ostendere, quonam loco apud alios auto-
res reperiantur commode ea, que ad animātia spe= Qui de ani-
stant. Nam Aristotelis decem & octo libri de ani= malibus extant, latini facti à Theodoro Gaza, & malibus Albertus Aristotelem secutus, uiginti sex uolumi= scripse= na reliquit de animalibus, hodieq; extantia, & Pli= rint.
nius quoq; ualde egregiam nauauit in hoc argumē= to operam, ab octauo in 12. librum usq;. Post tantos ergo autores uelle aliquid uerbosius loqui de rebus optime pertractatis, mera esset arrogantia ne dicā impudentia.

SEC VND O: Diuisiones animantium uulgo Diuis. Ani numerantur, à differentijs accidentarijs et substancijs, quales quidem differentiæ generum & spe= cierum animalium, quonam modos sint eruendæ & sumendæ, Arist. differit in toto 1. libro de partibus animalium. Itaque prima diuisio est à formis gene= I. diuis. rum, scilicet. Animalia esse aut Volatilia ut aues, aut Aquatilia ut pisces, aut Insecta ut uermes, aut Terrestria ut quadrupedes. Hanc enim Plinij parti= tionem perspicuā magis quam aliorum libet ample= cit, quamvis ordine inuerso. De his autē generibus mox infra eodem suo cuiusq; capite, & Aristoteles in 2. historiæ animaliū cap. 1. Secunda diuisio, parū II. diuis. admodū dissimilis superiori, est à modo progres= ui motus, de quo infra in 4. cap. 16. Animantia esse aut Volatilia, aut Natatilia, ut pisces, aut gressibi= lia

C O M M E N T . P H Y S .

lia ut quadrupedes, aut Reptilia ut serpentes &c uer-
mes. Tametsi Albertus dicit hæc quatuor cōmuniū
esse genera animantium, sed pauxillum admodum
refert. Hanc autem partitionem explicat Albertus
in i. tract. i. cap. 8. de animalibus. Qui titulus eius
operis subintelligi debet deinceps, ne tædiose cogi-
eum repeteret toties.

diuis. III.

TER TIO: Diuisio tertia à partibus est, Animā-
tia. Quædam partibus quibusdam, aut pluribus in-
ter se conueniunt, ut capite, corde, uentre, pedibus,
conueniunt aues, cum bestijs. Quædam partibus in-
ter se discrepant, ut pisces à bestijs, & queq; species
animantium sic ab alijs separatur, per suas quasdā
peculiares quasi partes integrales aut substantiales.
Nā alia est forma galli quam anseris aut cigni, alia
est forma leonis, quam felis, aut cerui. Ut enim spe-
cies ab inuicem differūt suis differentijs, & propri-
etatibus, sic partibus quoq; suis discernuntur, ut cer-
uo sunt cornua, & ungulæ, leoni non item, habenti
iubas & ungues. De hac diuisione Aristoteles in:

III. diuis.

Historiæ cap. 2. ac 6. ac deinceps, & Albertus in:
tract. i. cap. 2. & 5. Quarta diuisio est à sanguine.
Nam Animantia Quædam sunt Sanguinea, de qui-
bus Aristoteles in tribus libris prioribus historie,
item Albertus in tribus prioribus. Quædā sunt Ex-
anguia, que non habent Sanguinem, sed aliud qui-
Exanguia humoris naturalis uice sanguinis. Atq; horū exan-
quotuplic. guium, alias sunt mollia, quia nullam habent crustā

Exanguia
quotuplic.

uel testam, sed uel squamas uel nudam cutem, ut anguile, sic plerique pisces vocantur mollia exanguia undecim generum. De quibus Albertus in 4. tract. 1. Dicuntur et mollia quae habent molliusculam testam, ut Carabus quem nostri Marinum Araneum vocant, de quibus Albertus in 4. tract. 1. cap. 2. et Arist. in 4. historie cap. 1. Alia exanguia sunt cruenta, ut cancri, Albertus eodem cap. 3. et Arist. in 4. historie cap. 2. Alia sunt testata, habentia testas duriiores, ut conchae, testudines. Albertus eodem cap. 4. et Aristot. in 4. histor. cap. 4. Alia sunt insecta, de quibus infra eodem cap. 28. dicemus. Quinta diuisio, est a membris pertinentibus ad motum. Nam Animantia Quædam habent pedes, ut gressilia, Aues Quædam non habent pedes, ut pisces. Item animantia Quædam sunt alata, ut Aves, ut Insecta volantia Quædam sunt non alata ut asinus, equus, ut pisces, qui loco alarum habent branchias Albertus in 1. tract. cap. 7.

Q V A R T O: Sexta diuisio a locis est, ut Animantia Quædam sunt Terrestria, ut bos, equus. Quædam Aquatilia ut pisces. Quædam Media, quo Medium Alia in terra, aereque degunt, ut aues. Alia in quota terra et aqua degunt ut castor, anas, crocodilus, plicia. Quædam in terra, aere, et aqua, ut mergi, fulicæ, Aristoteles in 1. histo. ca. 1. et Albertus in 7. tract. 3. cap. 1. et Aristo. in 8. historie cap. 28. et 29. Septima diuisio, est a discrimine uitæ, uictus, actio-

C O M M E N T . P H Y S .

num, & morum, adeoq; ab effectibus & affectibus
Sic animantia. Quædam sunt Domestica & Mitia,
ut canes. Quædam sunt fera indomabilia, quæ nun-
quam aut difficillime curari possunt, ut tigris,
apes, hirundo, musca. Quædam fera quidem sunt,
sed tamen domabilia ex curabili arte, & con-
suetudine, ut Leo, Vrsa, Elephas, Luscinia, Alauda.
Item Animalia, Quædam sunt politica, colentia
formam quandam ex ordinē uite politice, ut apes,
grues, formicæ, & pleræq; aues coniugia seruan-
tes, & sobolem educantes, sicut & delphini. Quæ-
dam & pleræq; non politica, ut Porci, tigrides, pi-
sces pleriq;, & bestiæ pleræq;. Hæ tametsi educant
sobolem, tamen coniugia non obseruant discreta.
Huius autem diuisionis septimæ materia latissime
patet. Nam ab infinitis actionibus & moribus dif-
ferentiam animalium liceret discernere, ut etiam
copiose explicatur ab Alberto in 1. tract. 1. cap. 3.
& 4. & multo copiosius per totum septimum li-
brū. Vbi de habitatione, uictu, migratione, de mora-
bis, & ualeatudine, ac salubritate, deq; causis ha-
rum operationum differit. Item differentiæ sumi
possunt plurimæ à moribus animantium, quorum
diuersitatem exponit Albertus in 8. de eorum socia-
bilitate, & inimicitijs, de prudentia, uel stulticia,
& Aristoteles intoto 9. libro historiæ, uarios mo-
res actionesq; depingit animantium.

DE

DE FOETURA, GENERA-
tione, causisq; animantium.

Caput XXV.

PRIMO: Octaua animalium diuisio, est à mo- VIII. dlo
do atq; differentia generationis & pariendi uis.
fetus sui. Nam animantium. Alia sunt ouipera, ut
Aues, & Pisces, ex quorum ouis deniq; nascuntur
pulli, aut pisculi, infra eodem cap. proximo & 27.
Alia sunt Vermipara, ut Apes, Locustæ, Eruce. A-
lia sunt Viviipara, quæ animaliuum pariūt sibi si-
mile, ut Vacca, Canis. Alia concipiunt quidem oua,
sed animal pariunt, ut Viperacōcipit ouum, & gi-
gnit uermem. De hac diuisione in 1. historiæ, cap. 5.
& Albertus in 1. tract. 1. ca. 6. & iam mox dicetur
infra eodem suo cuiusq; capite. Cæterū hic & infra
longe plura essent nobis dicenda de generatione ani-
malium, nisi hanc totam materiam ab Aristotele Al-
bertoq; peti mallē. Qui ista quam copiosissime per-
spicuoq; ordine pertractauerunt, & methodum
quog; certam præscripserunt de scientia animali-
um, ut Aristoteles in toto primo de partibus, & Al-
bertus in toto ii. libro. Pauca tamen admodum de
causis dicere libet, quarum & Albertus meminit in
15. capite 1. Quia de effectibus animantium aliquid
supra eodem, capite proximo in diuisione 7. attigi-
mus Partes tamen infra eodem capite 31. uidebimus.

SECUNDО: Quadruplex omnino est corpo- Compo-
rū ex sua materia compositio Prima scilicet ea, quæ i sitio cor-

C O M M E N T . P H Y S .

porū qua= ex materia prima fit, accessione formæ. Qua cōbo-
 druplex. sitione & elementa in uicē transmutantur, & quasi
 componuntur, ut supra in 1. cap. 14. & supra in 2.
 cap. 26. Et hec cōuenit non animalibustantum, sed
 & alijs corporibus naturalibus, ex longinquo tamē
 2 quia remotior est. Secunda est ea cōpositio, que ex-
 primordijs conficitur, nimirum ex elementis terra,
 aqua, aëre, & igni. Quanquam melius fortasse dici
 potest, (ut ait Aristoteles) hanc secundam ex virtu-
 tibus elementorū confici, hisq; non omnibus, sed hu-
 mido, sicco, calido, & frigido, que sunt materia se-
 cunda corporum compositorū, ut supra in 2. ca. 22.
 & 26. & in 6. & supra in 1. ca. 19. & fusissime Al-
 3 bertus in 20. Tract. 1. Tertia compositio, est ex pri-
 mis illis natura similaribus et homogenijs partibus,
 ut corporis constitutio ex seminali, carneo, humo-
 4 re, osseo, neruoso, & similibus. Quarta compositio,
 est ex partibus dissimilaribus heterogenijs, in unū
 corpus quasi coaugmentatis, ut ex capite, collo, hu-
 meris, brachijs, lateribus, dorso, uentre, cruribus.
 Hanc partitionem de materia præmisi, tanquam ne-
 cessariam ad superiora melius intelligenda, & ad
 partium cognitionem, infra eodem, cap. 31. atq; ad
 hoc etiam caput, de ordine generationis.

Materia
 propin-
 qua ani-
 malium.

TER TIO: Materia secunda & propinqua ex
 qua generantur animantia (ut de elemētis nihil hic
 repetam) est semen genitabile fœcundum, et proli-
 ficum, & subtilissimo optimoq; omnium membrorū
 corporis

corporis alimento collectum, quod per transmutationem elementarium partium fœcundatum et subactum, concrescit in utere matris, primo in sanguinem, uel humorem, et mox in carunculam quoque, uel tale quid crassiusculum coagulatur. De quo semine in 2. Generationis animalium, cap. 2. et 3. Et in primo Generationis animalium, cap. 17. in finem libri usq;. Et copiosissime Alber. in 15. tract. 2. toto. Deinde humor ille animalis carunculaq; paulatim increscens a somno caloris in ouo aut utero, in membra partesq; abire incipit, ut primum omnium, sensu plurimorum, existat cor, uel aliud quid cordis uice fungens, ut in animalibus insectis quibus corde est, inde paulatim solidior fit illa materia animalis iam informata, ut cōponatur caro, uenæ, nerui, ossa et reliqua inde membra in embryonem formata. Sic Embryon enim uocat fœtum inceptum et informatum, sed non quid. dum plene formatum, neq; perfectum in ouo aut utero. Hanc generationis seriem et embryonis incrementum, prolixe in 2. generationis animalium, ca. 4. et 5. Et Alber. in 16. tract. 2. ca. 1. et 4. et deinceps. Et in 18. tract. 1. cap. 3. Sic ergo patet semen, et partes, praesertim homogenias, esse materiam secundam corporis animalis, siue partes sint elementares, siue corporeæ. De qua multiplici materialitate Albertus in 20. tract. 1. toto differit. Quia uero tamirabilem uim seminis et fœcunditatem animaduerterunt quidam diligentius, admiratione igitur com

C O M M E N T . P H Y S .

Quinta
essentia.

moti dixerunt, non ex elementari tantum, uerum etiam ex cœlesti materia (quam isti quintam essentiam uocant) esse compositum semen, & corpora mixta, sentientes utiq; idem, quod infra mox de effidente cœlesti dicam, quorum opinionem Albertus in 20. tract. 1. cap. recitat, De semine tamen utrum ex omnibus membris, an ex quibusdam certis emas net & colligatur, vide disputationem Aristotelis in 1. de generatione animalium, cap. 17. & 18. Et Albertus in 15. tract. 2. cap. 1. & 2.

Semen an
ex omni-
bus mem-
bris colli-
gatur.

Animan-
tium cau-
sa forma-
lis.

Animan-
caus. effi.

Sol.

Q V A R T O : Causa formalis animantium, est ipsa eorum species multiplex in genere quæq; suo, qualis species avium, piscium, uermium, & bestiarum, Plinius & Albertus enumerat, ut infra eodem capitibus sequentibus. Causæ autem efficientes sunt plures, remotæ, scilicet, & propinquæ, corporū generandorum. Prima atq; summa, est ipse Deus, creator & formator omnium spirituum, atq; corporū. 2 Deinde est cœleste efficiens, quam isti uim & uitatem formatuam cœlestem uocant. Quia (iuxta illud uulgatum) Homo generat Hominem & Sol. Sic & Animal generat Animal & Sol. Solis autem appellatione hic ueniuit quælibet influentiæ, & uitates supernæ, cœlitus generationi corporum superuenientes. De utroq; horū Albertus in 20. cap. 1. & 2. & in 2. generationis animalium ca. 1. Tertia efficiens & propinqua propriaq; causa corporum, est uitus seminalis formatuus, quā in genere uocamus

animas

animalē, speciatim uero nomina à subiectis animātum formis sortitur. Sicut ergo semen est materia propinqua corporis, sic uirtus seminaria est efficiēs propinqua corporis. Hęc autem uirtus appellatur seminalis eò, quod ab anima vegetativa atq; sensitiva, diuinitus est indita semini genitabili, atq; partibus enatis ex semine, totiq; adeo materiæ secundæ corporum, elementari uel corporali insita est. De qua materia & uirtute peculiariter Albert. in 20. tract. 2. cap. 3.

Q VINTO: Causa item efficiens generationis animalis, est uirtus informans, atq; fouens sperma, et embryonem, idest, fœtum ceptum quidem in Embryo. utero, sed nondū perfectum, quae uirtus mouet sperma quid. ma, et embryonem ad crescendū, et ad suscipiendum formas partium, membrorum, atq; articulorū corporis nascituri. Atq; ita hec uirtus mouens, et ista altera uirtus seminalis sibi mutuas locant operas, mutuoq; se adiuuant. De illa tamen grauiſſime contenditur à Physicis, et Medicis Vtrum mouens Disputatio uirtus sit intra sperma, et Embryonem uitalis, an extra. Atq; Vtrū sperma, et ipse embryo moueatur ab anima matris, in cuius utero iacet, sicut carcinoma, aliud ulcus, mouetur ab anima corporis, cui adhæret, an sperma et embryo suapte anima moueatur. Hęc disputatio prolixā est, atq; amoena apud Alb. in 16. tract. 1. toto, et pr̄esertim in ca. 7. et 8. & ca. 16. ubi cōcludit secundū Peripate. animā esse in semi

C O M M E N T . P H Y S .

ne, sicut artem in artifice, & instrumentis, à quibus
fit corpus artificiale. Atq; animā esse in Embryone,
sicut artem in lignis, & lapidibus, à statuaria iam
formatis, uide & Arist. in 2. Generatio. animal.ca.
1. circa medium. Hæ sunt ergo cause efficientes cor-
porum animalium, quas amplius tractat Albertus
in 24. tract. 2. præsertim cap. 5. ubi materias & ef-
ficientes colligit atq; inuicem comparat.

Instrumenta genera- S E X T O : Instrumenta uero ad generationem
tionis. corporum, atq; ad efficientes causas pertinentia,
sunt uaria, ut masculinus & fœmininus sexus, in
plerisq; animalium generibus, de quo in 4. histor.
cap. 11. Et in 1. Generatio. animal. cap. 2. Et Alber-
tus in 16. tract. 1. cap. 1. Et 17. Et eodem libro tract.

Consuetudine maris 2. ca. 2. Et in 18. tract. 1. & 2. De maris uero & fæ-
do maris mellæ consuetudine prolificæ Aristó. in 5. historia
et fœminæ cap. 1. & 2. & deinceps. Et in 1. Generatio. animal. Et
prolifica. Albertus in 5. tract. 1. cap. 1. & 2. De seminatione
Seminatio Albertus in 5. tract. 2. De imprægnatione & fœti-
Imprægnatione ficatione in 5. in tract. 1. cap. 3. Et de membris ad ge-
tio. nerationem necessarijs. Aristó. in 1. Generatio. animal.
cap. 3. & infra. Et Albertus. in 15. tract. 1. cap. 2. &

Impedimenta genera- deinceps usq; ad secundum tractatum. Quæ porro
tionis. sint impedimenta generationis, ostendit Albertus
in 10. tract. 1. Et causas sterilitatis in eodem tract. 2.
Sterilitas. & in 16. tract. 2. cap. 1. Et in uniuersum de genera-
tione animalium, & fœtu, differit Plini. in 10. cap.
63. Et Aristot. in 2. generat. animalium cap. 4. &

deinceps,

deinceps, Causa autem finalis animantium, est sua Animam-
cuiusq; propria functio, & officium, actioq; & opere tum cau-
ratio, secundum speciem suam. Quales pueriliter safinalis.
designantur uocabulis uocū in Epigrammate Phi-
lomelæ, quod Ouid. falso ascribitur, sed de proprie-
tatis animalium in specie, uide Aristot. in toto 9.
libro historiæ, & Albertum, in postremis quinq;
libris. Atq; hæc de generatione causisq; animantium
dixisse satis sit, & indicasse.

DE VOLATILIBVS.

Caput XXVI.

DE auium atq; uolatilium generatione, de Volatiliū
ouis, incubatione, fomentis, Albertus in 5. generatio-
tract. 1. cap. 3. & 6. Et in lib. 6. tract. 1. toto, & præ- oua, incu-
batione in cap. 4. ubi de formatione pulli in ouo dicit, batio, fo-
to. Et in histor. cap. 1. & deinceps usq; in cap. 16. Et in menta.
3. generat. animal. cap. 1. & 2. Et Plin. in 10. ca. 52. Formatio
& 53. Et Albertus in 16. lib. tract. 1. toto fusissime. pulli in o-
Ceterū de nomenclatura, moribus, natura, & pro- uo.
priate auium, diserte docet Plinius in 10. toto libro Volatiliū
& Albert. in 23. toto, & in 9. historiæ, à ca. 8. usq; nomencla-
ta. in cap. 27. & in 2. histo. cap. 12. Et Alber in 8. tra- tura, mo-
ribus. 2. cap. 4. & sequentibus. Et de uictu earum in 2. res, natu-
ra. histo. cap. 3. Deq; partibus auium in 4. partiū cap. ra, & pro-
12. & Albertus in 14. tract. 2. cap. 6. Non autē com- prietas.
pleximur auium aut uolatilium uocabulo insecta Partes uo-
ciam uolantia, sicut neq; animantiæ terrestria uel latiliū &

a 5 aqua= uictus.

C O M M E N T . P H Y S .

aquatilia, quamuis oua pariant, sed tantummodo bipedes, alatas, pennatasq; uolucres, uolantes in aëre uel supraterrā, ut sunt anseres, gallinæ, grues, & reliquæ apud Plin. in 10.

D E A Q V A T I L I B V S .

Caput XXVII.

Aquatiliū generatio & proliſtio. **D**E Generatione & proliferatione Piscium & aquatilium Albert. in 5. tract. 1. cap. 5. & lib. 6. tract. 2. toto. Et in 6. hist. ca. 10. usq; in ca-
cato. 18 in 3. generat. animal. cap. 3. usq; in cap. 7. & in
5. histo. cap. 5. & ſequentibus. Et Plin. in 9. cap. 50.
Aquatiliū differ. & 51. Aquatiliū uero quædam habent sanguinē,
ut Balena, Cetus, & pleriq; pifces, habentes squa-
mam uel cutem, tametsi horū etiam aliqua careant
exanguīū ſanguine. Alia Aquatilia ſunt exanguia, quorum
ſecundū cum Plin. in 9. ca. 28 tres ſpecies diſtinguat, ut ſint
Pliniū, 1 Primo Mollia, quæ Græci μαλαχι, Albertus Ma-
tres ſpe= 2 lachias uocat. Secūdo Crustata, quæ tenuem crustā,
cies. ſubtilioremq; & fragiliorē testam habent, ut can-
3 cri. Tertio Testacea, quæ preducta, & quaſi filicea
Aquatil. testa integuntur, ut Ostrea, & Conchylia. Alber-
exanguīū tū tamen diligentior, exanguium aquatilium enu-
undecim merat undecim ſpecies, & deſcribit in 4. tract. 1.
species ſe= usq; in cap. 7. De quorum generatione Alber. in 5.
cundū Al- tract. 2. cap. 4 & lib. 17. tract. 2. cap. 4. et 5. & in
bertum. 4. histo. cap. 1. usq; in cap. 7. & in 3. gener. ca. 8. &
in 1 genera, cap. 11. & 14, & ſequentibus. Atq; de
exanguium

exanguium aquatilium membris & partibus Albertus in 14. tract. 1. toto. Et de partibus piscium, aliorumq; aquatiliū in eodem tract. 2. ca. 7. De uis & uerorū in 8. histo. ca. 2. Et Albertus in 7. tract. 1. cap. 3. Cæterum de natura, moribus, proprietateq; aquatilium Plin scribit in lib. 9. toto, & in 2. histo. cap. 7. Et Albertus in 8. tract. 3. toto, & lib. 24. toto, & in 9. historiæ cap. 21. & 37. & alibi sparsim. Longe autem maiores beluas in mari nasci quam in terra docet experientia. Non autem complectimur nomine piscium neq; aquatilium, reptilia animantia, aut gressilia, aut uolatilia, etiam si aquis innata re possint, ut serpentes, & prope aquas quædam habitent ut Anates, Mergi. Plini porrò in 32 cap. 12. animalium omniū, in toto, tamq; uasto, & spacio mari uiuentium non plura quam 176. genera esse constanter affirmare audet. Cuius sententiæ fidem & sensum apud ipsum esse permittimus.

DE INSECTIS.

Caput XXVIII.

INsecta uocantur animalia terrestria quidē, sed minutiora, & quæ cæsuras incisaq; loco membrorum habent. Qualia Alber. uocat annulosa, duodecimam speciem inter exangua animantia, eo quod cutis ipsorum corrugata, quasi in circulos & annulos, uel semiannulos sit cōtracta, & distincta. Ut sunt quæ Vermium appellatione ueniant. Quoram

C O M M E N T . P H Y S .

rum alia uolant, quippe alata, ut apes, muscæ, papilioes, crabrones, scarabei. Alia non uolant, sed raptant, aut saliunt, ut locustæ, pulices, hirudines, formicæ, tineæ, pediculi, tiredines, linitax, rana, stellæ, bufo. Porrò descriptio insectorum, & uermium, in 4. historiae capite 7. & apud Pliniū in 11. cap. 4. & Albert. in 4. tract. 1. cap. 7. & tract. 2. cap.

Partes & & 2. Quænam habeant sensuum instrumenta, et membra primarijs ferè omnibus membris interioribus praesertim careant. Quorum loco habent intestinum longius, & non ualde inuolutum, quo alimenta recipiunt & excrementsa emitunt. Ceterum nihil nisi ferè est præter caput, & uentrem, & medianam partem, quæ thoracis pectorisq; uice fungitur & dorsi, Albertus in 13. tract. 2. cap. 6. & 14. & tract. 1. cap. 1. & in 4. partium cap. 5. & 6. Sanguinis autem loco habent humorem quandam exiguum, & saniem Generatio potius, de quo Albert. in 12. tract. 1. cap. 7. De generatione & prolixi ratione uero, & prolificattione insectorum in 5. histor. insectorum. ca. 8. & 19. usq; in 33. & in 1. generationis cap. 16. & in 3. genera. cap. 6. & 10. & Albertus in 5. tract. 1. cap. 4. & in 17. lib. tract. 2. cap. 1. & sequentibus. De moribus eorum in 8. histor. cap. 14. sectorum. & Plin. in 11. cap. 1. usq; in caput 37. De Ingenijs eorum in 9. histo. cap. 38. usq; in caput 44. & Albertus in 8. tract. 4. toto, praesertim de apum solertia, Apes. & politia. De quibus apibus & Plinius in 11. capite 5. usq; in caput 21. & Virgilius in 4. Georg. Nullib[us] uero

uero natura & que uires ingeniumq; suum ostentauit, ut in insectis, animalium minutissimis adeo, que etiam nonnulli non spirare neq; sentire falso crediderunt uide Pliniū in 11. cap. 1. & 2. à descriptione & commendatione culicis amplificantem admirationem insectorum. Ceterum in genere de insectorum natura & moribus, Plini. in 11. usq; in caput 37. & Albertus in lib 26. toto.

DE TERRESTRIBVS ANIMANTIBUS feris. Caput XXIX.

TErrestria uocamus animalia, quæ nō uolant, Terrea neq; alata sunt, aut pennata, ut aues, & insectaria que uolatilia. Neq; degunt, & uictitant in aquis, tametsi innare queant, si libeat, ut cerui, armenta, pecudes, Sed quæ terra gradiuntur pedibus, aut irrepitant, ut serpentes. Verum ut supra eodem cap. 24. in diuisione septima diximus, differentia non terrestrium modo, sed etiam aliorum animaliū est. Alia esse Fera & indomata, per suā naturam, ut est Leo, Elephas, Tigris, Alia esse mansueta, & domestica, ut est canis, Alia esse semifera, de quibus Plin. in 8. cap. 53. & 56. Non tamen horum institui catalogū facere. Sed de generatione terrestrium Albertus in Generatio 6. tract. 3. & in 5. historiæ. capite 14. & in 6. histo= terrestriū. rie capite 18. in finem usq; libri. Sunt autem terre= Terrestria Quædā Ouipara, ut serpentes, testudines ter= um differ. restres, de quibus ouiparis in 2. histo. cap. 10. & 14. Ouipara.

¶

COMMENT. PHYS.

Et in 5. histor. cap. 3. Et in 8. histor. cap. 4. Et in 4. partium cap. 11. Et in 1. generat. animal. cap. 7. Et in 5. histor. ca. 33. Verum de partibus ouiparorum Alber. in 2. tract. 1. cap. 6. Et 8. De uictu. Alber. in 7. tract. 1. cap. 4. Et 14. tract. 2. cap. 5. De natura Serpentes. Serpentium uero, Albert. in 21. ca 7. Et in 25. toto. Et Plin. in 8. cap. 23. Et 24. Et in 5. histor. cap. 34. Et Albertus in 2. tract. 1. cap. 8. Atq; omne genus terrestrium ouiparorum est ferum, non domesticum, ut uipera, cochlea, lacertus, Plini in 8. cap. 39. ut Dracones, Plin. in 8. cap. 12. Et 13. Reliqua terrestria Viuipara, quae uiuum sibi simile animal parunt. De quorum generatione in 1. gener. cap. 9. Et in 4. genera. cap. 7. Et in 5. histor. cap. 14. Et in 6. histor. cap. 18. usq; in finem lib. De partibus eorum in 4. partium cap. 10. De natura uero terrestrium passim apud Aristo. in histor. Et Albertus in 22. tract. 2. toto. De generatione item Albertus in 6. tract. 3. toto, Et in 18. toto libro. De uictu Albertus in 6. tract. 1. capite 5. De moribus quadrupedum in 8. tract. 5. Et 6. Et 8. lib. Plin. totus, est de natura terrestrium animantium.

DE TERRESTRIBVS DO- mesticis animantibus.

Caput XXI.

Eadem plane ratio est generationis atq; para-
tium in animantibus mansuetis et domestici-

elis, que in feris. Addidit tamen hoc caput, in quod an usus huius notarentur, si qua apud agriculturæ scriptores de capitib. huiusmodi domesticorum cultura obseruarentur, qualia plurima congerit Columella cum alijs, & Virg. in 3. Georg. & Plin. in 8. & Alber. in 22. tracta. 2.

DE PARTIBVS ANIMA-

lium Caput XXXI.

ALiquoties supra dictum est, partes corporis. Partes similares: Alias esse similares, homogenias, quae milares sive singulæ, & minutissimæ quoque particulae sortiuntur nomen speciei, vel totius sui integralis, cuius geniæ. sunt articuli vel articuli vel artus, ut quælibet guttulas sanguinis est sanguis, quælibet particula carnis est caro. Alias autem esse dissimilares, heterogenias quæ quidem sunt integrales substantiæ partes, sed non sortiuntur nomine totius, ut non quælibet pars pedis est pes, nec quilibet articulus in manu uocatur manus. Atque hoc discrimen partium à communis sensu, & Partes dissimilares: consuetudine sermonis pete. De utroque ergo partium simulares genere Aristoteles in 4. partium, capite 4. & deinceps, & in 3 partium cap. 1. & deinceps. Sunt enim partes. Aliæ externæ, uisui & tactui expositæ. Partes sexæ. Aliæ uero internæ ut viscera, uenæ, nerui, &c. terne & quæ extrinsecus non uidentur. De anatomia inter- internæ.

narum

narum partium, & descriptione, Aristó. in 31. partium, cap. 4. & deinceps. Albertus in 1. tract. 3. toto Et de utrisq; in 1. histor. cap. 7. & deinceps, & in 2. tertioq; historiae toto. Optime uero, & summatim Plinius digessit partes quaslibet, & singula animātiū enumerauit membra, adeoq; articulos in 11. cap. 37. & deinceps. Quatenus uero cætera animantia membris partibusq; externis conueniant cū homine, & quatenus differant, ostendit Albertus in 2. tract. 1. toto, quatenus internis, in 2. tract. 2. toto. Tertius uero Alberti liber totus est de uenis, sanguine, neruis, ossibus, humoribus, et carne. Cæterum de causis membrorum ac partium, quæ sit eorum materia, quæ forma, quæ efficiens, qui finis atque usus, & cur hunc situm positionemq; & affectiones obtinent, prolixè docet Albertus in 2. tract. 2. De membris quidem internis eorumq; causis, & natura, Albertus in 13. toto, & in 3. partim, cap. 4. & Plinius in 11. cap. 38. & deinceps. De exterioribus uero Albertus 14. toto, & in 4. partium ca. 9. & deinceps. In duodecimo autem libro Albertus tract. 1. toto, de complexionibus, & qualitatibus primis secundisq; animalium ac membrorum differit, & in 2. partim cap. 1. De accidentibus uero membrorum totus est 19. Alberti, & 5. de generatione animalium. Porrò ubi animal aut homo partibus ac membris, præsertim maioribus & primarijs, uariat situ uel numero, à communi cursu naturæ, ibi nascitur nō quidem cor-

**Partium
causæ.**

pus animale perfectum, sed Monstrosum, quod ex proprio nomine Monstrum dicitur, ut si puer bic Monstrū. ceps, tripes foetus, aut tricorpor nascitur, aut aliquo membro mutilatus, et mancus. De qualibus monstribus Albertus in 18. tract. 1. ca. 6. Et in eodem, tract. 2. cap. 3. Et in 4. generat. cap. 4. Plinius in 7. cap. 2. de monstrosis hominum formis, et figuris diuersarum gentium.

DE HOMINE.

Caput XXXII.

Homo creaturarū omnium nobilissima propterea Homo: ppter quem omnia alia sunt à Deo naturāq; facta et creatā, duabus primarijs constat partibus, quippe Anima, et Corpore. De anima infra libro *Hominis* 4. diligenter et perspicue, quantum per ingenij te- partes. nūitatem et sedulitatē licebit, tractabimus et dis- seremus. De corporis uero humani generatione et descriptione. De ortu et partibus, nihil omnino hic dicam, remittens lectorem ad opera Aristote. atq; Albert. Vide ergo de hominis cōceptu, prolificatio- ne, foetu, ortu, generationeq; in utero 7. histo. toto libro, et præsertim de perfectione, incrementisq; foetus, in eodē ca. 3. et 4. et infra in 2. genera. ani- malium cap. 5. Et Albert. in 9. tract. 1. cap. 2. et 3. Præsertim de foetus incremento, et formatione. Et in eodem tract. 2. cap. 5. De Embryone in eodem ca. 7. et 8. et in lib. 10. tract. 2. ca. 3. et 4. et in libro

C O M M E N T . P H Y S .

18. tract 2. cap. 6. De partu in 7 histo. cap. 9. et 10.
Et Albertus in 9. tract. 1. ca. 8. et in libro de secre-
tis mulierū. Et de generatione item hominis proli-
xa disputatio est Alberti in 9. tract 2. toto. De simi-
litudine autē prolis ad parentes uel alios, in 4. ge-
nerat. cap. 3. Et Albertus in 18. tract. 1. cap. 4. et 5.
Et de liberorum multitudine, et paucitate in eodem
tract. 2. Cæterum de hominis natura et descriptio-
ne totus est septimus lib. Plini. et Alberti uicesis
m secundi, tract. primus totus. Atq; ita in huius ca-
pitis tricesimi secundi indice absoluisse uolo etiam
huius tertij libri Caput Tricesimum tertium de homi-
nis ortu, hoc est, generatione, quā describit, et Plini
nius in 7. cap 3. usq; in caput 19. Et item absoluisse
uolo. Caput Tricesimum quartum, de corpore homi-
nis, in quod congerere potest studiosus ea, quae de
morbis et affectionibus corporum, item de comple-
xionibus et qualitatibus corporis humani, à Physi-
cis, Medicisq; produntur. Item absoluisse uolo Ca-
put Tricesimum quintum de partibus corporis hu-
mani, quarum, internarum scilicet, et externarum
in corpore humano, anatomiam et descriptionem,
adeoq; picturam, diligenter cum alijs Medici, tum
imprimis Avicenna in primo Tomo, et post eum
Alexander Benedictus libris quinque de anatomia,

uel de historia corporis humani, et Iacobus Carpus
Bononiensis in Isagoge anatomiae corporis humani
etiam oculis spectandam præbuerunt.

Caput
XXXIII.
de hominis
ortu.

Caput
XXXIV.
de corpore
hominis.

Caput
XXXV.
de parti-
bus corpo-
ris huma-
ni.

DE HABITU CORPORIS.

Caput XXXVI.

Ex habitu corporis facile posse iudicari, & Habitus coniectari habitū quoq; ex naturam animi, corporis atq; mores, experientia quotidiana docet, & uul- animi naga- tum dictum. Cauendum esse ab illis, quos natura turam pro notauit atq; insigniuit. Extat autem egregius li= dit. ber Aristotelis de Physiognomia, hoc est, de con- iectura sumenda à partibus, ex habitu corporis, su- per animi natura atq; moribus. Et Albertus quoq; in 1. tract. 2. toto, describit Physiognomiam ex Anatomiā partium exteriorum. Nam partes in- teriores uideri nequeunt, nec ab his aliqua sumi po- test coniectura.

DE VITA.

Caput XXXVII.

PRIMO: Animalia quædam esse longioris ui- tæ, quædam uero breuioris, in diuerso gene- re ostendit uulgatum epigramma, de ætate anima- lium Virgi. inscriptum. Plerumq; enim magna ani- malia ut homo, ceruus, elephas, equus, sunt uiuacio- ra paruis, ut auibus insectis. Deinde in eadē specie, alia alijs sunt uiuaciora aut fragiliora, alias enim homo diutius alio uiuit, aut breuius. Causæ uero longæ breuisque uitæ enumerantur ab Aristotele in libro de longitudine uitæ. Hæc sunt enim primæ
b 2 qualitatæ

C O M M E N T . P H Y S .

qualitates in corporibus animantibus. & earum dispositiones uel complexiones. Quibus accedunt quædā aliae occasiones. Ut & uulgo dicitur. Plures homines interire crapula, quam morbis, aut senio. Ut in calidis regionibus longioris uitæ sunt animalia, quam in frigidis. Vnde & Herodotus & Diodorus, scribunt de incredibili uiuacitate Orientalium & Indorum & Aetiopum. Quia corpora ista ex loci caliditate sicciora, non ita sunt obnoxia morbis, qui plerumq; proueniunt ex humoribus putrefactis.

Vite & SECUNDΟ: Potissima causa uitæ est in calido mortis cau & humido, sicut mortis & fragilitatis in frigido & se potiss. siccо, infra eodem cap. 40. In humido quidem bifaria. Humidū 1 riam est causa longæ uitæ. Primo: Si corporis animalō= mati humor nativus (quem isti humidū radicale uocant) sit aërius, pinguisculus, qui non ita facile pu= bifariā. 2 tescat aut desiccetur. Secundo: Si ille humor sit proportione copiosus, non immodicus, qui similiter non facile neq; cito inarescat, unde magna corpora plerumq; sunt uiuaciora, quam parua, quippe Calidum que plus humoris nativi obtineant. Deinde à calido causalō= 1 quoq; bifariam sumitur causa uiuacitatis. Primo: Si gæ uitæ 2 calidum sit item pingue, non rarum, tenueq; nimis. bifariā. Secundo. Si calidum sit humoris admixtum proportione, quod humidum tamen sit & ipsum firmius, corruptioni non statim obnoxium. Quia humor superfluus putrescit, ut apparet in ulcerosis corporibus. Item immodicus humor extinguit calidum naturale

turale sicut aqua, & immodico liquore extinguitur ignis, & præsertim si humor ille sit tenuis & aqueus, qualis in corpore citius congelascit, quam pinguis humor. Item nimius calor uelocius absunit humidum non alimentare solum, quod ab alimento cibi potusq; suggeritur atq; ppeditur, uerum & absunit depasciturq; humorem natuum, & radicalem, à natura suppeditatum corpori atq; insitum. Sicut ergo lumen in lychno diutius cō uiuit, quo plus olei uel pingue linis suggeritur, sic & corpus animatum diutius uiuit, quo plus humoris calor isq; proportione geometrica & temperamento iusto habet. Sicut econtra nimia flamma lychni citius absunit oleum, aut pingue suffusum, & immodus liquor, præsertim aqueus, facile extinguit flamam atq; lumen suffocat.

TER TIO: Omnim uero in homine causarum Longæ uitæ primam esse iudico, sanam curisq; uata in hominem mentem & animum à dolore liberum. Siquidem ut labor immodicus, fatigatioq;, desiccatur & pucausa arefacit corpora, ita multo maxime labor, dolorq; animi, conficit, absunitq; corporis membra, & fo-
menta uitæ. Vnde & curam uocant Latini quod cor Curæ ety-
urit, & uitalia uiscera quasi abrodit. Atq; experi- mologia.
entia nimirum quotidiana arguit, corpora dolen-
tium ac laborantium, atq; eorum, qui grauioribus
affectibus, & sollicitudinibus, sunt obnoxij, quasi
lenta tabe cōfici & inarescere, ut ille ait apud Plau-
tum.

COMMENT. PHYS.

Mœrore maceror, macesco, consenesco, et tabescō
Ossa atq; pellis sum, misera macritudine. (miser.

Cur dolen Hoc autem inde euenit, quod dolente anima, uita-
tiū et gra les quoq; spiritus, uires, motusq; debilitantur, et
uiorib. af= naturalis calor remittitur, ac humor natius ita di-
fectib. ob= labitur, et euanscit, dum fatigatam sollicitudini-
noxiorum bus animam, tædet, pigetq; suas uires intendere, et
corpora exercere alacriter, non in corpore solum, uerum
tabe et ma et ipso animo, iuxta illud Ouidij.

cic confi= Si quid et in nobis uiui, superestq; uigor is
ciantur. Extinctum longis excidit omne malis.

Et affectus quoq; anxijs, nō modo perturbant, sed et
cōficiunt instrumenta sua, sedesq; utpote cor, iecur,
fel. Nam in uisceribus habitant affectus, ut infra
4. cap. 15. et 20. Proinde poëta rectissime monet,
Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

DE RESPIRATIONE.

Caput XXXVIII.

spiritus
quid.

Spiritus est corpus subtile aërium, à uapore
natūrali, humore naturali, et adiuuante calido na-
turali, ortum in corde animalis. Quanquam in his
animalibus quæ corde carent, aliud quid membrum
fungitur uice cordis. Respiratio est remissio et at-
tractio spiritus, à pulmone alioue membro æqui-
pollente facta. Finis autē et usus respirationis est,
ut calor internus, præcipue in corde, refrigeretur,
et recreetur subinde renouatus, et quasi aurula aut
uentulus

Respira-
tio.

Respira-
tionis usus.

aerntulo afflatus, qui remittitur & attrahitur à pulmone tanquam à folle, ne putrescat calore & spiritus perpetua quiete, & desidia quadam, ut etiam supra Pisces & alii ubi dictū est. Tametsi uero multa animalia pulmone respirationis instrumento careant, ut pisces et liapulmo= insecta, pleraq; tamen aliud quippiam habent mem ne caren= brum, quod pulmonis uice fungatur, ut de corde e= tia quomo= tiam nunc diximus. Proinde nihil admodum opus doffipient. erat Aristotelem denegare piscibus plerisq; & inse= ctais respirationem, non ob aliam causam, quam quod pulmone careant, ut in 3. partium cap 6. Sed huic & Plinius in 9. cap. 7. & alij repugnant, asse= rentes spirare & respirare pisces quoq; & insecta, tametsi propter caloris refrigerandi exiguitatem, non ita crebrarespiratione indigeant aquatilia & insecta pleraq;, ut maiora animātia terrestria, aut uolatilia. Plura apud Aristo. in lib. de respiratione animalium. Et apud Hip. in lib. de corde.

DE AETATIBVS,

Caput XXXIX.

AEtates hominis uarie distinxerunt Medici atque Physici. Pleriq; tamen aut 4. aut 7. numerant, alludentes ad naturam, partim animi, partim corporis, Medicis ferè quatuor numeran= Aetates tur. Pueritia, calida & humida, uer hominis, usque hominis se ad 20. circiter annum. Iuuentus, calida & sicca, & cunctū Me= stas hominis, usq; ad 40. circiter annum. Virilitas, dicos qua= b 4 frigida tuor.

C O M M E N T . P H Y S .

Cor.

Aetates
hominis se-
ptem secū-
dum alios.

Medici.

frigida & humida, usq; ad sexagesimū circiter an-
num, autumnus hominis. Senectus frigida & sicca,
post circiter sexagesimum annum, hyems hominis,
usq; ad finem uitæ. Dicunt autem Cor, uitæ arcem,
increscere usq; in 50. annum, postea uero ab anno
50. decrescere, & demum euanescere. Alijs septem
aetates recensentur, à natura credo animi potius,
quam corporis, ut sit Infantia in annum 7. Pueritia
in 14. Adolescentia in 25. Iuuentus in 35. Virilitas
in 50. Senectus in 70. circiter. Decrepita ætas usq;
ad finem uitæ. Rectissimè autē dicunt Medici, quod
flos & uigor ætatis cuncta gratiora & meliora ha-
bet. Declinatio uero ætatis & senecta omnia ha-
bet contra.

D E M O R T E .

Caput XL.

Mors qd.

Vita quid.
Morstri-
plex.

Mors est commigratio animæ à corpore,
& uitæ mortalis commutatio in morta-
lem, iuxta Ciceronis sententiam, in 1. Tuscu. Sicut
& contra Vita, est unio animæ cum corpore suo.
Mors autem est triplex, Naturalis, Accidentaria,
& violenta. Mors Naturalis est, quæ obuenit homi-
ni ex humili non solū alimentaris, sed etiā radica-
lis consumptione paulatim facta, ut si uel calor sit
nimius, uel humidum modicū, aut frigus superet ca-
lorem, ita ut humidum facilius congelascat, nimi-
rum in siccis, frigidis, aut nimium humidis corpo-
ribus,

ribus, prout quæq; complexio est fragilior. Atq; Morti na-
hanc mortem tamen, humidi & calidi, ut sangui- turali que
nei, & phlegmatici, facilius euitant. Vnde & Ari= comple= 2
sto. in problematis firmiore uitam tribuit, & diu= xio minus
turniorem, uiuentibus ad septentrionem, & infri= obnoxia.
gidis regionibus, quod ad mortem hanc naturalem
attinet. Mors autē Accidentaria est, quæ per mor= 2
bum corporis uiolentum obuenit, qualibus morbis Morbis
magis sunt obnoxia humida & calida corpora, quæ corpo
quam sicca & calida. Sic Aristoteles diurniorem ra magis
uitam tribuit orientalibus, & ijs qui inhabitant ca= ant miuus
lidas regiones, quod ad morbos attinet. Mors Vio= 3 obnoxia
lenta est, qua moriuntur βιοθάνατοι, hoc est illi qui βιοθάνα=
dicuntur, ante diem suum, oppetere mortem, ut qui τοι.
in prælijs, aut supplicijs, aut repentinis mortibus,
& casuali quo letali, & improuiso mortem obeūt.

Hæc de animantibus, & homine, adeoq; de
tertia Physices parte, in præsens dicta
sufficiat. Quibus nolo addere E= 2
pilogum hoc loco, quippe
quo magis erit opus in
capite sequentis
cōmentarij de
anima in= 2
stituti.

FINIS TERTII LIBRI.

b 5

COMMENT. PHYS.

COMEN-
TARII IN PHYSICAM
ARISTOTELIS, LI-
ber Quartus.

Præfatio autoris.

Quas ob
causas pre-
fationem
hanc pre-
miserit.



RATIAM ME ALI-
quam apud studiosos initurū puto,
si paulo longius quidem, attamen
breuius hic repetam, totius prope
physicæ professiōis materiaā, eiusq;

- 1 ordinem ostendam. Sic n. breui quasi indice, & tan-
quam digito, totum corpus physicū, cum suis mem-
bris & partibus demonstrabitur, & quarti huius
cōmentarij cum superioribus cognatio, ac necessitu-
do apparebit facilius. Atq; satius fore puto, hanc se-
riem ac methodum indicare, quam animæ encomiū
dicere: de cuius laudibus tacere, quam pauca & hu-
miliora loqui malo. Quia non tam per temporis in-
stitutiq; scripti angustiam, quam per ingenij & di-
ctionis imbecillitatem, satis pro dignitate & expe-
ctatione Animam, deq; ea scientiam celebrare nea-
queo. Itaq; ut de physica, & de eius materia ac serie
pauca attingam, à definitione rursum sumetur ex-
ordium. Physica est, de natura causisq; & effecti-
bus & accidentibus corporis naturalis, mobilis,
scientia

Physica
quid.

Scientia. Ordo autem professionis Physice apud Peripateticos, his ferè comprehenditur capitibus.

Physice

P R I M O: *Physica in genere, & abstractim qua materia in si, considerat principia, causas, motum, accidentia, genere. circumstantiasq; ipsius motus, quo mouetur corpus naturale mobile, & quatenus mobile ipsum corpus moueri.* *Moueri.* *Augeri & minui in quantitate. Alterari & mutari in qualitate. Ferri & mutari loco. Sic corpus mobile physica phrasie est prorsus substantia corporea, mobile. obnoxia iam dictis motibus. Sed metaphysicæ materia circa quam proprieuersatur, est substantia in sive materia corporea, ut Deus, Angeli, Dæmones, anima separata, sicut & substantia corporea, quatenus non est obnoxia motui, & in uniuersum abstracta essentia substantiae uel accidentis à sua materia, pertinent ad Metaphysicam professionem. Ista primæ elemen-* *Quid 8 li-*
ta, principiaq; physices, cōpleteatur & docet opus bri phys.
Aristotelis, quod de Auscultatione physica, & de Aristotele. *cō-*
Motu inscribitur, in 8. libros diuisum, quæ principia tineant.
pias supra in primo Commentario attigimus.

S E C V N D O: *Physica in specie considerat corpus naturale, quod motu locali tantum mouetur, & loco fertur; quale est cœlum, & totus adeo mundus, quorū substantia, quantitas, qualitas, cum nō muretur in uniuersum, tamen loco fertur. De hoc cœli & Materia mundi lib. Arist.*

C O M M E N T . P H Y S .

de cœlo & mundi motu locali, forma, partibus, effectis, acci-
mūdo. II. dētibus, pertractant libri Arist. de cœlo & mūdo.

TER T I O : Physica in specie considerat corpus
naturale, elementare, uel ex elementis compostū,
quatenus formis ac qualitatibus elementorum mo-
uetur ac mutatur, forma, ut cum generatur aut cora-
rumpitur, aut quantitate, ut cum augetur uel dimi-
Alterari. nuitur, aut qualitate, ut cū alteratur. Nam alterari
physica phrasi est, secundum qualitatem mutari.
Materia
lib. Arist. Et de his motibus, præsertim de prioribus duobus
& de qualitatibus elementorum atq; compotori
de Gener. ex elementis corporum, sunt duo libri Aristote-
& cor= III lis, de Generatione & Corruptione inscripti.
rup.

Q V A R T O : Physica considerat in specie cor-
pus naturale, compositum, mixtum, imperfectum,
eiusq; motum & causas & effectus, nempe Meteo-
Meteora ra quæ physicis mixta compositionis prime, & se-
cur corp. cundæ uocantur, & Imperfecta, fortasse, quia non
imperfe- ita demonstrabilis & perfecta scientia de meteoris
cta. olim fuerit ut de alijs rebus naturalibus. Et hæc me-
III. teora in tribus libris Meteor. ab Arist. traduntur.

Q V I N T O : Physica considerat in specie, cau-
sas effectus, naturas, & motus corporis naturalis
mixti, perfecti, inanimati, quale est metallū & me-
De Metal- tallare. De his quidem metallaribus ab Aristotele
laribus scripta, interciderunt iniuria temporum, sed Al-
scriptores. berti opus de Mineralibus, & Agricola Dialogus de Metallaribus, & Plinius in posterioribus
libris

libris suis alijsq; ea docent.

V.

SEXTO: Physica antequam de corpore mobili Corpus du
animato tractet, (Nam corpus aliud est inanimatum, plex.
ut superiora, aliud est animatum, ut sequentia) con-
siderat in genere ac in specie, principium uitale om-
nium animatorum corporum: que est ipsa Anima,
suggerens uitam, atq; uires, & operationes uitales
animalesq; cuilibet animato corpori, ut infra ca. 1.
de qua anima scriptum est ab Aristotele diuinum o-
pus, in tres libros diuisum, cuius operis subiectum et
materia, circa quam, uersatur illud, est Anima ipsa, Materia
quatenus corpori animato est affixa & indita, ha- lib. Arist.
benti uitam & motus actusq; uitales, ab eadem ani- de anima.
ma, que habitat in eo. Cæterum de anima separata De anima
à corpore post mortem, nō est Physici tractare. Sed separata
ad Metaphysicā, quin ad Theologiam potius con- à corpore
siderare pertinet. Siquidē ratio hominis, nisi sacris quis tra-
literis adiuta & edocta, nequit assequi, nedum ex a- Etet.
nimo ac serio credere immortalitatē animæ. In hūc Modus do
ergo quartum commentarium pro uiribus, fide, & cendi, ar-
sedulitate nostra, diligēter pleraq; ab Aristotele, ac gumentū,
alijs nonnullis Peripateticis dicta de Anima, de eius & finis hu-
partibus potentijs & uiribus, deq; tota natura adeò ius quarti
eius, perspicue, & nō ita prolixe congeram, ea qui libri.
dem conditione, ut quæ ad Medicorum proprias per-
tinent artem, ea relinquam, ne aliena à nostra pro-
fessione, & parum mihi intellecta afferre, falcamq;
in alienam messem uidear immittere: quia

Metiri

C O M M E N T . P H Y S .

Metiri se quenq; suo modulo , ac pede uerum est:
Qui sua metitur pondera, ferre potest.

Pseudopla-
tonici. A præstigijs autem & uanitatibus Pseudoplatoni-
corū, multo magis abstinebo, qui mirabilia, ne di-
cam monstrosa multa comminiscuntur de Anima,
& somnia febrilia somniant: à quibus ne nostratiū
quidem aliqui abstinuerent. Verū illos rectè Pseudo-
platonicos appellauerimus, quia bene aliqui & ho-
norifice à Socrate & Platone disputata, dictaq; de
Anima, præsertim rationali & humana, isti uel nō
intellecta, uel (quod magis crediderim) detorta am-
bitiose & deprauata iactitant, & tanquam myste-
ria superstitiose admirantur.

Operatio-
nes animæ SEPTIMO: Physica considerat in genere, cor-
& corpo-
ri commu-
nes. pus animatum & motus eius , ac operationes qua-
dam, quas id habet cum anima communis, ita ut nō
nisi in corpore sita eas exerceat & exhibeat ipsa A-
nima: ut dormire, somniare, uigilare, tangere, iuu-
nescere, senescere, spirare, & similia. De quibus o-
perationibus, corpori et animæ cōmunibus, tametsi
Aristoteles in 2. quoq; de anima libro doceat, ta-
men Eiusdem extant aliquot de illis opuscula, que
isti uocant Parua Naturalia. Sunt autem hi libelli
circiter 12. De sensu & sensibili, De memoria & re-
miniscientia, De somno & uigilia, De Insomnijs, De
diuinatione per somnia, De motu animalium, De
longitudine & breuitate uitæ, De iuuentute, sene-
cta, uita, & morte, De respiratione, De incessu ani-
malium

Parua na-
turalia.

malium, De flatu, De Physiognomia, quæ opuscula Naturalia addita sunt ab Aristotele libris de Anima, quasi supplementum, summariū, & corollariū.

O C T A V O: Physica considerat in specie de naturis, motibus, proprietatibus corporū naturaliū, VII.
 animatorum, ut de vegetabilibus, id est, plantis, ex= De vegeta
 tant Theophrasti 14. libri. ut de sensibilibus, id est, bilibus,
 de animalibus & de homine, extant Aristotelis de sensibili-
 cem & octo libri, & de homine item, eiusq; parti- bus, & ho-
 bus, extat egregiū opus Gregorij Nyseni græci qui mine à qui
 fuit frater Basilij Magni, & amicus Gregorij Nazi- bus tracte
 anzeni. Supersunt quoq; aliorum doctissimorū scri tur.
 pt de Natura hominum, ut apud Diuum Augusti-
 num, & Ambrosium, & plures alios, qui aliquot
 hominis partes singulis uoluminibus explicarunt.
 Hec ergo est series, haec item materia est totius sci-
 entiæ physicæ, apud Aristotelem, ac Peripateticos,
 operum Aristotelicorum interpretes. Hinc etiam
 appareat, ad quenam corpora pertineat Anima, &
 eius scientia: nempe ad animata tantum, quam ma-
 teriam qui probe perdidicerit & tenuerit, is sane
 sciat, nihil aut parum admodum sibi deesse, quod ad
 Physiologiam, hoc est, naturæ scientiam attinet.

Anima ei-
 usq; scien-
 tia ad quæ
 nam corpo-
 ra pertine-
 at.

DE ANIMÆ DEFINI- tione. Caput I.

I Sta quasi præfati, de materia Physices, & argu-
 mento huius Commentarij quarti, statim nunc
 aggredie

C O M M E N T . P H Y S .

*An sit ani-
ma.* aggrediemur questionem uulgatam quidem, sed difficilem atque ambiguam: quidnam sit Anima, nam. An sit Anima nemo unquam sanus dubitauerit. Duas ergo definitiones Aristotelicas explicabo, et tertiam aliunde addam: ex quibus utcunq; appareat, quid nam sit Anima. Tametsi nemo ausit affectare aut sperare, se posse substantiam Animi per imaginationem nedum uerbis concipere. Est enim quelibet Animæ definitio, tantum quasi nominis et uocabuli expositio: cum reuera essentiam atq; formam animæ nequeamus assequi. A fine ergo, et effectis, tanquam à posteriore, licet eam notificare.

*Animæ de-
finitiones
quales.* PRIMO: Animam Latini à uento aut spiritu appellant, imitatione Gr̄ecorum, qui ΛΥΧΗΡÀ refi geratione quasi, et recreatione uocant Animam, eo quod suo spiritu soueat et recreat corpus, cui inhabitat. Definitio autem eius prima apud Aristotalem, et potissima hec est, in principio secundi libri Animæ de anima. ANIMA est actus primus corporis naturalis organici, uitam habētis potentia. Huius definitio. finitionis singulas uoces primum, deinde eam per exempla et paraphrasim exponere libet.

Definitio= SECUNDO: Animæ est species, que hac definitio. nis primæ tione definitur ac describitur, conueniente non ho- expositio. minis tantum et rationali animæ, uerum etiam plan- tæ, animalisq; animæ sensitiæ, aut vegetatiæ, ut in fratre eodem cap. 3. Genus animæ rectissime tribuitur ab Aristotele ἐνδελέχεια, in quo vocabulo se ho- dieq;

ἐνδελέχεια

dieq; eruditii ualde torquent, & exercent, & deea
 nos supra in 1. cap. 28. tractauimus ἐντελέχεια
 proprie significare actū, hoc est, essentiam cuiusq;
 rei & formam adeò, secundum quam, & ex cuius
 uiribus corpus naturale quodlibet mouetur, et ope-
 rationes suas exercet. Atq; hoc loco in principio
 secundi de Anima, nō dissimulanter Aristoteles si-
 gnificat, Animam esse quasi formā & essentiam cor-
 poris animati, cui cohabit, que ipsum corpus agi-
 tet, & idoneum efficaxq; reddat ad operationes ui-
 tales & animales. Sicut & in scholis receptum est. Corpus
 corpus esse quasi materiam substantie corporeæ, &
 subiectum anime: atq; animam ipsam esse formam
 animati, atq; id quod ex materia, id est, corpore,
 & ex forma, id est, ex anima compositū sit, uegeta-
 bile aut animale, id appellari plantam, animal, aut
 hominem. Nec morari nos debet hic hominū docto-
 rum cōtrouersia, d: uocabulo ἐντελέχεια, tametsi
 enim uerbis aliquousq; pugnant, tamen reipsa pla-
 ne consentiunt, nisi quod appellantes ἐντελέχεια
 perfectionem, significant formam atq; absolutam
 essentiam, & substancialē adeo anime, uel corporis.
 Qui uero actū, uel continuatam motionem inter-
 pretantur ἐντελέχεια, illi formae ipsius atq; essen-
 tie uim operationesq; intuentur, siquidem natura
 nulli corpori, nulli substancialē, nulli deniq; rei pror-
 sum in didicit otiosam formam, aut inefficacem essen-
 tiā, qui in una cū hac essentia, sicut cūq; composito

Anima
cur actus.Corpus
materia
Anima
forma.De uoce
ἐντελέ-
χεια do-
ctorū con-
trouersia.

C O M M E N T . P H Y S .

& substantiæ uires, suas operationes & officia simul attribuerit. Parum ergo refert utrum ἐντελέχεια actum, an perfectionem hac in definitione, alibiue interpreteris.

A n i m a **T E R T I O :** Actum primum corporis appellatur **c u r a c t u s** Animam, eò quod ab ea anima procedunt omnes actiones, operationes, uires, et actiones in corpore, uel in **A c t u s p r i-** toto animato. Nam forma agens & mouens, uocamus.

A c t u s s e- **c u n d u s .** primo, & ostentatæ, uocantur actus secundi, quia à prima, id est, à mouente actu, tanquam motæ ipsæ secundario procedunt. Sic doctor prælegens, & docens, uocari potest Actus primus. Doctrina uero, et opera eius, quam ipse doctor impendit, & cōmunicat audientibus, ut per eam doceantur, & discant, uocabitur recte actus secundus. Atq; ita apte post genus ἐντελέχειας in definitione sequuntur differentiae. Sic ergo alimentū, uisus, auditus, memoria, intellectus, & reliqua, non sunt quidem ipsa Anima in corpore, id est, non sunt actus primus corporis: sed sunt actus secundarij, progredientes ab ipso primo actu, id est, ab anima corporis animati.

A n i m a **Q V A R T O :** Corporis actus dicitur esse **c u r a c t u s** corporis, ad differentiam substantiæ incorporeæ, & accidentium quæ corpore uacant, cū substantiæ incorporeæ sint ipsi spiritus, quorū actus primus sine me-
dio

animæ solitudo
ad eam non differt

dio est Deus ipse, creans spiritus. Quin et anima separata à corpore non cōuenit hæc definitio: quia separata anima definire, non interest Physici, sed Metaphysici est. Fit autem peculiariter hic mentio cor Cur anima poris naturalis, ad differentiam eius potentiae uel corporis actus, quæ est in angelo, in dæmonе, quorum neutri naturalis corpus naturale adest, sed afflictum solummodo, et sit actus. assumptum aliunde, præter naturam eorum. Item naturale corpus dicitur, ad differentiam corporis accidentarij, uel artificialis, quod tametsi habeat operationes et motiones suas, tamen non dicitur animalium, neque est sedes animæ, ut columba lignea ab Archita Tarentino sic fabrefacta, ut sponte quasi lignea Ar sua uolaret: tamē animata non potest appellari, quia chitæ. naturale corpus non fuit, sed articiale. Non natum, sed arte effectū. Sicut et rota, aliudue mobile articiale, mouetur per artem, non per aliquam anima.

QVINTO: Corpus organicum hic in definitione uocatur, quod habet discrimen et situm, et significandum membrorum ac partium in se principalium: quid. quas alioqui partes integræ uocamus, qualia sunt cum primis instrumentis uitæ, quæ membra uitalia appellantur, ut cor, cerebrum, caput, uiscera, in animali, ut est cortex, radix, truncus, caulis, medulla, semen, in planta: Qualia sunt item instrumenta sensuum, ut infra eodem cap. 7. et 9. Atque hoc organum corpus dicitur secundum aliquos, ad differentiam cur actus cœli, stellarum, et mundi, quod haec tametsi habent organici.

C O M M E N T . P H Y S .

ant animam, & sint animata, iuxta Platonicos, tandem eis non conueniat hæc definitio: quia corpora ista cœlestia non habeant instrumenta uitæ. Quod quam sit dictum friuolum, cuius facile patet. Aut enim cœlum, stellæ, & mundus, sunt animata, tum utiq; sua uitæ instrumenta habent, tametsi non patria homini, animali, uel plantæ. Aut cœlum, stellæ, & mundus, sunt inanimata, quod rectius nos credimus, tum minime quadrat illis hæc definitio, & appellatio Animæ, uel animati corporis. Quod uero præclari etiā Philosophi (ut Cicero de Natura Deorum meminit) Cœlum, Stellas, ac Mundum dicunt esse animata, atq; habere animā: proculdubio significare id uolunt, ista moueri, regi, & gubernari ab animis & spiritibus: nō quidem insitis sibi, tanquam corpori animato, uerum cura Dei sic instructis ex alligatis, ut angeli aut boni dæmones suum quisq; orbem cœlestem, suam stellam moueant ac regant: atq; ipse demū mundus uniuersus à summa Anima, id est, Deo ipso uegetetur, foueatur, ac regatur, iuxta illud.

Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
 Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
 Inde est cœlestis origo seminibus cunctis, ut suprain
 1. cap. 3. exposui. Dicitur ergo corpus organicum.
 Potius ad differentiam eorum corporum que non
 habent organa, hoc est, instrumenta uitæ, aut cuius-
 quam uitalis operationis, sic lapis, metallum, meteo-

ron, cœlum, quamuis mouentur, tamen nullam habent istiusmodi instrumentum crescendi, generandi, sentiendi. Quod uero hic quoq; disputant de Embryo bryone, hoc est, fœtu imperfecto in utero, non ita an corpus necessarium uidetur. Qui enim paulo rectius de hac animatū. re sentiunt, cōmuni consensu ferè dicunt, Embryo ni primo animam vegetatiuam, deinde sensitiuam, demum rationalem quoq; superuenire, cum scilicet perfectus fuerit hominis fœtus. Atq; ita recte uocabitur Embryo, corpus animatum, sicut semen pomi, piri, aut frumenti.

SEXTO: Corporis uitam habentis potentia, Anima actum dicit esse animam, ad differentiam corporū cur actus inanimatorum, quæ uacant anima, ut sēpiissime est corporis ante dictum: Sicut enim animata uocamus, quæ in- uitam habentis potentiā ad eo animā habent: sic inanimata appellamus, quæ nullam uitam intrāse, nullā animam, nul tentia. lumiq; adeo animalem motū per se habent, ut nauis, currus, rota, lapis, qualia tametsi moueantur motu locali, tamen prorsum alijs motibus carent uitalibus. Animata uero (ut mox patebit) suapte natura citra externum motorem crescūt uel sentiunt. Atq; hoc quidem corpus animatū, uitam habere dicitur potentia, id est, posse exercere opera uitæ, per uim anime secum habitantis. Vite autem appellatione Vita. uenit hic uita prima, et omnes uitales operationes, operaq; uitæ, ut infra Eodem cap. 3. Vnde significa- tur corpus ad animam cōparari, sicut potentiam ad ad animā

COMMENT. PHYS.

compara-
tio qualis.

Vitam in
potentia
habere
quid.

Anima
cur actus
substan-
tialis.

actum. Et ad differentiam rursum corporis inani-
mati, quod nullam habet ne in potentia quidem ui-
tam, nedum in actu. Item cadauer tametsi organicū
sit corpus, tamen iam nullam habet uitam in poten-
tia, saltē naturāli, uel propinqua. Item corpus ani-
matum habet uitam in potentia, id est, operationes
uitales atq; animales suo tempore, suoq; modo pre-
stare potest, tametsi actu non habeat quamlibet ui-
tam, sed otiose aliquando ex quasi mortuum degat,
sicut semen frumenti in horreo repositum, aut alia
semina frugū: tamen sunt animata corpora, quam-
uis actu non exerceant operationes uitales, sed quia
exercere possunt suo tempore locoq;, ut pote iniecta
terre fertili, uel insita ex implantata: tum deniq;
crescunt, seminant, gignunt, foetificant. Sic corpus
dormientis, est tamen animatum, quamvis nō uidet,
non audit actu, quia potentiam habet uidendi, audi-
endi, et similiū, si euigilet rursum. Quod uero no-
stri addunt, Animam esse actū corporis substantia-
lem, recte quidem dicunt, et ex Aristotelis senten-
cia. Nam actus aliis est substancialis, ut pote forma,
perfectiōne substancialē corporeā uel incorporeā:
et actus aliis est accidentarius, ut forma, perfectiōne
accidentis, ut scientia, uirtus, albedo. Et uterq;
actus primus de se gignit suos actus secundos, hoc
est, operationes. Rite ergo appellamus Animam,
actū substancialē, quia perse ex tanquā pars sub-
stantialē in animato exercet corpus, atq; animatum

ipsum

ipsum reddit idoneum ad operationes suas.

SEPTIMO: Habes itaq; explicatas uoces inde definitio= fitione, & exempla diuersa proposita, unde sensus primæ sus definitionis primæ facile apparet, quod Anima paraphra est substantia incorporeæ quidem, sed tamen infusa sis. corpori animato, & tanquam materiæ sue forma affixa: quod corpus naturale, non accidentarium, neq; artificiale, & instrumentis ac membris uitæ libus præditum, à sua anima uegetatur & uiuiscatur: ita ut partim corpus ipsum præstet & exerceat suas operationes uitales, partim ipsa anima in corpore eodem præstet suas operationes animales. Hinc etiam altera definitio Animæ apud Arist. facit. Animæ se= cile intelligitur, qua dicitur quod Anima est spiritus cuncta de= ritus, quo principaliter uiuimus, sentimus, ac intel= ligimus. Nisi quod hæc definitio conuenit potissi= mū Animæ rationali & humanae, qua intelligimus. Tertiam definitionem re quidem ipsa cum prima Animæ consentientem nostri talem superaddunt. Anima tertia de= est spiritus, cuius agitatione atq; ui corpus animæ finitio. tum aut uegetatur, aut sentit, aliaue opera uitæ præ stat, id ipsum cui inhabitat anima. Quæ quidem opera uitæ, quot & qualia sint, infra eodem cap. 3. & sequentibus apparebit. Nam ad præsens hæc de animæ definitione dicta sufficiant, quæ melius ex in= fra dicendis intelligitur, cum de origine, de causis, deq; effectibus Animæ plura dicentur.

C O M M E N T . P H Y S .
D E O P I N I O N I B V S P H I -
losophorum super Anima.

Caput II.

PRIMO: Multa semper controuersia fuit inter eruditos, ac præcipue Physicos, de substantia Animæ, quam alij incorpoream & separabilem, immortalemq; , alij corpoream inseparabilem atq;

Vnde orta mortalem esse censuerunt. Quæ controuersia videatur orta, partim ex quadam dissentendi libidine, uersia philosophi peculiari quodam sapiendi ambitu, partim ex losophorū sermonis dissimilitudine atq; ambiguitate, cum aliud anima. us Physice. aliud Medicè, aliud Metaphorice, et sicut loqui maluit, dum pleriq; etiam à solis effectibus substantiam animæ iudicarunt, dum item aliud de sola hominis anima rationali (qui animus proprius uocatur à Cicerone in Tusculanis): aliud de animalium anima, plantis suam abnegans: aliud de toto spiritu illo loquitur, qui mouet & uegetat quodlibet animatum corpus, quæ Anima proprie uocatur, ut supra eodem cap. 1. cuius animæ nobis lissima pars Animus dicitur, qua intelligit atq; eligit, ut infra eodem cap. proximo, & cap. 18. Verum nolo hic prolixere recensere, interpretari, confutare, aut defendere tot opiniones philosophorū, cum id agat Aristó. in primo de Anima. Exempli tamen Ciceronis & Macrobij, breuiter istorum sententias attingam.

S E C V N D O : Illorum opiniones hinc differo in decimum

decimum octauum cap. usq; , qui de anima tantū , id Opiniones
 est, de sola hominis anima loquuntur. Pleriq; autem philos. de
 credentes Animam esse mortalem, & una cum cor= anima.
 pore nasci , ac simul interire, ut in plantis & bestijs Anima
 uidemus, dixerunt eam esse quid corporeum , & ex corpore
 corporeo natā, & corporis ac speciei suæ nobilissi= & morta=
 mam partem, adeo q; formam, quæ reliquum corpus lis.
 totum sua agitatione motuq; soueat , & functioni=
 bus uite reddat idoneum , Sed tamen obtinuit apud Animam in
 saniores illa altera sententia, animam esse incorpo= corporea.
 rem. Itaq; animam esse dixit Democritus spiritum Democri=
 insertum atomis, cui sit peruum totū corpus, quod tu.
 possidet, uel (ut interpretatur Aristoteles) dixit eā
 esse compositum quid ex atomis, perse mobile, id est
 ex corpusculis rotundis, & minutissimis . Sicut &
 Virgilius in Sileno totū mundum ex atomis scribit Virg.
 compositū, de quo supra. Hipparchus dixit animā Opiniones
 esse ignem. Heraclitus Ponticus lucem . Heraclitus eorum qui
 alius scintillā stellaris essentiæ . Heraclitus alius ua= ex elemen
 porabile corpus. Quidam calorē naturalem. Anas tis animā
 ximenes aërem. Zeno concretum corpori spiritū, compositā
 Hippocrates tenuem spiritum per omne corpus di= uoluerūt.
 spersum. Hippo aquam, uel humorem. Critias san=
 guinem ! Quidam frigiditatem ac refrigerationem
 corporis. Vnde & Φυχὴ nomen est. Bias dixit ani= Φυχὴ un=
 mam esse compositum quod ex igni & aëre. Parmea de dicta
 nides ex igni & terra. Xenophontes ex terra, &
 aqua. Epicurus speciem ex igni, aëre, & spiritu
 c 5 mixta

C O M M E N T . P H Y S .

Xenocra-
tes.

mixtam. Atq; ita isti Philosophi ex uno pluribusque elementis compositam opinantur animam. Xenocrates uero dixit animam esse numerū se mouentem: numerum quidem, eō quod apprehendit species rerū numeratas, & distinctas: & se mouentem, quia operationes suas ex se habet & illis mouet corpus.

Aristoxe-
nus.

Aristoxenus musicus item numerum, & principiū numeri: proculdubio significans uitā, & uitae operationumq; eius numerum, id est, proportionem, per singulas partes animae atq; corporis; que proportio habet pulcerrimum concentum in animato corpore, qualem uix meliorem reddere possunt nūmeri Musici. Dinarchus dicit Animā esse principiū elementorum, scilicet ignis, aëris, aquæ & terre, in ipso corpore, cui insidet infusa afferens secundum eidem corpori pulcerrimam illam ex quatuor complexionibus & elementaribus qualitatibus harmoniam, & cōmixtionem, Hinc & Philolaus Pythagoricus, & Medicorū aliqui, ut Galenus, animam nihil aliud esse, quam harmoniam & uox corporis, hoc est, conuenientiam & temperaturam ex quatuor complexionibus & qualitatibus, atq; inde ex uitatibus uitalibus atq; animalibus dicunt: qua harmonia dissoluta, et qua crassi disturbata, ipsum quoque corpus animatum dissoluatur atq; emoriatur, cuius uita omnis alioqui non nisi per istam temperaturā & proportionem geometricam cōsistat. Porro nobiliores actiones hominis, utpote intellectum

Dinar-
chus.

Medici.

diuum

diuinum quasi, rationem, liberum arbitrium, & si-
 milia, prouenire à commodior e temparetura: sicut
 alias complexio corporum humanorum diuersa,
 uariat quasi animi ac ingenij habitum. Empedocles Empedo-
 item ex quatuor elementis, & ex amicitia liteq; di-
 cit compositam animam, significans formæ cū ma-
 teria conuenientiam, & quietem amicitiae uocabu- Amicitia.
 lo, qualis concordia animæ est cū corpore suo. Per Lis.
 item uero significat potentiam & habilitatem, que
 est in corpore ad corruptionem, mutationemq; sui:
 qualis est discordia animæ cum corpore, quando ab
 inuicem dissolui uolunt atq; dissoluuntur. Posido= Posidoni-
 nius ideam dicit esse animam, quia est forma sua spe= us.
 cui animatæ, uel corporis animati. Sic & aliqui in
 definitione. Aristo. ἐντελέχειαν exponunt perfe-
 ctionem & formam corporis organici esse animam,
 à qua uita aliæq; uires defluant. Plato uero, omni= Plato.
 um Philosophorum princeps. Animam dicit esse es-
 sentiam uel substantiam intelligibilem, incorpore-
 am, quæ se ipsa primo moueat, ac inde corpus, cui
 insidet. Istam porrò uim mouendi inditam ei à crea-
 tore Deo (quē patrem animarū & formarum om-
 niū uocat alicubi) atq; ideo immortalem esse, quia
 seipsam continue moueat, quam sententiā Aristote-
 les prolixè refutat. Sed Platonicifortiter contra
 Aristotelem asserunt, ut apud Macrobiū in secun-
 do Somnij, cap. 13. & sequentibus pulcra est super
 hac re disputatio, argumentis rotundis instructa.

Sed

C O M M E N T . P H Y S .

- Pytago-** Sed in Timæo dicit animam esse numerum harmo-
ras. nicū, ex monade, binario, ternario, quaternarioq; compositū: Item ex proportione simpla, dupla, tri-
 pla, quadrupla: Item quasi ex puncto, linea, superficie, & cubo, solidoue. Quo Pythagorico symbolo animæ intellectum & potentias uidetur significare.
- Monas.** Nam Monas significat intellectū, qui unus & sim-
 plex est: Binarius scientiam, certo diiudicantem &
Ternari- discernentem duo, scilicet uerū & falsum: Terna-
us. rius opinionem, dubiam inter tria, scilicet uerum,
Quater- falsum, & probabile: Quaternarius sensum, quod
narius. hic corporeat tantum, & solida quasi sentiant. Nam
Numeri incorporea non sunt obiecta sensibus. Per numeros
quid signi- autem significantur principia & elementa rerū ac-
 fident. specierum, quas anima concipiens numerat atq; dis-
 cernit, cognitas uel per principia, uel per effectus
 principiorum. Sed de his opinionibus satis superq; fit dictum. Nos inde in hūc modum absoluta definitio-
 nione Aristotelica, transimus ad utilia & necessa-

Anima ria: concludentes Animā esse substantiam incorpo-
quid. ream, & equabiliterq; diffusum, & sparsum spiritum
 per omne corpus animatum, & quaslibet eius par-
 tes, secundum vires & proportionem, non quidem
 arithmeticā, sed geometricam, ita ut singula mem-
 bra corporis non mortua, non inutilia, suis officijs
 perfecte fungantur: quæ membræ sunt ipsius animæ
 instrumenta, operationem eius adiuuantia, & exe-
 quentia quicquid anima iussit. Ideoq; rectissime,

Animam

Animam esse actum primum substantiale corporis animati, concludimus.

DE PARTIBVS ET PO= tentijs Animæ: Caput III.

PRIMO: Cum Anima sit principiū in corpore. Anima. re animato effectuum, quo primo uiuimus, sentimus, appetimus, loco mouemur, & intelligimus: uulgatam hic diuisionem sequemur, assignantes animæ tres species uel partes: nō ita quasi anima. Anima sit diuisibilis in partes quantitate mensurabiles, nec species uel quasi species sint à principali separate, aut inter se partes inuicē disparatæ: Verū ut uulgoutimur speciei uel tres. partis nomine, in accidentibus quoq; in corporeis. Sunt ergo cōsensu communiore tres species animæ, I. diuisi. scilicet Vegetatiua, Sensitiua, & rationalis. Vegetatiua. animæ. tatiuā tantum habent plantæ. Sensitiua cōpletens vegetatiuam est in brutis, hoc est, in animalibus ratione. parentibus. Rationalis, cōpletens vegetatiuam est in homine. Atq; ita homo. non habet tres animas, sed unam tantum, scilicet Rationalem, fungentem officijs quoque sensitiue ac Anima. vegetatiue animæ, neq; brutum habet duas animas, bruti. sed unam tantum, scilicet Sensitiuā, fungentem officijs quoq; vegetatiue animæ, plantis tantum unica planta. inest anima, et simplex, scilicet Vegetatiua, quanō rum. sentiunt, nedum ratiocinantur, Et ferè sic species a. Animæ. nimæ se habent, ut numeri, qui ex per se queunt cō. species ut sistere

C O M M E N T . P H Y S .

numeris se sistere, ut unum, duo, tria, quatuor: et in alijs queat habent. comprehendendi, ut duæ monades in binario, tres monades in ternario, duo binarij in quaternario: Sic in posteriore anima includitur prior: Sic in nobiliore anima includitur ignobilior.

II. diuis.
animæ.

SECUNDΟ: In uniuersum decem et septem sunt ipsius animæ potentiae aut uires, scilicet Nutritiua, Augmentatiua, et Generatiua. Haec tres anime Vegetatiue subiiciuntur. Deinde sunt Visus, Auditus, Gustus, Odoratus. Tactus, Sensus communis, Imaginatiua, Memoratiua, Vis cōcupiscibilis. Vis irascibilis, Vis motiua loco. Haec undecim uires cum superioribus tribus, animæ Sensitiuæ subiiciuntur, Denique sunt intellectus, Affectus, et Voluntas. Haec tres uires cum supra dictis quatuordecim, animæ Rationali subiiciuntur. Atque haec diuisio secunda complectitur perspicue omnes, quotquot sunt uires, potentiaeque animæ: de quibus suo deinceps ordine diligenter loquemur. Nec pugnat haec partitio cum Aristotele, à quo numerantur quinq; gradus uitæ, scilicet Vegetatiua uis, Sensitiua exterior, et Interior, Appetitiua, Loco motiua, et Intellectiuæ uel Rationalis. Quia sub sensitiua plane comprehenditur appetitiua, et motiua animæ uirtus, quod etiam Aristoteles ipse probat, iisdem inesse appetitum ac motum aliquem quibus insit anima sensitiua. Sic ergo habes tres animæ diuisiones, quia species animæ sunt tres, gradus uitæ sunt quinq;, potentiae aut uires animæ sunt decem et septem.

DE

DE MOTIVA ANIMA.

Caput III.

NON quidem docendi gratia, Caput hoc de *vsus huius Motiuu Anima adieci*, quasi esset quarta *capitis.* quædā animæ species, ab alijs separata, quæ Motiuu adiceretur: sed ut ostenderem, quosdam præcipue ex Platonicis ita sensisse, quasi cœlum, elementa, & Platonico reliquo inanimata corpora haberent ipsa quoq; pēr rū error calarem animam, quam uocarunt Motiuam. Quia An sit motiuu alde errant, appellantes id animam, quod re=tiua anima ueranō est anima, neq; uocari debet anima: sed posse in corpori tuis uirtus ac uis quædam naturalis in corpore ina=bus inanimato atq; motus naturalis, non animalis, neq; uio matis. lentus, ut supra in Primo, cap. 20. distinximus. Sic isti falso dixerunt magnetem esse animatum, motiuu tantum anima, quia attraheret ferrum, sic alia metallaria, sic fulmen, aliaq; meteora dixerunt animata, per animam motiuam: quia haberent suam agilitatem suasq; uires, ut patet in lapidibus & gemmis presertim. Sic cœlum atq; astra stellasq; dixerunt esse animata, per animam motiuam, eò quod perpetuo, & infatigabiliter moueantur. Verum huiusmodi opinio de Anima motiuu prorsum peccat contra uulgatam loquendi rationem, & contra philosophie principia. Nō enim exterior ille motus corporum, neq; interiores illæ uires corporum, ut gemmarum, ut meteororum, sufficiens causa sunt, cur inanimata dicantur proprihabere animam, que multo

C O M M E N T . P H Y S .

Anima
motiuā
quid sit.

Substan-
tie dupli-
ces.

multo nobiliores habet effectus, quam motum istum externum, Duremus itaq; in sententia ueteri accepta, dicentes Animam motiuam plane esse nihil. ne in uegetabilibus quidem substantijs, & harū motum non esse animalem, sed plane in animem atque naturalem, quatenus grauia sursum, leuiāq; deorsum, huc illucq; mouentur. Est ergo Anima, aut uis potius Motiuā nulla prorsus, nisi quæ anime sensitiae coniuncta & subiecta est, quam Peripatetici rectissimè uocant uim & potentiam anime loco motiuam, & prosecutiā, de qua deniq; infra eodem capitulo loquemur. Mancat ergo uulga tā substantiarum distinctio, scilicet Substantias alias esse inanimatas, ut cœlū, elementā, meteora, metalla, & metallaria, Alias esse animatas, ut plantas, animalia, atque hominē. Iam inde ergo ad ueras anime species uiresq; transeamus. Verum tamen ad huc unam atq; alterā diuisionem, pertinentem ad animam, uiresq; eius, IIII. diuis. præter superiores tres, libet præmittere, ut quarta animæ. diuiso sit talis. Que in inquisitione anime, eiusq; Ordo in partibus obseruari debent, quinq; sunt, scilicet Ani quisitionis mæ & eius speciei cuiusq; definitio. Secundo, materia uel obiectū potentiae. Tertio, operatio uel actus iusq; par= potentiae. Quarto, ipsa potentia anime. Quinto, ac tium. cidentia potentiae, ut sunt instrumenta, adiumenta, Ordo natu impedimenta. Atq; hic ordo inquisitionis est, nō na- re in ani- turæ, secundum hanc enim Primo est ipsa substantia ma. anime, speciesq; eius. Secundo ipsa potentia, aut uis animæ

animæ, quia impossibile est aliquam substantiæ expertem esse omnino potentiae atque operationis, nem non animam, de nobilissimis substantijs unam. Tertio est operatio, uel actio potentiae, tanquam effectus eius. Quæ potentia media inter substantiæ et operationem, tanquam causa efficiens huius operationis, uana esset, nisi effectum consequeretur aliquando. Quartio est materia, id est, obiectum potentiae, circa quam operatur ea: sicut uisua operatur circa colorem, nutritiua potentia operatur circa alimen tum, quæ operatio uocatur Nutritio. Quinto est organum uel instrumentum potentiae, per quod agit, ut uisua per oculos, aliaque accidentia, ut adiumenta, impedimenta operationum, et defectus organoru et virium. Quinta diuisio, Vires uel operationes anime sunt duplices, scilicet organicæ, quas non nisi incorpore, perque eius partes, tanquam per instrumenta potest exercere: quas alij uocant operationes communes, quia efficiuntur communī auxilio anime et corporis. Tales operationes organicæ sunt, tres uires anime vegetatiue, et undecim uires anime sensitivæ, supra eodem cap. 3. numeratæ. Aliæ uero sunt operationes anime non organicæ, quas anima etiam extra corpus, sine adminiculo organoru, uel etiam separata à corpore post mortem exercere potest, quas alij uocant mere animales operationes: quia sine corpore, uel extra corpus à sola anima queunt effici, quales sunt tres uires anime rationalis,

d scilicet

V. diuis.
animæ.

C O M M E N T . P H Y S .

Appeitust scilicet intellectus, affectus, & uoluntas: quarū he
intellectus= due posteriores recte appellantur, appetitus intelle
ctuus. Nam affectus illi organici in corde & iecino-
Appetitus re & uisceribus, uocantur appetitus sensitius. Sic
sensitius. est etiam motus quidam animæ, non organicus, quo
mouetur anima localiter etiā extra corpus, & se-
Anima parata à corpore. Tali motu non organico moue-
Hermo= batur anima Hermothæi Clazomenij, cuius (ut re-
thæi Claz fert Plin. 7. cap. 52.) anima extra corpus errare in
zomenij. longinqua consueuit, ac inde redire in corpus, qua-
lem fингит etiam Plato, in fine de repub. Socratica.
Tali motu non organico, mota & regressa est ani-
ma Lazari, quadriduū iam mortui. Tali motu non
organico feruntur iam animæ damnatorū & bea-
torū: sicut & appetunt iam affectu uel appetitu in-
tellectu, nō organico. Sic contra sunt operationes
mere corporales, quas ipsum corpus exercet etiam
sine anima, ut cadauer anima destitutu iam, tamen
habet dimensiones corporeas, figuram & situm, &
habitum, & localiter mouetur motu naturali deor-
sum, aut motu uiolento sursum uel transuersum. Ve-
rum huiusmodi operatio nihil ad animam pertinet.

V I . diuisi. Sexta diuisio: Secundū Medicos, potentiae uel opera-
animæ. tiones, quas ipsi uocant virtutes, in anima corpori
1 coniuncta, sunt triplices: scilicet virtus naturalis
ab epate in animali: que plane infra eodem ca. pro-
ximo nobis uocatur & tractatur Vegetativa ani-
ma, uegetans & uiuificans plantas & animalium
corpora.

corpora. Et uirtus animalis à cerebro in animali, 2
que non inest plantis, sed tantū animalibus & ho=mini: appellaturq; infra eodem cap. 6. anima sensitiva. Et 15. uis appetitiua. Et 16. uis motiua. Huic uir= tuti animali rationem quoq; & uoluntatem Medici subiicitur. Et tertia uis, est uirtus uitalis, à corde in 3
animali: quæ & spiritualis uocatur, quia spiritum præbet, & regit per omne corpus arteriarū mini=sterio, & sanguinis, ac infra eodem cap. 16. uis mo=tiua subiicitur. Quare nō opus est nobis hic, peculia riter istam medicorū partitionem prosequi, licet sit ut facilis, Ita amœna quoq;. Septima diuisio. Adhuc VII. diuis. duplices sunt animæ operationes scilicet disparatæ, animæ, que habent diuersa obiecta & instrumenta, ut nu= tritiue obiectum est alimentū, epar est instrumen= tum: ut generatiue obiectū est semen, instrumentū est pars genitalis: ut uisiue obiectum est color, in= strumentū est oculus &c. de quibus infra. Aliæ sunt operationes subordinate, quæ habent idem obiectū, & circa idem operantur. Sic uis appetitiua & pro=secutiua, est subiecta sensitiuæ, nam in idem obiectū hæ tres uires intendi queunt. Sic intellectus & uo=luntas uel affectus circa idem obiectū se exercent & intenduntur, ut circa bonum, malū, scibile. Quia ni= hil cupitum est, nisi prius cognitum fuerit, ut infra ostendetur suo cuiusq; loco, ubi de obiectis & orga=nis potentiarū loquemur. Atq; hæ sunt diuisiones se=ptem, maxime conferentes ad notitiam eorū quæ se=quuntur.

C O M M E N T . P H Y S .
D E V E G E T A T I V A A N I M A .

Caput V.

PRIMO: Cum ad Medicos propriæ spectet, distinctè & copiose modum uiresq; anime vegetatiæ describere, in humano corpore præsertim, breuior hoc loco esse uolo, pleraq; sua medicis permittens. Prima ergo species Animæ. Vegetatiua anima, est actus substancialis corporis naturalis organici, quo id ipsum nutritur, augetur, & generat re potesi. Sicut anima plantæ, est uis qua planta nutritur, crescit, & seminalem genitabilemq; uim habet, ad propagandam suam speciem, inest enim plantis sola vegetatiua anima.

Anime vegetatiæ turtres operationes animæ vegetatiæ, scilicet nutritio, augmentatio, & generatio. Quarum hec tres opera tiones. ualeat ad conseruationem suæ speciei: priores uero scilicet nutritio & augmentatio, ualeat ad conseruationem indiuidui. Et obiectum vegetatiæ est & organū alimentum. Sed organū in animali est epar, in plantæ vegetat. tis uero est radix & medulla. Nutritio est alimenti extrinsecus aduenientis conuersio, in substantiam aliti corporis, per uim caloris naturalis, qua recupera perat corpus quantum perdiderit. Est itaq; alimentum cibus, potus, & similia, quatenus animatum fieri potest, nempe pars aliti corporis, proprium obiectum potentie nutritiæ.

Nutritio= **T**ERTIO: Nutritioni tribuuntur quatuor operationes

rationes aut uirtutes, scilicet attractio, retentio, digestio, & expulsio. Nam hic omitto alias tres uirtutiones. tes, scilicet appositionem, unionem, & assimulacionem, à Medicis inquirendas. Attractio alimenti fit Attractio, per os & gulam, in ipsum stomachū, aut per uirtutem attrahēdi occultam, ut magnes ferrū attrahit: aut propter impletionem uacui, quod nequit admitti, sicut aqua attrahitur sursum quoq; aut transuorsum, per siphones, aut per calorē stomachi & epatis, ut lychnus ardens in lampade, attrahit oleū aut seuum, aliumque humorē pinguem, hec uis attractiva plantis quam maxime est necessaria, qua humorē ad se per radicem tanquam os & gulam attrahunt atq; fugunt in medullam, quasi in stomachum.

Fitq; omnino Attractio per calidū & siccum, Retentio. tentio, alimentū retinet attractum in stomacho aut medulla alioue membro aequivalente, tantisperdam alteretur ac digeratur, inq; substantiam aliti mutetur. Si enim statim efflueret & elaberetur cibus & potus, uel humor, non posset ali corpus, neq; soueri. Fit autem Retentio per frigidum & siccum. Digestio Digestio est, qua alimentum alteratur ac digeritur per calorem naturalem, & humorē, sicut calor lychni ardoris absunit oleū & pinguedinem. Huic annumerātur tres operationes, scilicet, πέπανοις, hoc est emollitio & maturatio alimenti in humido ut in plantis: huic opponitur ομότης, hoc est cruditas, qua alimentum non mollitur, neq; à calore ma-

C O M M E N T . P H Y S .

turatur et subigitur. Quo morbo plerumq; labo-
rant otiosi, in quibus ille calor. Secunda species dige-
stionis est ἡ θορική, id est, cōcoctio et elixatio alimenti
in stomacho corporis animalis, sicut caro elixatur
in olla, cui opponitur μόλυβδος, id est inquinatio,
species indigestionis, qua alimentum nō digeritur,
neque subtilescit, sed impurum fit et corruptum.
Indeq; sanies, alijq; corrupti humores et putridi na-
scuntur. Atq; hoc uitiū in animalis corpore crudi-
tatem sequitur. Tertia species est ὡτηθορική, assatio,
cum assatur alimentum solidiusq; fit: à quo etiam
nutriuntur ossa, et cartilaginea membra, nedum
carnea. Huic opponitur σανάτθορική, indigestio, qua
alimentum non fit rite solidum neq; transit in mem-
bra subtilia aut solida, sed omne ferè mutatur in
stercus et excrementum saniosum, aut siccū pura-
lentū, unde scabies aliaq; uitia nascuntur. Expulsio
est, qua superflua excremētaq; humidi et siccii, hoc
est potus atq; cibi et alimenti expelluntur ad exte-
riora per suos meatus, ut per uesicam, intestina,
poros, aliāue aperta membra: ut pote cum emittitur
urina, stercus, aut sudor, alijq; humores superflui.
Sicut et in plantis est suaquādam expulsio super-
flui, inutilisq; humoris.

Digestio
nis ordo
quadru-
plex.

Q V A R T O : Digestionis quadruplex est or-
do, quia digestio prima est in ore masticatio, Se-
cunda est masticati alimenti in stomacho mutatio
in chilum, hoc est, in massam instar ptisanæ uel pul-
tis.

lis, Tertia est in epate, mutatio alimenti chili in chymum, hoc est in massam sanguineam quasi coagulatam, Quarta est digestio in uenis, qua alimen-
tum mutatur in sanguinem & humores, digeritur per omnia corporis membra, secundum propor-
tionem suam. Ceterum quomodo haec digestiones, &
quibus instrumentis fiunt, à Medicis omnino requiri.
re. Expulsionis uero aut euacuationis superfluo- Expulsiones
rum uarij sunt modi, ut sudor, missio sanguinis, de- nis modi.
torsio, frictio, urina, excrementum, uomitus, expul-
satio, excreatio, sternutatio, respiratio (qua fulig-
inosis halitus effumant) flatus, lachrymæ, lippitu-
do, aurium sanies, fluxus, pus, scabies, ulceratio,
capillorum & unguium incrementa, & similia in-
finita.

Q V I N T O: Sicut nutritiæ operationis est Augmen-
tare & mouere substantiam corporis animati, sic tatiuapo-
augmentatiua potentia auget quantitatem corporis tentia.
animati in longum, latum, & densum. Quare &
Medici eam uocant naturalem uirtutem crescendi,
uel crescituam. Huius materia uel obiectum, item
est alimentū: sed quatenus habet potentiam facien-
di corpus quantū, id est, maius. Organum in genere Organum
habet epar, sicut nutritio, in specie uero alia mem- augmenta
bra principalia, in quibus & per quæ coquitur, co- tiæ.
latur, spargiturq; alimentum digestum in corpus.
Itaq; augmentatio est conuersio alimenti extrinse- Augmen-
cus aduentis in substantiam corporis uel membra tatio quid.

C O M M E N T . P H Y S .

Augmen-
tatio &
nutritio
quid diffe.

Calor na-
turalis.

Qualita-
tū elemen-
tarium in
augmenta-
copi.usus.

aliti, per calorem naturalem, qua corpus uel mem-
brum recuperat plusquam perdidit. Tametsi quidē
omnis augmentatio sit nutritio : licet ē contra non
statim omnis nutritio sit augmentatio, quia corpus
quoad uiuit, nutritur omnibus suis membris, nō ma-
le affectis, sed non augmentatur per omnem uitam,
Nam calor ille naturalis & animalis quoq; intensi-
or plus auget, ut in iuuenili uel recenti corpore: Me-
diocris uero & temperatus, nihil auget neq; immi-
nuit, ut in uirili ac media uel statā etate, in qua di-
citur esse corporis status & quies. Verū Remissior
factus calor, nihil auget, sed minuit : ut in senili &
confecto corpore. Hæc autem potentia (sicut & nu-
tritiva) indiget quoq; ope qualitatū elementarium.
Quia per uim caloris subigit & disponit alimentū.
quasi materiam ad formā sibi homogeniam, ut assi-
miletur & uniatur carneum carni, osseum ossi, me-
dulleum medullæ, & sic quidq; suo generi. Per fria-
gus membra coagulat & coaugmentat. Per siccum
consolidat, & continuat, atq; retinet. Per humidū
reddit materiam facilem & tractabilem, ut eam in-
formet membrorum formis. Omnia autem corpo-
rum est certus quidam terminus augmenti &
decrementi, durationisq; sua periodus, iuxta illud.
Stat sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus est uitæ.
Durabilitatis aut̄ solent enumerari sex cause. Pri-
ma similitudo & harmonia partiū corporis in qua-
litate

Litate: Secunda, debilitas & remissio contrariorum in corpore: Tertia, duricies corporis & firmitudo: Quarta, mixtio humidi cum calido & siccoterestri: Quinta, proportio primarum & secundarum qualitatum in corpore & partibus eius geometrica, quam proximè accedens ad æqualem temperaturam: Sexta, temperamentum calidi & humidi. Hinc corruptibilitatis & fragilitatis in corpore item sex causas contrarias numerare potes, quia Contrariorum eadem est ratio.

S E X T O : Generativa potentia est, qua corpus Generatum animatum anima vegetativa, gignit ex se aliud corpus animatum simile sibi in specie, ad cuiuslibet spei aquæ. animatæ perpetuam propagationem conservandam. Hujus objectum est alimentum subtilius & prius, quatenus mutari potest in prolificum aut fœcundum semen humidum vel corporeum, ut in plantis sunt germina, aut grana: quod quidem semen habet totum in se corpus generandum, non quidem actu sed potentia propinqua. Organum in genere huius Organum potentia est item epars, secundum plerosq; in specie generativa, uenæ & arteriæ primo, in his enim germinabile & fœcundius humidum, ex transmutato sanguine primum generatur, sicut lac in uberibus, inde uero organa, sunt etiam renes, & uasa genitalia: in plantis uero organa sunt flores aut surculi. De semine tamen diuersæ sentiunt, quod subtilius ex alimento post ultimam digestionem emanare dicunt, sententiae.

d 5 pleriq;

C O M M E N T . P H Y S .

pleriq; ab epate, alijs à cerebro, alijs à medullis, alijs ab omnibus membris æquabiliter: id quod uero est si-
Generat= milius. Huic autem generatiæ potentia item tres
tiue po= 1 operationes à Medicis tribuuntur, scilicet Semina-
tentia= tiua, qua alimentū et humor mutatur in semen: et
tres ope= 2 Immutatiua, qua semen in partes corporis generan-
rationes. di incipit transmutari, ut in sanguineum, carneum,
3 osseū, &c. et Plasmatiua, uel informatiua, quae se-
men mutatur forma in germe, uel embryonis for-
mam, id est, in foëtum nondum perfectum, neq; anima-
matum: et deniq; in plantam uel in animal, quod
ritè nascatur. Atq; hæc de anima uegetatiua, deq;
eius potentijs tribus, ac operationibus varijs, ad præ-
sens sufficient, plura enim à Medicis petere oportet
quorum propriè refert, istiusmodi fusi tradere,
principiè quod ad Anatomiam organorū uegetabi-
liū, atq; ad alimenti naturam et qualitatē attinet.

D E S E N S I T I V A A N I M A .

Caput VI.

PRIMO: Paulatim ab imperfectioribus natu-
ra progreditur ad perfectiora, sicut à plantis
et à uegetatiua anima transit ad animalia, atq; ad
sensitiuam animam, tanto nobiliorem illa, quanto
præstant plantis animantia, habentia sensitiuam ani-
mam cù uegetatiua potentia, planè in eandem sub-
stantiæ formam coniunctas, et cum homine sibi cō-
Anima se- muntes. Secunda ergo species animæ, Anima sensiti-
ficiua quid ua est

ua est actus substantialis corporis naturalis organici, quo id ipsum apprehendit particularia, et mouetur uoluntate: uel Sensitiva anima est, actus corporis naturalis organici, quo id ipsum uiuit, sensit, dijudicat, appetit, spirat, et loco progreditur. Græci sic definiunt: Anima sensitiva (quæ et Vitælis cognominatur) est spiritus uiuificans corpus animalū, et cognoscens discernensq; materialia sensibilia, et ea prosequens, ordinatus à primario membro, scilicet cerebro, ad specialia organa, ut anima in corpore equi, est ille actus, illa uis, qua equus uiuit, uidet, audit, spirat. Huius autem animæ Obiectum sensitivæ obiectum in genere est qualitas sensibilis, sensitivæ. quam Dialectici tertiam qualitatis speciem, uocant passibilem qualitatem, quia afficit, et facit pati sensum. Organum uero eiusdem in genere est cerebrū, Organum à quo principaliter emanant operationes sensibiles, sensitivæ. les, quas Medici uirtutes uitales uocant, in organa specialia sensuum. Sicut ab epate principaliter emanant operationes vegetatiæ, in organa specialia potentiae vegetatiæ. Qualia sunt os, stomachus, uenter, cholera, uene, intestina, et renes. In uero sensitiva organa sunt membra corporis, recipientia speciem et motum à qualitate sensibili, ut nerui, oculi, &c.

SECVNDO: Varie quidem, sed tamen pleriq; Animæ sic partiuntur Animam Sensitivam in duas potentias sensitivæ, scilicet in potentiam Apprehensiā, quæ spe= partitio=cies

C O M M E N T . P H Y S .

species rerum sensibiliū appræhendit, & percipit presentes uel absentes (quia sensus recipit species rerum materialium abstractas, sicut cerasus cipit sigillum uel imaginem ab annulo abstractam, sine auro argento uel sibi cohærente) & in potentiam Motiuam, qua corpus animatū mouetur uel loco externe, uel spiritu & pulsu interne, Deinde subdiuidunt potentia appræhensiua in sensum exteriorem, cui subiunguntur quinq; species, scilicet tactus, uisus, auditus, gustus, & olfactus: & in sensum interiorem, cuius species sunt tres, scilicet, Sensus communis, Phantasia & Memoria.

Potentiae
motiuæ
partitio.

TER TIO: Motiuæ potentia in duas diuiditur, scilicet in Imperantem & Prosequentem. Et Imperans rursum diuiditur in cupiditatem, cuius sunt duæ species, scilicet Spes, Læticia, & in Iram (quam Plato uim Irascibilem uocat) cuius sunt duæ species, scilicet Metus & Dolor. Sed Motiuæ prosequens rursum diuiditur in Vitalem, quam proprie Medici Animalem uirtutem uocant, huic subiicitur pulsus & respiratio: & in Progressiuam, huic subiicitur contractio, incessus, saltus, uolatus, reptatio, nata-

Quæ ani- tio & uis operatiua. Sic breuem habes hic catalogū mantia o= eorum, & indicem satis perspicuum, quæ nobis sunt perationi= dicenda hinc usq; in cap. 18. Sunt tamē quædam ani- bus sensitæ mantia imperfecta, uel semiperfecta, quæ omnes uis careat. istas sensitivæ operationes nullo modo habent natu- ra sua, ut talpæ uisu, insecta auditu, pisces respira- tione

tione carent, secundū Aristo. ut ἀμφίβια, hoc est, ambiguae uitæ corpora, motu locali & item respira-
tione uidentur carere, nedum sensibus interioribus:
ut sunt spongiae, fungi, tubera, conche, ostreae, unio-
nes, & qualia enumerat Arist. in 4. histo. cap. 8.
Et Plinius in 9.ca.45. & in 31. cap. 11. Sic alia alijs
organis, alia alijs operationibus deficiunt, ut in tra-
statu, & in historia animalium ostenditur.

DE SENSIBVS EXTERIORIBVS.

Caput VII.

PRIMO: Sensus exterior est potentia sensiti= Sensus ex-
ua in animato corpore, quæ species rerū sen= terior qd.
sibilium præsentes, non absentes percipit extrinse=
cus. Sic uisus speciem albi, nigri, rubri, uaricoloris,
non nisi præsentem, & non absentem oculis percipi=
pit: Sic auditus sonum, non nisi præsentem, & aures
pertingentem, non absentem auribus percipit. Atq;
ita de alijs exempla patent. Necesse est autē ad sen= Ad sensum
sum, præcipue exteriorem, concurrere obiectum, quæ requia=
& instrumentū, & uim sentiendi, neq; enim in uno rāntur.
tantum perficitur. Sic ergo ab oculo uidente obie= Sensus par=
ctum, fit demum uisus. Est autem sensus partim po= tim actiu=
tentia actiuia, quia cum obiecto suo sensionem facit, partim
partim potentia passiuia, eo quod ab obiecto suo fe= passiuia
riatur, & moueat, ut à colore feritur oculus, & potentia.
uisus. Sic obiectum excellens corrumpit sensum, ut
ab intuitu radiorum solarium corrumpitur uel he= betatur

C O M M E N T . P H Y S .

betatur uisus, quia obiectum radiosum nimis excellet sensum, sic è contra obiectum nimis deficiens immutat sensum, ut à uisibili nimis tenui hebetatur uisus, debilitanturq; oculi. Sic ab obiecto in cōueniente & in cōmodo debilitatur sensus, ut candidus color nimis dispergit uisum, atq; ita hebetat eū: ut in suauis sonus obtundit aures: ut grauis odor hebetat olfactum, ut distemparata qualitas lēdit tactum.

Sensus exteriores
quinq;
Tactus
quid.
Obiectum
tactus.

SECUNDO : Sensus exteriores sunt omnino quinq;, scilicet, tactus, uisus, auditus, gustus, & olfactus, de quibus nunc sigillatim pauca dicemus. Tactus est potentia sensitiva exterior, ordinata in nervis expansis per totum corpus, media cute & carne, ad appræhendendam qualitatem tactilem. Ex hac definitione patet obiectum ipsius tactus, scilicet qualitas tactilis prima, ut calidum, frigidū, siccum, humidum, aut secunda, ut asperū, lene, aridum, lubricum, graue, leue, durum, molle, crassum, subtile, & si que sunt qualitates similes, supra tractatæ in 2. capite 22. & 23.

Organum
tactus.

TER TIO: Instrumentum uero ipsius tactus uel organū, est nerus quidam multiplex & ramosus, multis surculis & capillatim quasi, per totum corpus sub carne & cute dispersus, & expansus, tanquam rete quoddam, atq; hi neri maiusculi & exiguui, uel etiam suâ tenuitate excedentes uisum, unâ cum maiore neruo illo, ex cerebro tanquam à radice emanant molliusculi. Sicq; adeo totum fere cor-

pus

pus est instrumentum ipsius tactus: caro autem uel cutis est medium inter tactilem qualitatem, ex neruū tangentem eam. Ceterū ossa, pili, ungues, cornua, & similia, non sentiunt tactum, neque qualitatem, quia isti nerui tangentes non sunt per ea duci, nec sparsi. Nam caro neruosa sentit sola qualitatem atque etiam caro illa ossibus duris allisa offenditur: sicut & cutis sentit qualitatem non per se quidē, sed per neruos istos sibi partim mixtos, partim subjectos. Atq; ita Tactus est sensus, per omne corpus quasi diffusus. In animalibus uero quæ carent uel neruis, uel carne, aliud est organū tangens, isti neruo & equipollens. Tametsi piscium quoq; caros suis neruulis & uenis non deficit omnino. Porrò hic sensus Tactus o= tactus, prorsum est omnibus animalibus cōmuni, mnibus a= quamlibet etiam imperfectis, ut probat Aristo. in nimalibus 4. historiæ cap. 8. adeo ut sine tactu animal nonsit communis animal, neq; sine tactu queat uiuere: per quem deni- est.
que ea quæ dolent refugit, & quæ delectant prose-
quitur, motu suo, si non locali, at saltem spirituali.
Estq; Tactus proprius sensus, ad nutrimentum & ue= Tactus ne-
getationem animalis necessarius, quia sine contactu cessitas.
neutrum in animali potest operari. Imò etiam qua-
tenus animalia tactum habent, eatenus etiam appe-
titum & motum habent. Quod enim non tangit, il=
lud neq; appetit, neq; afficitur, neque mouetur.

Q VAR TO: Visus est sensus exterior, percipiens oculis species colorum, & coloratorum, luci= dorumq;

C O M M E N T . P H Y S .

dorumq; corporum. Alijs ita hic sensus definitur: vi-
sus est potentia sensitiva ordinata in neruo oculi op-
tico, ad apprehendendam formam eius, quod for-
matur in humore crystallinum, ex similitudinibus
corporum habentium colorem: quæ idola uenient
per corpora perspicua & radiosa in effectu ad su-
perficiem corporum interorum, quales sunt oculi. ut
autem uisus est omnium sensuum nobilissimus, et plus

Tractatio rimum inseruiens discentibus, sic tractatio quoq; de
de uisu qua Visu ceteris est difficilior. Non tam quod ad obiectu
re diffici= & organum, quam quod ad modum uisionis descri-
bendum attinet, in quo doctissimi homines mire in-
ter se uariant, à quibus etiam hanc controversiam
omnino petere oportebit, prolixius tractatam. Nos
bis hic satis erit, tenere obiectum, organum, medium,
& aliquousq; modū huius uisiue operationis. Hinc
quoq; intellectum secunde definitionis facilius as-
sequemur.

Obiectum
uisus.

Corporū
partitio.

Q VINTO: Obiectū uisus in genere est ipsum
visibile, hoc aut̄ tres habet species, scilicet lucē, lumen
et colorē, quæ tria sunt obiecta ipsius uisus specia-
lia. Porrò corporū alias sunt non opaca, uel non te-
gentia, & horum quedam sunt lucida, & luminosa
ut sol, luna, stellæ, ignis, gemmæ pleræq;, et similia,
quæ in opaco, inq; tenebris posita, tamen lucent, &
tenebras illuminat & discutiunt, ac in tenebris uiden-
tur. Alia uero non opaca, sunt quidem non lucida,
sed perspicua tamē, hoc est liquida, translucida, &
transpa-

transparentia, quæ græcis διαφανη vocantur: ut aqua, aër, uitrum, gemmæ aliquæ, qualia neq; lumen, neq; radios à seremittunt, neq; tenebras discutiunt: Sed tamen media ipsa nō impediunt à longinquo uideri lucem, lumen, radios, colorem. Corporum alia sunt opaca & tegentia, hoc est, neq; lucida, neq; perspicua: qualia sunt, quæ obiecta luci aut lumini, tenebras inducunt. Sicut terra interposta diametraliter inter lunam & solem, inducit eclipsim lunæ, & tenebras. Sic terra opposita soli, inducit noctem. Sic paries undiq; clausus, inducit tenebras. Talia opaca sunt terra, ligna, lapides, aliq; crassa, & terrestria corpora pleraq; aut fumosa. Hoc discrimine corporum obseruato, iam rebus intelligentur definitiones sequentes.

S E X T O : Lux est qualitas uisibilis in corpore **Lux quid.** lucido, mobilis ad motum eius cui inest, non ab alio extrinsecus defluxa. Ita lux solis abit atq; redit cum corpore solis. Vel Lux est actus corporis lucidi, quæ tenus lucet. Est autē hæc qualitas indita lucidis tantum corporibus, statim à prima creatione, ex nulla admodum elementari mixtione. Nam simplicissima quæq; corpora sunt ferè lucidissima, ut Sol, Luna, Stellæ, ut corpora clarificata post resurrectionem. Est enim lux creata ante omnia mixta corpora, etiā ante solem & lunā, die primo, iuxta illud: Fiat lux, & facta est lux. Est item Lux quasi anima mundi, vegetans utcūq; inanimata quoq; corpora, & quasi

C O M M E N T . P H Y S .

Lumen quid. exhilarans. Lumen est actus perspicui, quatenus est perspicuum, opacotamen terminatum, uel Lumen est qualitas uisibilis, à luce deriuata, tanquam imago. Sicut aut lux uidetur per lumen, sic lumen uidetur per umbram, qua terminatur & describitur, nimirum terminis opaci & umbrosi corporis: sicq; plane Lumen est qualitas uisibilis, quam corpus

Radius ui- opacum recipit, à lucido corpore. Visiuus autem, ut siuus quid. isti vocant, radius, est lumen pyramidale, multipli- catū ab obiecto uisibili, præsertim lucido, continua- ta generatione luminis ad oculorū uisum. Ita ergo per radium uisiū species, idolum, & figura rei uisibili peruenit ad uisum, cui offertur, per mediū per spicū: cuius quidem radij basis est in re uisa, conus

Radius ui- autem in oculo uidente. Quomodo autem hic radius siuus dupl. sit duplex, scilicet rectus & obliquus, uel reflexus & refractus, non est huius loci tractare, uerum ad artem Opticen, hoc est perspectuā pertinet, de qua extat Commentarius de Perspectua communi in- scriptus, à quo peti debent pleraq; alia, ad hunc sen- sum uisus, eiusq; obiecta & modum pertinentia.

SEPTIMO: Color est extremitas corporis per spicui in terminato, hoc est, Color est qualitas uisibi lis, in extremitate corporis opaci terminata, que perspicuum tangit, & beneficio luminis uidetur. Si- cut enim lux corpora que alioqui non lucent reddit perspicua, ita lumē perspicua & opaca corpora mi- xta, facit colorata. Efficiens causa coloris est lux ipsa

Color
quid.

Coloris.

ipsa, & perspicuum, & commixtio primarum qua caus. efficiatatum elemētarium in corporibus mixtis tantum, quia incorporea, & corpora simplicia, ut cœlum, stellæ, elementa, propriè non sunt colorata, sed lucida aut strax p̄p̄n̄, aut mere opaca, ut terra. Quare etiam sic finitur: Color est qualitas secunda, visibilis à luminosa ignis & perspicuo aëris & aquæ, atque ab opaco terre profecta, cooperantibus primis qualitatibus. Species autē coloris sunt septem: quia duo Coloris 7. sunt extremi colores, & tanquam parentes aliorū, species. scilicet Albū, à luminis & caloris multitudine; Nigrum à luminis paucitate & frigidi multitudine. Quinq; autē sunt medijs colores, uel mixti, scilicet, Rubrum ex commixtione albi & nigri: Flavum ex pluri albo, & pauciore rubro: Croceū ex pluri rubro, & pauciore albo: Viride ex pluri nigro, et rubro pauciore. Purpureum ex pluri rubro, & pauciore nigro. Ad has septem species colorū refer & reliquas à Gellio lib. 2. cap. 26. & ab alijs additas.

O C T A V O: Medium ipsius uisus est perspicuum, Medium uel strax p̄p̄n̄, ut liquidus uel perspicuus aër, uel a= uisus. qua, uel gemma, uel uitrum, & similia perspicua. Quod scilicet corpus perspicuum, saltem in extremitate qua coniunctum est colori, sit trans lucidum, in quod color à lumine excitatus & illustratus, remittit à se speciem purā oculis offerendam, uti pleriq; existimant. Organū uero est ipsius uisus oculus, qua Organum les natura plerisq; animalib. indidit binos, ut alter uisus.

C O M M E N T . P H Y S .

Nervus
opticus.

alterius defectum suppleat, ut alter alterum adiuvet: eosq; tanquam speculatores sub fronte posuit. Ceterum nervus opticus, hoc est. uisivus à cerebro descendens, bifurcatim quasi in duos ramos diuiditur quorum dexter ad oculum dextrum, sinister in oculum sinistrum protenditur, Quo quidem nervo absolvitur Visionis operatio, dum ab oculis suscepta species per eum nervū tanquam per aditum mittuntur ad cerebrum, & ad sensum communem. Oculus deinde constat pupilla, sita in cornea membrana, media, quasi lumine scintillans, & uim speculi habens, adeo ut intuenti referat totā hominis ferè speciem. Item oculus quatuor membranas habet, & tres humores: quas membranas Plinius & Medici uocant tunicas callosas, aut pelliculas duriusculas: quarum extrema pinguior & solidior, Alba, à crano demissa, circum ligat oculum, ne humores eius conge- lassent, aut contrà diffluant. Deinde Vaea cum Secundiua complectitur humorem Albugineum: post Aranea cum Retina complectitur humorem Cry- stallinum, cui proximus est Vitreus humor: Deniq; Cornea cum Sclerotica, oculum & alias pelliculas & humores coaugmentat, qui humores puri & li- quidi oculo sunt infusi, ut is sic humectatus facilius recipiat uisibiles species: sicut & membranæ illæ quatuor sunt pellucidae, ut in eis rerum uisibiliū spe- cies, tanquam in speculo refugeant. Sed reliqua de oculi anatomia à Medicis quere.

Nono

NONO: De modo quo fiat hæc operatio uisua, De modo
mirè inter se doctissimi quoq; uariant, ut disputat uisionis ua-
Macrobi. in 7. cap. 14. Saturnalium. Prima opinio 1 riae opi-
est Opticorum, et quorundam etiam Philosopho- niones.
rum, uisionem fieri per iactum et egressum radij ui-
sui linearis, emissi à pupilla per medium στροφαντούς
usq; ad rem uisibilem, nempe corpus uisibile, cuius
lucem, uel lumen, colorem et speciem quoq; idem
ille radius in oculū regrediens, utpote reflexus aut
refractus secum reportet et offerat oculis, atq; in-
de per neruum opticum sensui cōmuni ad cerebrum.
Secunda opinio est Peripateticorum, qui putant ui- 2
sionem fieri hoc modo, quod species, forma, et ido-
lum spiritale quasi progrediatur à re uisa per me-
dium στροφαντούς, usq; in pupillam oculi, qui susci-
piat id idolum refulgens in se, sicut speculum susci-
pit imaginem intuentis se. Sic ergo optici censem, 3
uisionē fieri extra mittendo radios ab oculis in ob-
iectum uisibile. Peripatetici contrā censem uisionē
fieri intus suscipiendo speciē obiecti uisibilis in ocu-
los. Tertia opinio est Platonicorum, Visionem fieri
per στροφόν, id est, corradiationem, nempe per
cōcursum radij uisiui, et idoli uisibilis, quæ sibi ob-
uiam ueniūt in medio diaphano, ita ut radius suscep-
tum idolū ex medio diaphano transportet secum
in oculos. Sicq; Platonici censem uisionem fieri, et
extra mittendo radium, et intus suscipiendo idolū,
cuius sententia ipse Plato quoq; autor est in Phæ-

C O M M E N T . P H Y S .

Lactan-
tius.

dro & uidetur maxime probabilis esse. Verum La-
ctan. de Opificio Dei, ca. 8. quamlibet istarum opi-
nionem negat dicens: Per pupillam & per lucidas
membranas oculi sensus ille (qui dicitur mens, hoc
est spiritus uisiuus, uel potentia uisiua) ea quæ sunt
foris transpicit: ne forte existimes aut imaginu in-
cursione nos cernere, ut Philosophi dixerunt. Quo-
niam uidendi officiu in eo debet esse quod uidet, Non
in eo quod uidetur: aut intensione aëris cum acie, aut
effusione radiorum. Quoniam si ita esset, tardius
quam oculis aduertimus, uideremus, donec intentus
aër cum acie, aut effusio radij ad id quod uidendum
esset, perueniret. Cum autem uideamus eodem mo-
mento temporis, plerunq; uero aliud agentes ni-
hilominus tamen uniuersa quæ contra sunt posita
intueamur, uerius & manifestius est mentem esse,
quæ per oculos ea quæ sunt opposita cōspiciat, quasi
per fenestras lucente uitro, aut speculari lapide ob-
iectas. Et iccirco mens & uolūtas ex oculis sæpe di-
gnoscitur. Hæc Lactantius: cuius hic uerba recens-
sui, ut huius controversiæ autoritas penes ipsum es-
set. Et huius quartæ opinionis astipulator est quoq;
Plinius in 11. cap. 37. dicens. Neq; ulla ex parte ma-
iora quam ex oculis indicia animi cunctis animali-
bus sunt, sed maxime homini: & reliqua uerba Plin-
ni omnino uide ibidem, De oculis plura etiam Cœ-
lius in 1. lib. cap. 51. sui Commentarij, & infra eos-
dem cap. 10. ubi dicemus de alijs quoq; sensibus, quo-
modo

modo suscipiant species sensibiles.

DECIMO: Tria sunt omnino ad uisum necessaria Aduisum
ria, cuius quidem operatio fit sine mora in momen= tria neces-
to, atq; (ut isti aiunt) in instanti, hoc est, in tempo= faria.
ris puncto, quia non est celerior agilior uer sensus ex-
ternus, quam uisus. Primum ergo, opus est radio 1
oculi & idolo uisibilis rei, in quorum utruncq; spis-
ritus uisiuus se intendat. Secundo, aere uel aqua, aut 2
alio medio diaphano & perspicuo: ita tamen, ut iu-
stum spacium intersit inter oculos & obiectum. Ter- 3
tio, corpore lucido uel colorato, quod ministerio
luminis uideri queat. Ita quidem si motus eius cor-
poris sit moderatus, si instrumentum, id est, oculi sint
non corrupti, eo quidem corpore offenso & depræ-
benso desinit intentio, neq; uisus progreditur longius.
Quæ intentio si nullo corpore impedita longius
pergat, recta non permanet, sed scissa in dextrum
lexumq; diffunditur, quasi circulariter. Hinc est,
quod ubi uncq; terrarum aut maris steteris, uideris
tibi quandam coeli coclusionem uidere, quæ conclu-
sio uocatur Horizon, id est, terminus, definiens & Horizon.
concludens uisum. In plano aut & recto, uisus non
potest pergere ultra 180. stadia, quæ est semidiame-
ter Horizontis, hoc est, quatuor miliaria germanica Horizon= 1
& semis. Diameter ergo Horizontis sunt 360. stadia tis semidia-
metri nouæ miliaria germanica. Circumferentia autem
stadiis Horizontis sunt 1131 stadia, circiter 28 miliaria Horizonti
germanica. Itaq; area totius Horizontis sunt 3959. circumfe-
re 4 stadia, rentia.

C O M M E N T . P H Y S .

Horizon=
tis area.

stadia, hoc est circiter centum miliaria germanica. Atq; hæc de plano tantum intellige. Nam de superiore loco aut etiā de inferiori, sursum longius certe uidemus, utpote solem, lunam, cœlū, stellas, turres, maria. Sic Strabo ille apud Plinium, in 7. cap. 51. de Lylibeo Siciliæ promontorio uidere potuit 33500.

Visus cum
tactu affi-
nitas.

passuum naues egredientes portū Carthaginis. Ceterum magna est uisui cum tactu communio & affinitas. Nam æque oculis uidentur, medio tamē colore aut luce, atq; tactu tanguntur, media tamen qualitate tactili, hæc quinq; scilicet magnitudo, numerus, motus, tempus, figura. Quibus adduntur, locus, spacium, corpus, & quale, inæquale, asperum, leue, acutū, obtusum: atq; uocantur hæc sensibilia obiecta cōmunia, quia communiter uisu & tactu percipiuntur: de quorum utroq; hactenus satis sit dictū.

Sensibilia
cōmunia,
quæ, &
cur ita di-
cantur.

Auditus
quid.

V N D E C I M O: Auditus est sensus exterior, aribus percipiēs qualitatem ex cōmotione aëris prouenientē, hoc est, sonum, medio aère uel aqua. Item Auditus est potentia sensitiva, ordinata in neruo expanso ad aures, à cerebro, appræhendens formāsoni aduenientis sibi, ex cōmotione aëris qui colliduntur inter corpus percutiens, & percussum. Vtraq; hæc definitio ostendit, quod ipsius auditus obiectum est sonus, medium est aér uel aqua, organū est auris, foris patula, intus autē tortuosa, & flexuosa, ne facile elabatur sonus. Et in imo auris est pellicula quædā super os extensa porosum & siccū, quæ uocatur

meninga

Auditus
obiectum
mediū &
organum.

meninga uel tympanum auris, naturali aëre repleta, & sicut folliculus transmittens aërem sonorum per neruum, ad sensum cōmunem: qui nēruus mollior, bifurcatim quasi à cerebro ad ambas aures discedit, scinditur quasi duobus ramis: per quem neruum bifurcatum, auditum spiritus percipit sonum, ex quomodo trinsecus receptū: qui nēruus ab humoribus, & ua-
poribus soporiferis in dormiente oppilatus & ob-
structus, non suscipit neq; transmittit sonorum aë-
rem, nisi iusto maior edatur strepitus & sonus, quo
feriatur intentius, atq; hic est modus auditionis.

DODECIMO: Sonus est qualitas auditu per Sonus
ceptibilis, ex collisione uel scissione aëris, inter bina quid.
corpora proueniens. Requiruntur ergo tria ad so- Ad sonū
num: scilicet, corpus percutiens, ut Citharœdi ma- 1 tria re-
nus percutiens nēruos uel chordas: & corpus per- 2 quirun-
cussum, ut nērui uel chordæ percussæ in cithara, & 3 tur.
aërmotus, uel collisus, ut aër collisus à nēruis ma-
nu percutiente citharam. Sæpe tamen aër uice per-
cussi corporis simul & medij collisi aut scissi fungi-
tur, ut in sono flagri uirgæue: ut in ruptura panni,
aut funis. In qua duæ partes aëris se mutuo colliden-
tes, sunt causa soni, quia propter rupturam panni,
aliusue corporis scissionem, oportet subito intrare
aërem ad replendum locū eum, quem ante a oppler-
bat pannus uel corpus integrū, ex quo motu intran-
tis aëris, partes aëris se inuicē collidunt, ex qua col-
lisione generatur sonus. Fit ergo sonus uel percussio-

COMMENT. PHYS.

Echo quid & quomo-
do fiat.

ne, uel scissione corporū, moto aere. Est & sonis spe-
cies, quae Echo dicitur, pulcre ab Ouidio in 4. Me-
tamorph. depicta, & ab Erasmo in Dialogo Echo:
qui est sonus reflexus, & repercutiſſus à corpore sibi
obstante, à quo corpore aer repercutiſſus redit ad suum
efficiens. Ita ſepe in ſyluis, montibus, cameratis aut
cavernosis locis, in littoralibus, eundem ſonū, quem
Echo cur ultimas tantum uoces eius: quia uirtus reflexa est infir-
mior quam directa. Non ſecus quam pila proiecta
referitur & refertur à corpore, cui impacta erat
& illa, regrediens ad iaculatorē ſuum.

Soni diuis. DECIMOTERTIO: Omitto hic uulgatas illas, & pueriles, tamen utiles Soni diuisiones, quas, & Grammatici, & Dialectici pueris quoq; solent proponere: contentus dicere, quod Vox est sonus Prolatus ab ore animalis, per naturalia instrumenta, qualia sunt in homine & plerisq; bestijs nouem, scilicet lingua, guttur, palatus, labium superius, labium inferius, quatuor dentes primores. Quæ vox ex collisione istorum instrumentorum nascitur, inter quæ reuerberatur aëris, in gutture & palato animalis, motu linguae. Verum in genere, centrum soni est illic, unde egreditur sonus, uel ubi colliditur aëris, qui sonus inde circulariter fertur, & protenditur à centro, & quali distantia.

Gustus DECIMO Q VAR TO: Gustus est potentia
quid. sensitiva, exterior, apprehendens sapores per lin-
guam,

quam, medio humido saliuoso, uel Gustus est poten-
tia sensitiva, ordinata in neruo expanso à cerebro
super corpus linguae, ad appræhendendum sapores
mixtos humoris unctuoso & saliuoso ipsius linguae
uel oris. Ita Gustus obiectum est, sapor, organū lin-
gua cum suo gustante neruo, medium est, saliuosus Gustus ob-
iectū, ora
humor. Sapor est, qualitas gustabilis ex humido di- ganū, &
gesto in sicco terrestri, per calorem solis, uel ignis, medium.
uel qualem cung; diuerso modo autem concoquitur Saporgd.
ille humor, & miscetur sicco. Quare etiam diuersæ Species sa-
sunt species saporis, scilicet sapor insipidus, dulcis, poris.
amarus, acutus, salsus, acetosus, stipticus, unctuosus
insuavis, asper, durus, & si qui similes sunt, de qui-
bus cōsule Medicos, & delicatos Epicureos. Orga= Organum
nū est lingua & neruus à cerebro descendēs, ac qua= gustus.
firamose, instarq; retis expansus super carnem lin-
gue porosam, quæ imbuta humore saliuoso, percipi-
pit species saporum, atq; per eum neruum transmit-
tit ad cerebrum. Quia uero febricitantium aut alio Cur ægro=
qui ægrotantium sepe pori in lingua crudis, crassis tantiū gu-
& corruptis humoribus sunt infecti, ideo plerumq; stus de pra-
etiam dulcia sunt ipsis amara, & peregrinum sapo uatus.
rem afferunt. Est autem hic sensus Gustus ad prime Gustus uti
ad uim nutritiuanam, & ad uoluptatem deliciasq; ne-
cessarius, tactuiq; admodum affinis.

DECIM O quinto, Olfactus est sensus exterior, Olfactus
apprehendēs odores naribus, medio aëre uel aqua, quid.
uel Olfactus est potentia sensitiva, ordinata in dua
bus

C O M M E N T . P H Y S .

Odor, obiectum olfactus. bus carunculis, ordinatis per nares superiores à cerebro, ad appræhendendū odorem, quem aërtat attractus. Obiectum olfactus Odor est, qualitas odorabilis, ex sicco concocto, per uim caloris in humido, uel Odor est fumus, per calorem resolutus à re odorifera. Cum enim siccum terrestri coniunctū, uic caloris in humido digeritur & decoquitur, tunc odor nascitur, quem aër naribus ingerit in respirazione assidua, ut poma sicco terrestri decocto demūfiunt odorifera. Et quia diuerso modo, & in æqualiter siccum decoquit calor, & in æqualiter miscetur siccum cum humido, hinc sunt diuersæ odorum species, quorum uocabula sumuntur à similitudine saporum, uel à subiectis, ut odor aromaticus, salsus, amarus, acutus, acetosus, unctuosus, stipticus, pinuguis, dulcis, grauis, fœtidus, & si quæ aliæ sunt species, illæ referuntur ad superiores. Organum olfactus est sub cerebro, proximo supra nasum, in iunctura frontis, & nasi, ubi sunt due carunculæ cauae, & porosæ, sicut anteriores mammillæ, quæ caruncule cooperiuntur pellicula, recipiente & remittente aërem odoriferū assidua respiratione instar follis. Est autem Olfactus omnium sensuum minime necessarius, adeo ut multa animalia careant eo, seruit tamè peculiariter ad sanitatem, quia sentit & tangit subtilissime aërem corruptum. Hinc recte dicitur, corpori longe plus nocere grauem & corruptum aerem, quam cibū aut qualitatem aliam corruptam,

Odorum species.

Olfactus organum.

Olfactus finis.

et longe peius offendit cerebrum odore graui, quam
ulla alia qualitate. Hi sunt ergo quinq; sensus exte-
riores, per quos interiores sensus suscipiunt ipsas
species qualitatum passibilium, id est, sensibiliū: per
quos item sensus, uoluptas aut dolor animo uel cor-
pori queritur: quorum Tactus et Gustus sunt ma-
xime communes homini cum bestijs, ad uoluptatem
et dolorem. Reliqui tres tamen magis sunt homini
peculiares, utpote Visus et Auditus ad doctrinam,
Olfactus ad sanitatem, ut erudite ex Aristotelis sen-
tentia Gellius lib. 19. cap. 2. disputat.

DE OBJECTIS SENSIBI- LIBUS. Caput VIII.

Nihil hic admodū de Objectis sensibilibus ad
dam, nisi quod admoneam istorum, quæ ca-
proximo de proprijs singulorum sensuum objectis
et de quinque sensibilibus communibus dixi. Dein= Ad sentie-
de obseruemus, parum prodesse ad operationem sen- di operati-
tiendi, uel organū ipsum, uel medium, uel objectum: onem quid
nisi inter utrung; sit quædam mutua et iusta consen- requira=
sio ac proportio, nam alioquis sensus facile decipitur
ab objecto suo, et etiam omnino aberrat, ut uel ni=
hil sentiat, id quod multifariā accidit, scilicet si or=
ganum sit male affectum, ut supra de lingua febrici=
tantis dixi, et de ægris uel hebetibus oculis. Sic e= Cur ebrijs
brijs et furiosis pleraq; duplicita uidetur, quia oculi et furiosis
lorum acies, radij lumenq; alienata mente, et spiri= quæ intuen-
tu

COMMENT. PHYS.

duplicia tu nisi suo turbato, deducitur huc illuc, ut singuli oculi separati videantur. **Quare ex lusci**, ne ebrij aut furiosi quidem, facile duplicia uident: nam utriusq; oculi radius semper in unam spectat partem, ex eam obliquam. Item si medium sit impurum uel inaequale, male iudicat sensus de obiectis: ut in tenebris non potes uidere colorem oculis: ut cœlo obducto nubibus liquidis aut fumosis, male uidemus solis lucem. Sic etiam male de colore panni iudicamus ad candelam, ut longinus uidens arborea iudicat esse animal: sic linea attenuata oculi, debiles sonos aures uix queunt percipere. Item si colores absint tenui discrimine à contrariis: ut ab albo ex nigro uix differens, difficile deprehendas. Sic oportet esse eam, quam sepe dixi confessionem atq; proportionem obiecti ex medijs ex organi, quæ proportio per excessum aut defectum uiciatur: iuxta commune dictū, Quod sensibile excellens corrumpit sensum, sicut ex contra sensibile deficiens corrumpit sensum, sed mediocre ex proportionale, sensibile, conseruat ex acuit sensum. Atq; hec de sensibus exteriorib. dicta sufficiat.

DE SENSIBVS INTERIORIBUS. Caput IX

Sensus interior quid.

PRIMO: Sensus interior est potentia sensitiva in animato corpore, quæ species rerū sensibilium non solum præsentes, uerum ex absentes percipit

percipit, dijudicat, discernit, comparat, atq; diutius conseruat. Sic per memoriam, canis cōseruat spēciam eius hominis, à quo semel atq; iterum sit percussus. Sic per phantasiam, canis heros suo adulatur, *Ad sensum ignotum uero allatrat.* Ita multo nobilio est sensus *sum interior exteriore*, tametsi absq; hoc nihil admodū riorē quid possit sentire interior sensus. Quia sicut fenestra in exterior mittit lumen solis aut lunæ, inhabitaculum alioqui conserat. caliginosum & opacum, sic exteriores sensus per sua organa immittunt species qualitatum uel rerum sensibilium, & idola, ad sensum cōmunem, & reliquos interiores sensus. Tametsi uero pleriq; in horum numero uariant, atq; etiam superstitionis sunt, tamen simpliciter dico, tres esse omnino sensus interiores. res scilicet sensum communem, Phantasiam & Memoriam, qui homini cum bestijs sunt communes.

SECVNDO: Sensus cōmuni est potentia sensi. Sensus continuus, interior, apprēhendens sibi transmissas species communis qd. es sensibilium, quæ obiectæ sunt sensibus particularibus, & exterioribus, easq; phantasiæ offert. Obiectum ipsum ipsius sensus communis est, quælibet passibile sensus cōsensibilis qualitas, nempe qualitas tactilis, color, sonus, sapor, odor. Quarum qualitatum species abstractæ, & multiplicate, transmituntur per nervos sensitivos, ueluti per fistulas aut cannales, ad cerebrum, cui insidet sensus cōmuni. Organum organum huius sensus communis, est anterior uentriculus cerebri, (cui cerebro Medicitres cellulas, aut uentriculos

C O M M E N T . P H Y S .

culos, uel pelliculas capaces tribuunt: qui uentriculus anterior plus humiditatis habēs, aptus est ad recipiendas quaslibet species, sicut cere mollieri facilius imprimuntur formæ. Tametsi Aristotele teste, spiritus quoque uitales à corde progressi, adiuuant sensuum exteriorum & interiorū organa, à cerebro deriuata. Est itaq; *Sensus cōmunicis*, origo et radix omnium sensuum particularium & exteriorū, à cuius organi centro omnes nerui illi sensitivi progressiuntur ac inde per sua corporis membra & organa disperguntur à cerebro, instar retis expansi, qualis est neruus tactilis, opticus, auditivus, gustabilis, olfactivus.

- Sensus cōmu-** **TER TIO:** Tria sunt officia uel operationes
nistres 1 ipsius sensus communis, primum cognoscere & di-
opera- scernere actus ac operationes sensuū exteriorū, hoc
tiones. est, sentire & iudicare utrumq; quod caro tanq; uidet, &c. item depræhendere cessationem eorum, hoc est sentire quod oculus non uidet, auris non au-
 2 dit &c. Secundum est, discernere & dijudicare ob-
 jecta exteriorum sensuum, præsentia uel absentia, quantum inter se conueniant aut dissentiant, ut per-
 cipiat hoc esse calidum, illud frigidum, hoc dulce, il-
 lud album, hoc sonorum non esse nigrum, hoc gusta-
 bile non esse sonorū. Sic ergo planissimum est, quod
 Medici dicunt, *Sensem cōmunicem esse eum*, qui tan-
 git, uidet, gustat, audit, & olfacit, atq; hinc etiam
 nomen habere, quod is communiter sensuum exte-
 riorum

riorum officijs fungitur. Tertium officium est, cognoscere & dijudicare proprie sensibilia cōmunia, que sunt septem, ut supra dixi: scilicet magnitudo, corpus, numerus, motus, tempus, locus, figura. Hec enim proprie cognoscit ille, & dijudicat, que taliter atq; uisus non nisi improprie, medijs qualitatibus aut coloribus apprehendit.

3

Q V A R T O: Phantasia est potentia sensitiva Phantasia interior, imprimens sibi altius species sensibilium, quid presentium uel absentium, atq; ex his similes species sensibiles aut intentiones conceptusq; eliciens. Sic ouis uiso lupo elicit conceptum inimicitiae: sic canis baculo uiso, elicit conceptum percussionis: sic equus auditu classico, elicit conceptum praelij. Huius obiectus Phantasia etiam in infra enumeratione officiorū eius indicetur & cantur. Organum uero Phantasiae est medius uenit organum triculus cerebri, paulo siccior anteriore: ut species receptas à sensu cōmuni, per neruos diutius retinet. Sicut cera siccata durabilius retinet formas impressas. Habet autem Phantasia circiter quinq; officia: quorum Primum est, species sibi à sensu cōmuni oblatas imprimere altius, in absentia quoq; obiectu. Secundum discernere & dijudicare certius atq; exactius à sensu cōmuni cognita. Tertium cognoscere substantiam particularem & singularem, uel accidens singulare, ut infra eodem cap. II. Quartū elicere ex specie sibi obiecta, aliam similem aut dissimilem speciem, sensu exteriore quoq; perceptibilem

Phanta
siae offi
cia qui-

2 q;

3

4

f lem

C O M M E N T . P H Y S .

lem, cū offertur illi: ut uidens Lipsiam, iudicat eam similiorem Halæ quam Vitenbergæ: ut uidens leonem in pictum, concipit quoq; eius gestum & impetū. Sic Andromache à uiso Ascanio concipit speciem sui Astyanactis in 3. Aeneid. uelet iam concipere uarias & monstrosas quoq; species ac imagines, quarum similes sensui exteriori uix unquam offeruntur: ut concipere centaurū, ex homine & equo conflatum: ut minotaurum concipere: ut imaginari & concipere talia monstra, quale Horatius in principio artis poëticæ describit. In hac Phantasia mire ualent, ac agiles sunt melancholici, cholerici, somniantes, furiosi, phrenetici, febricitantes, ebrij, & iusmodi φυτασμοί, atq; male, & grauiter effetti, s̄pe, Letitia, metu, dolore, cupiditate, amore

5 &c. hoc quartum officium uocant isti, speciem cum specie componere & comparare. Quintum est, eliocere ex specie sensibili imaginarium conceptū, hoc est intentionē. Et Intentio est species insensibilis rei non corporeæ, neque sensu exteriore perceptæ, sed tantum imaginatione conceptæ. Ut cum in aliquo concipio esse qualitatem aliudue accidens incorporeum, insensibile, & imaginariū, cuius modi rebus aliquando per figuram prosopographiam uel προσωποποιηση persona & species corporea sensibiliq; affingitur, ut Virgil. Famam, et Ouid. Famem, Inuidam, Somniū descripsit. Ut alijs rei incorporee affinxit personam corpoream. De qua prosopographia

Phantasia
quibus agi-
lior.

Intentio
quid.

ographia est apud Erasmū in secundo, Cop. cap. 5. Huiusmodi imagines insensibiles atq; mirabiles, & monstruosas cogitationes sibi fingunt cogitabundi & melancholici, ut de speciebus iam dixi. Atq; hoc uocant isti componere & comparare intentionem cū specie, & speciem cum intentione. sicut ouis uiso lupo, concipit inimicitias, quas natuas lupi cum ouibus exercent. Atqui inimicitia est species insensibilis exteriore sensu. Non autem pari modo in homine & bruto operatur Phantasia, namq; homo non & homine uno modo cogitat aut imaginatur, sed diuersissimis diuersitatibus ac formis, ut iam de Melancholicis dixi. Bruttuero uno quasi modo semper in specie sua imaginantur & cogitant. Sic quælibet hirundo nidum facit eodem modo, quælibet ouis concipit eodem modo à lupo metum: quælibet perdix eodem modo decipit aucupem, sese paulatim subducendo, ut infra lib. cap. 17. Homines uero, qui probe istas species à rebus corporeis, & imagines uel intentiones à rebus incorporeis concipere, & quasi præsentes sibi oculos pingere possunt, & effingere ēν φαντασίᾳ, id est, imaginatiui appellantur: de quibus Fabius in 6. cap. 3. & in 8. Cap. 3. & in 10. Capite 7.

Phantasiam uero in homine ac brutis uocant rationem particularem, quia particularia & singulae ticularis. ria, non uniuersalia concipit.

QVINTO: Memoria est potētia sensitiva, in Memoria terior, cōseruans diutius & longo tempore, species quid.

C O M M E N T . P H Y S .

Memorie intentiones obiectorum sensibilium, absentium, atq; subinde referens eas species phantasiæ & cogitationi. Est ergo memorie, & meminisse nondū officia. obliterata, & reminisci, hoc est obliterare recordari. Huius Memorie obiecta sunt eadem, quæ ipsius phantasiæ: scilicet obiectū & species, & intentiones, uel imagines, ut ex definitio organum. ne patet. Organum memoriae est, posterior cerebri Quare ali uentriculus. Quare & oblii alicuius scalpimus scutius obli= rē occiput, qua parte sunt nerui, à cella memorie occiput protensi: unde refricatur uis memorativa. Hæc au= scalpant. tem quanta sit in brutis cū phantasia, infra, Eodem cap. 17. & 25. de Memoria hominis dicetur.

D E S P E C I E B V S S E N S I= bili bus. Caput X.

Species
sensibilis
quid.

Speciei
sensibilis
nomina.

PRIMO: Ut eo minus huic sensuē tractatio= ni d̄esset, hoc atq; sequens caput subtexui, quo melius obiecta sensuum atq; officia intelligeren= tur, Itaq; species sensibilis est, qualitas passibilis, quæ immaterialis & spiritualis, à sensibili obiecto, uel eius similitudine progrediens, per se, uel per ac= cidens mouet sensum exteriorē uel interiore, re= cepta organis sensitivis, quales species Græcis uo= cantur φάνταστα uel φάντασματα ή ἔιδωλα uel ἔιδη. Latinis autem uisa, uisiones, imagines, spe= cies, conceptus, quæ nullam plane habent materiam Physicam, sed tantum Mathematicam materiā, ut= potest formam, & quæ circa eam constat figuram ex= quarta

quarta species qualitatis. Atque haec species non quidem Subiectum insensu exteriore ullo manent atque durant, uel modo specierum mento diutius, sed insensu interiore perdurant: ut sensibilius. species a qualitate tactili, a calore, a sono, sapore, ab obiecto communi mouet sensum suum, et afficit, ad quem multiplicata, id est continua producta, a suo obiecto per medium ad organum, et inde ad spiritum sensituum, sicut radius multiplicatur, id est, continua producitur a sole, uel luce in oculum et in spiritum uisuum, perpetuus et continuus, mouet inquam species sensum exteriorem, uel interiorem. In genere ergo hic nomine sensibilem speciem qualisunque mouet quemlibet sensum.

SECUNDO: Species sensibilis alia est progressa. Species sensibilia, a re materiali uel sensibili, per exteriorem sensibilis du-
sum: ut species qualitatibus tactilis, coloris, soni, sapo-plex,
ris, odoris, obiecti communis. Alia species sensibilis
est progressa a similitudine rei uel obiecti sensibilis,
que similitudo est materialis. Atque ita haec species
tantum imaginaria est, et per phantasiam solum-
modo perceptibilis et sensibilis, que intentio uel
Imaginatio, aut Imago supra a nobis uocabatur, ca-
proximo. Finguntur ergo intentiones uel imagines Vnde fin-
a similitudine specierum, progradientium de re sensibili, gatur ima-
sibili, per exteriorem sensum: cuiusmodi significan-
tibus uocabulis uirtutum, uitiorum, habituum animi:
qualia sunt etiam uocabula naturalis potentiae, uel
impotentiae, significativa: item uocabula affectuum

C O M M E N T . P H Y S .

Entiaria^s
tionis.

E& interioris potentiae animalis: item uocabulare-
lationum internarum, quæ istis uocantur Entiaria-
tionis, quia ratione & imaginatione tantum, non
sensu exteriore percipiuntur. Et in summa, res nul-
lo exteriore sensu compræhensibiles, sed phantasia
brutorum quoq; & bestiarum perceptibiles, uo-
cantur intentiones.

Intentio.

Modus sen-
tiendi.

TERTIO: Modus ergo sentiendi communiter
hic est, cum in has species sensibiles, in has intentio-
nes, phantasmatæ & imagines, se intendit spiritus
sensitiuus, eisdemq; se assimulat & accōmodat, ri-
te, iuxta proportionem & consensionem, cuius su-
pra eod. Cap. 8. memini. Tum demum operatio sen-
sitiua exterior, uel interior absoluitur. Non enim
sufficit obiectum externum materiale, uel internū
immateriale, nisi & quædā inde species per iustum
medium ab eodem obiecto qualicunq; modo fluat,
& quasi radios immittat ad spiritū sensitiuum, qui
exterior in nervis sensitiuis residet. Interior uero
spiritus, uegetans sensus interiores, in uentriculis
cellisq; cerebri inhabitat, aut in membro uitali alio,
quod æquiualeat cerebro, in animalib. imperfectis.

D E S I N G V L A R I B V S .

Caput XI.

PRIMO: Officium phantasiæ tertium, supra
eod. Ca. proximo indicauimus esse, ut cognos-
cat substantiam singularem, & accidentes particu-
lare;

lare: quod nō ita intelligi conuenit, quasi reliqui sensus uniuersalia percipiāt, nō autem particularia.

Qui areuera sensus est singularium, intellectus autem sensus singularium, timet & interior, neutiquā uniuersalia percipere & intellectus cognoscere potest, quippe quae solus intellectus cognoscit, ut infra Eod. Cap. 22. Veruntamen sensus, lium. & præsertim phantasia, appræhensio singularia obiecta, colligit ab illis species quoque singulares, & eas species imaginesque coeptas, atque ab objectis eorum abstractas, intellectui transmittit dijudicandas. Atque hoc est quod Aristoteles ait. Sine phantasmate Aristot. id est specie, uel imagine abstracta, non fieri intellectionem. Nam intellectus, quamvis uniuersalia solus intelligit, tamen etiam sic cognoscit singularia.

SECVNDO: In uniuersum nulla substantia, Nihil sensu corporea, nedum incorporea, nullum denique ac suculo percidi, si alioqui per se non sensibile corporeum uel incorporeum, potest ulla sensu exteriore uel interiore medijs re percipi, sine medijs qualitatibus passibilibus, hoc est sensibilibus: qualia sunt obiecta sensibilia propriis qualitatibus, scilicet qualitas tactilis, color, sonus, sapor, odor: & obiecta communia, de quibus supra.

Hinc patet quod Aristoteles inquit, accidentia pleramque partem conferre ad cognitionem substantiae, atque eius quod quid est. Sic ergo essentia rei materia Obiectum lis uel incorporeæ est, obiectum proprium ipsius intellectus, ut infra Eod. cap. 20. & 21. Sic Phantasma intellectus

C O M M E N T . P H Y S .

Obiectum ma, id est, species sensibilis dijudicata, reseruata et
proprium estimata, est obiectum proprium ipsius sensus inte-
sensus inte rioris. Et sicut intellectus est ratio uniuersalis in so-
rioris. lo homine, ita sensus interior est ratio particularis
Obiectum in homine ac brutis. Sensibile autem materiale est
proprium obiectum sensus exterioris.

Sensus ex-
terioris.

Somnu\$
quid.

D E S O M N O .

Caput XII.

PRIMO: Cum ipsius sensus cōmuniſ atq; ex-
terioris affectio fit Somnus & Vigilia, recte
ergo sensibus hēc materia subnectitur. Itaq; Som-
nus est impotentia & cessatio sensuum, propter fa-
tigationem uigilandi, à calore & fumis crassis orta
intrinsecus. Inquirimus autem somni causas ferè hoc
modo: ad formam & essentiam somni pertinet, ut in
dormiendo calor naturalis colligatur aliquantum,
subtractus ab exterioribus membris, quæ tum non=
nihil frigescunt, ad interiora, uitalia præsertim,
quæ magis calescunt inde, ut experientia docet, per
digestionem alimenti, quæ per calorem intus colle-
ctum, facilius absoluuntur, ut postea dicam de causa
finali.

Somni ma-
teria circa
teria circa
quam.

SECUNDΟ: Materia autem circa quam uer-
satur Somnus, sunt interiora membra uitalia, ut
cor, à quo oriuntur spiritus uitales & motus, ut in-
fra eodem cap. 16. Quæ aut corde carent animalia,
aliisque principali membro, illa habent alia æquivalen-

tia.

tia membra, Item cerebrū & nerui sensitivi, & ae-
na arteriæ, quæ obstruuntur fumis, ut nequeant suo
fungi officio. Sic itaq; exteriores sensus quinq;, &
sensus communis interior, afficiuntur atq; patiun-
tur à somno. Non ergo animæ vegetatiæ, neq; ra-
tionalis, non solius corporis, sed animæ sensitivæ,
id est operationum sensituarum, & organorum
sensitivorum effectio est sonus.

TER T I O: Efficiens causa somni est, primo ca Somni can-
lor naturalis, sese ab exterioribus membris ad inte= sa efficiës.
riora subducens aliquantulū, atq; euēhens sursum
fumos crassiores à nutrimento ac aliunde, ut ad ca-
put & cerebrū ascendant, qui fumi frigefacti, & in
humores quasi resoluti, à nativa cerebri frigidita-
terur sum inde descendentes obstruunt meatus ipsos
spirituum, à corde surgentium aut sanguine. Qui-
bus spiritibus nō nihil destituti nerui sensitivi exte-
riorum sensuum. Et interioris præcipue sensus cō-
munis item clauduntur & obstruūt, ut nequeant
species sensibiles sentire & suscipere, penitusq;
trāmittere. Sic ergo fumi isti, & frigiditas cere-
bri, adeoq; coī ipsum & cerebrum, sunt item causæ
efficientes somni. Quo ergo copiosius & crassius Plures &
fuerit nutrimentū & cibus, eò quoq; plures & crassiores
siores ab illo fumi surgunt, dum coquitur à calore na- fumi un-
turali sicut à carne uel ab offa surgunt uapores, dū de-
percoquitur in olla, uel assatur, qui fumi profundio
rem quoq; & longiorem somnum cident, ut appa-

C O M M E N T . P H Y S .

ret in pueris, & operarijs laſſis. Nam pueri cū propter caloris cibum digerentis copiam natuam ſint uoraciōres, & alioqui etiam humidiores, plus dormiunt ceteris. Sic labor non immodeſe fatigans, ſed iuſta proportione calorē naturalem intendit & excitat, qui cibos eò fortius concoquens rcfoluit ac maturat, à quib. deinde fumi ſurgunt ſoporiferi. Quod.

Melанcho autem Melancholici non ita multum dormiunt plelii & cho runq; cauſa eſt nimia ipſorū frigiditas & ſiccitas: lerici cur quia propter caloris debilitatem parum comedunt, minus dor & minus quoq; digerunt. Sic & Cholerici, propter miant. nimiam cerebri ſiccitatē breuiore ſomno quam.

Multi ſom doq; potiuntur. Quando enim cerebrum precipue, ni cauſa. aliaq; membra humectantur largius paulo, tū ſomnus quoq; largior & altior inde ſequitur: ut patet in edacibus, in largius potis et ebrijs, item in uida pluuiosaq; tempeſtate, ut in autumno, uere, hyeme, in uidis fumofisq; habitaculis & locis. Item patet in illis, quibus ſunt grandiora capita, & corpora magis uidea, & grandiora, ut in phlegmaticis, in ſanguineis, in magnis bestijs terrefribus accidit. Sic.

Pauci ſomni cauſa. contra pauci ſomni quædā ſunt animalia, uel propter humoris & caloris defclū, uel propter corporis exilitatem, adeo ut de multis dubitetur à philoſophis, an dormiat unquam. Qualia ſunt insecta, & uermiculi & pisces quoq; tametsi grandes propter caloris paucitatē non ita multum dormiunt. Veruntamen ratio arguit, etiamſi experientia non doceret

doceret, omnia animalia somno potiri, breuiore ac remissiore saltem, si non prolixo & largo.

Q V A R T O: Finis equidem, propter quem Somnific animalia capessunt somnum, est sanitas. Quies enim nis. conseruat corpora, iuxta illud:

Quod caret alterna requie durabile non est,

Hæ reparat uires, fessaq; membra nouat.

Sic Ouid. in II. describit.

Somne quies rerum, placidißime somne deorum,

Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris,

Fessa ministerijs mulces, reparasq; labori.

Nam cibus & nutrimentum non digeritur melius, Somni effigie in somno, per cauorem naturalem collectu adfectus.

interiora membra & organa digestionis, qua completa, purior pars alimenti digesti fit sanguis, humectans & irrigans corporis membra per uenas.

Densior aut pars digesti cibi, & ipsa insanguinem, crassiorem tamē, transmutata, auget & increscere sicut membra, quibus adiuuatur. Impurior aut pars & excrementosa de alimento, per uirtutem expulsuā extra corpus expellitur & emititur, ut de his supra eodem cap. 5. diximus prolixe. Sunt porro & alijs effectus somni, quos experientia satis indicat.

DE SOMNIO.

Caput XIII.

P R I M O: Sicut somnus est affectio sensuum exteriorū, & proprietatis ipsius sensus communis, ita somnium

C O M M E N T . P H Y S .

Somnium Somnium est affectio eiusdem sensus communis, & proprie quidem phantasiæ, ut ex definitione patet.

Quia Somnium est appræhensio phantasmati, facta inter dormiendum, & Phantasma, ut supra

Phantas- Eodem ca. 10. uocantur imagines, simulacra, & spe-
mata quid. matus rerum per phantasiam conceptæ, ad similitudinem specierum externe sensibilium, nam huiusmodi
 species pleræq; à uigilantibus conceptæ in phanta-
 siare lucent, sicut imago in speculo, aut in liquida a-
 qua. Sicut aqua turbata reddit quoq; turbatæ & in-
 stabilem speciem intuenti: sic spiritu ac meatus sensi-
 tio per somnum obstructo & oppleto, phantasia es-
 fert dormienti confusas species plerunq; in somno,
 quarum possumus raro aut uix admodum recordari.
 Purior tamen ac syncerior dormientis phantasia,
 saepe puriores etiā, meliusq; distinctas species, hoc
 est expressiora somnia concipit & fngit memo-
 riæq; commendat, ut euigilans meminisse queat.

Somnij SECUNDΟ: Somnij causa efficiens est duplex,
efficiens i scilicet interna & externa: Interna causa est uel
causa du- anima ipsa, uel corpus, mens enim saepissime dor-
plex. miente corpore, & cessante sensu, recogitat ea, quæ
 uigilando conceperit, & appetiuerit aut metuerit
 iuxta illud.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. Item.

Nec minus hesternæ confundor imagine noctis,

Quicquid id est, timeo, nec tu meas omnia ride.

Et Cicero in prima Tusculana, agilitatem, atq;
 adeo

deo diuinitatem humani animi à somnijs probare ntitur. Corporis deinde diuersa complexio immittit uarias somniorū species ac simulacra, à quibus, & Medici naturam corporis, & morbi causas cōiectant in ægrotantibus, habentq; ista somnia pro signis & prognosticis, sic Cholericus ignea & præcipitia, Melancholicus monstrosa, & horribilia, Phlegmaticus aquea & pigra, Sanguineus amoena somnia somniat. Externæ autem causæ sunt uariæ, ut cœli influxus, elementi circumstantia, necessitatæ quoq; aut casus fortuiti occasio. Sic famelicus somniat cibum, ebrius humida. Sic canes, & quædā aliæ bestiæ somniant. Quin & Deus, angeliq; boni ac mali somnia immittunt hominibus, ut est apud Homerum in secundo Iliad. & Virgil. in secundo Aeneidos. Talia sunt in sacris literis somnia Iosephi, Pharaonis, Danielis & similia.

TER TIO: Diuinatio ex insomnijs, ut pleraq; Diuinatio obscura, sic incerta quoq; est, præter illam que uocatur prophetia & interpretatio diuina somniorū, nijs. ut de Daniele, de Iosepho, scribitur. Sunt autē Somnia quædam tanquam signa uel effectus, ut illa que corporis complexionem sequuntur, ut illa que uigilantis phantasiam & imaginationem sequuntur, nihil admodū obscuri significantia. Sed quædam sunt instar causæ & occasionis plane in hominis prudenter & cōiectura, de arte pendentia, quoad interpretationem. Ut si quis bellum somniat, aut pestem, aut amici

Somnia
triplicia.

C O M M E N T . P H Y S .

amicis reditum, aliud et tale, cuius ne meminerit quā
3 dem longo tempore ante quā edam sunt mere fortui-
ta, non instar signi, neque causē, quē prorsum uas-
na & obscuras sunt, ueluti ægri somnia, & febrilia
sonnia appellantur. Verum de hac materia vide
Arnoldum de noua uilla, in libro de insomnijs, &
Arist. in libello de diuinatione ex insomnijs. Extat
etiam iustum opus cuiusdam Greci autoris de Inso-
mnijs. Macrobius quoq; in primo de somnio Cap. 3.
numerat quinq; species sonniorum, & plures etiā
am Ouid. in descriptione somnijs lib. II. Metamor.

D E V I G I L I A .

Caput XIII.

Vigilia
quid.
Vigiliæ
caus. effi.

Facile à tractatu somni patet, quòd Vigilia sit
potètia sentiendi ac mouendi, in corpore anima-
to, à calore naturali, & spiritu orta. Digestione
enim perfecta per calorem digerentem, & cōsum-
ptis istis de quibus iam sæpe dictum est fumis, calor
naturalis rursum ad exteriora membra combeat,
aperiens meatus ac spiritus sensitivos, ante à som-
no, à fumis occlusos, & quasi torpefactos, reddi-
turq; in hunc modum corpus habile ad præstandas
operationes sensuum ac motuum, qui alacriores quasi
& recentiores fiunt, ab illa quiete somni. Sunt taa-
men aliæ quoq; causæ accidentariæ, uigiliam aut
somnum afferentes, ut labor nimius, morbus corpo-
ris, ægritudo animi, curæ anxiæ, iuxta illud.

At

At non infelix animi Phœnissa, nec unquam
Soluatur in somnos oculis ue aut pectore noctem,
Accipit, ingeminant curæ, &c.

Item oculi grauantur prætristitia. Hæc itaque de
potentia sensitiva appræhensiua, deq; sensuum exte-
riorum atque interiorum officijs, obiectis, affectio-
nibus dixisse sufficiat.

DE VI ANIMÆ AP- petitiue. Caput XV.

PRIMO: Sensitiue animæ diximus supra Eo-
dem, Cap. 6. dupliecm esse uim: unam scilicet sensitiue
animæ dis-
uis.
apprehensiua, cuius sunt sensus exteriores ac in-
teriores: alteram uero motiuam, cuius sunt appeti-
tus hoc est motus animales, quos, & Latini uocant Appetitus
synony-
ma.
perturbationes, & motus animorū, hoc est affectus
sequentes sensum, & hæc uocatur uis appetitiua.
Sunt item motiue potentie alij motus, uel sequentes
appetitū, item animales: & hæc uocatur uis prose-
cutiua: uel nullū appetitum sequentes, ut uitales mo-
tus: & hæc uocatur uis aut uirtus spiritalis, infra Vis appeti-
tiuaque.
eod. cap. proximo. Itaq; uis animæ Appetitiua est, tua que.
qua anima inclinatur et impellitur ad cupiendū aut
auersandū id quod sensu quolibet cognouit, & ap-
prehendit. Sic Canis, specie carnis oculis uisam, &
cognitam imaginatione, spe sequitur, & inhiat: fu-
stem aut metu, & odio auersatur. Sic pauo lauda-
tus, letatur, gestit ac superbit: sic equus uictus cer-
tam-

COMMENT. PHYS.

App. i- tamine dolet, & pudore suffunditur. Operatio-
tus uaria ro huius uirtutis appetitius est ipse appetitus, quem
nomina uarijs nominibus dignantur, uocantes eum appeti-
eorumq; tum bestiale, uel sensum bestiale, quia cōmuni-
cause. 2 est homini cum bestijs: & uolūtatem irrationalē,
eo quod hēc est tanquam uoluntas in bestijs & ani-
malibus ratione carentibus, que solo naturae instin-
ctu, & impetu, non electione, neq; libere fertur. In
homine uero debet parere rationi, nature & con-
scientiae, ut infra Eod. ca. 30. Vocant & hunc appē-
Appetitus titum, ut dixi. Sensituum, ad differentiam uolunta-
intellecti- tis in homine, qui est appetitus intellectius, & ra-
uus. tionalis, infra Eod. Cap. 24. Et quia ille sensu perce-
4 ptas equitur. Item appetitum animālem, ab anima.
Appetitus Nam aliis quispiam est appetitus Naturalis, id est,
naturalis. inclinatio & proclivitas quēdā naturalis, in quali-
libet re non solum animata, uerum & inanimata.
Sic dicimus lapidi appetitū inesse ad cadendum de-
orsum, sic materiæ appetitum inesse ad formam. Et
hic nullum neq; sensum neq; intellectum sequitur.
Sic & corpori animato dicimus inesse appetitum
ad cadendum deorsum sua grauitate.
Appetitus SECUND O: Duplex est iuxta Platonicos ap-
sensi- 1 petitus hic sensitius, scilicet Cōcupiscibilis in epa-
uus du- te, tanquam in suo organo, appetens per concipi-
plex, ei- scentiam, uel futurum bonum, ut spes, que & Cupi-
usq; or- ditas, & Libido appellatur: uel pr̄sens bonum, u-
ganum 2 lētitia que et Voluptas dicitur. Et appetitus Irasci-

bilis, aut uis irascibilis, in corde tanquam in suo or= secundum
 gano, auersans quasi per iram, & odium, & indi= Platonic.
 gne ferens, uel futurum malū ut Timor, qui & Me=
 tus dicitur: uel malum præsens, ut Tristitia, que &
 Dolor dicitur. Sunt ergo ita quatuor genera affe= Affectuum
 fluū, & duo ipsius appetitus obiecta, uel materia, genera. 4.
 circa quam is uersatur: scilicet bonum, spe aut latria
 tia appetibile: & malum, metu aut dolore auersa=
 bile, & abominabile quasi. Ex his quatuor generis
 bus omnes aliæ, quotquot sunt affectuum & appe=
 titionum species, oriuntur. Quamuis autem probe
 scio, plerosq; Commentarios, & Medicos quoq; ali=
 ter loqui de horum affectuum numero & obiectis:
 maluitamen hic uulgatam opinionem sequi, quam
 alteram illam: præsertim quia & Cicero huic no=
 stræ consentit, in 3. & 4. Tusculana, Sed de his in=
 fræod. cap. 30. plura dicam. Nam hæc materia in
 affectibus humanis clarius patet. Vtriusq; appetitus Organum
 tamen organum esse pleriq; putant cor ipsum & appetitus
 φρενῶν hoc est præcordia. Atq; item bilis, iecur. secundum
 Nam in his affectionibus peculiariter dilatata, ex= quosdam.
 porrigitur, uel contra angitur atq; arctatur cor
 ipsum, & præcordia, sanguine refugiēt uel ad ex=
 teriora, ut in appetitu concupiscibili, spe aut latria
 tia: uel ad interiora, nimirum ad cor, tanquam ad
 sedem uitæ, ut in ui irascibili, metu aut dolore. Hu=
 ius experimenta & rationes multifariam, utriusq;
 scilicet, problematici & poëtæ indicant, ut.

C O M M E N T . P H Y S .

Ne possint naturæ accedere partes
Frigidus obſtiterit circū præcordia ſanguis. Item:
Plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit. Item
Frigidus Arcadibus coit in præcordia ſanguis Sic:
Palleat omnis amans.

Obiectum appetitus Obiectum ergo uel materia appetitus eſt bonum, &
malum reueratale, aut opinione tantum, cuius ſpe-
cim, aut imaginem perceptam ſenu, offert appeti-
tui phantasia, tanquam probandam uel improban-
dam. Quod ſi phantasia submouens & inuitans affe-
ctum decipitur ac aberrat, tum etiam appetitus de-
cipit affectum, & commotam animam, Sic ſpes, lea-
titiaq; uana, ſic metus ac dolor inanis ſepiſſime de-
cipit, & frustratur animalia, atq; hoc præcipue in
iſſomnijs euenit, cum phantasia offert appetitui ua-
nas ſpecies & futiles.

Affectus TERTIO: Causa item efficiens affectum, ex
um cau- 1 appetitionum eſt ipſa mens & coſuetudo bona aut
ſe effici- praua, iuxta illud: ●
entes. Mala mens, malus animus.

- 2 Ut de conſuetudine prolixe Cicero in 1. de legibus
explicat. Item disciplina, uel inſtitia Sic feret indo-
mitæ, & genia efferat tamen mansuēcunt discipli-
næ, ſicut e contra mansueti tandem iniuria ac impro-
bitate hominum aut casuum efferat. Item com-
plexio corporum temperata uel intemperata miras
appetitiones, ac uarias ingerit: Sic Sanguinei ſunt
bilares

bilares ac lœti, propter sanguinem multum clausumq; ac spiritum puriorem ac lucidum quasi. Sic Cholerici. Cholerici sunt iracundi, propter sanguinem calidorem, non ita clarum, et spiritum spissiorem. Sic Phlegmatici. Phlegmatici segnes sunt propter sanguinem tenuem, et aquosum, ac minus calidū spiritum: Sic Melancholici. Melancholici sunt semper tristes, et meticulosi, propterea sanguinem turbidum, crassum, frigidorem, et propter spiritū impuriores, ac tenebricosum quasi. Ideoq; et solitudine gaudent, sicut contra frequentia et luce Sanguinei. Ita est sociabilitas maxima anime cum suo corpore, quoad effectus quoq;. Atq; hoc significat aperte Virgil. in sexto dicens:

Quantum non noxia corpora tardant.

Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra.
Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq; nec auras
Respiciunt, clausæ tenebris, et carcere cæco.

Hanc corporum qualitatem, et inclinationem ad quilibet appetenda plurimum illiciunt, irritant, ac prouocant, influentiae coelestes, planetarum preci= puè: et signorum, unde cidentur et gritudines animæ id est, affectiones, sicut et morbi corporū. Quo ue= ro temperatior est complexio corporis sensitivi, eò puriores quoq; et magis generosos habet affectus, melioraq; appetut. Sed cauere oportet ne praua co= suetudo, et mala mens hāc generositatē subuertat.

DE VI ANIMAE PROSECUTIVA.

Caput XVI.

C O M M E N T . P H Y S .

PRIMO: Superiore capite diximus, quod motiuam animalium anima est, quae habet motus appetitus, sequentes appetitum, quam ex Medici Motus animalium vocant virtutem Motuum animalem. Ethic motus malis.

Obiecta dem ergo sunt obiecta motus animalis, scilicet bonum uel malum, quae ipsius appetitus. Cuius quidem appetitus hic finis est et effectus, tametsi motus ille impediatur saepissime, etiam in uito et reluctante appetitu, utpote cum propter difficultatem aliquam nequit animal assequi bonum affectatum, aut effugere et declinare malum, ut qui morbo implicatur, uel qui vinculis aut carcere detinetur. Ut canis fugacem feram insequens frustra hæret hians. Iam iamque tenens, similisque tenenti increpuit, malis morsuque elusus inani est.

Caus. effi. SECUNDO: Causa efficiens huius motus animalium præter appetitum impellentem, est spiritus fluens a corde, quod Cor est principium ac fons totius uitæ in corpore animato, operationum naturalium, spiritualium, atque animalium, suppeditans sanguini, neruis et organis suum cuique fomentum, id est, spiritum uiuificantem, sensituum et motuum, ut probat Aristoteles in 3. de partibus animalium, Cap. 4.

Atque

Atq; hic spiritus uitalis est corporeus fumus ualde Spiritus uitalis, ab humore, ex uapore subtili ex corde originatus, ope caloris naturalis, atq; toti corpori animato per arterias uenásq; diffusus, quod recreat: quæ recreatio, & agitatio spiritus ab anima & corde procedentis in corpus omne, uocatur à Medicis uir= Virtus spiritus Spiritalis, ab eodem spiritu: aut Vitalis, èò quòd ritalis.

inest semper omnibus & solis uiuentibus animan= Virtus uitibus, sed nō plantis. Quia in plantis operatur tan= talis.

tum uirtus naturalis, id est, vegetativa anima, ut su= pra Eod. Cap. 5. estq; hic motus uitalis, & spiritalis in arterijs ac uenis, quæ sunt sparsæ actensæ per omnes corporis partes, tanquam in organis proprijs.

Nam arteria est conceptaculū spiritus uitalis, mixti Arteria. confusiq; cum sanguine. Sed Vena est conceptaculū Vena. sanguinis, mixti confusiq; cū spiritu uitali. Sic plus spiritus est in arteria, & plus sanguinis in uena. Et Motus quem ciet hic spiritus, primū est duplex, scilicet Pulsus & Respiratio. Pulsus est intensio ac remissio motus uitalis, nō arbitrarij in corde & arterijs, alijsue membris æquipollentibus. Respiratio est Respirationem spiritalem, ut supra in 3. cap. 3. uidimus. Atq; hic motus spiritalis uocatur alias motus Pulsuus, à pulsu: & motus non uoluntarius, quia cietur à spiritu uitali, non appetitu uel ab affectu. Et Medicorum propriæ est de hoc motu differere: quem tamen notui præterire, propter affinitatem, quam habet

C O M M E N T . P H Y S .

Organum
uirtutis
prosecuti-
us.

Musculus
quid.

Quomodo
fit motus
animalis
prosecuti-
us.

Chordæ.

cū motu prosecutuo, quē & uoluntariū uocat: quia primū cietur ab appetitu, & deinde à spiritu uitali.

TER T I O : Organum motus animalis prosecutio, sunt nerui à corde & cerebro expansi & spar- si per singula corporis membra, artus, & articulos, cohærentes & deriuati per musculos (ut uo- cant) membrorum eorum, quibus hoc officij iniun- ctū est, ut corpus aut eius partes promoueant loco, ut pedes, brachia: qui musculi, qui nerui, que mem- bra mobilia, à diecto spiritu uitali, recreationem sus- am & agilitatem recipiunt. Musculus autem est cas- ro composita, & mixta ex neruo, chorda, & carne pura, quasi ligamentum membra unius cum altero: unde nerui quasi à capitibus diffunduntur per mem- bra corporis. Itaq; obiectū ab appræhensiua, id est à sensu cognitū, mouet appetitum. Appetitus uero imperat & persuadet motiuæ, ut illud obiectum uel prosequatur tanquam bonū, uel refugiat tanquam malum. Hæc ergo motiuæ uis, sedens in neruis moti- uis, & in musculis, cæterisq; membris mobilibus, imperanti appetitui parens, & obediens, ligamen- ta membrorum, id est, neruos contrahens aut rela- xans in musculis capacibus neruorum, primo qui- dem mouet propinquiora membra à corde ac cere- bro, & deinde minora quoq; & articulos, qui rem appetitam contingunt. Atq; hic motus fit ita ope neruorum motiuorum quorum aliqui, & præcipue uocantur chordæ, à Græcis uero TÉVORTES, à collo

ad

ad calcaneum usq; per membra mobilia extensi, Vnde ori-
nerui duriores, & quasi ossei. Sicut autem nerui sen- antur ner-
fis iui ab anteriore parte cerebri deriuantur, ita ui, sensiti-
nerui motiui à posteriore parte cerebri, & tenuio- ui, motiui,
re medulla spine oriuntur. T'evoteg uero, aut chor= & chor= de ex cra:siore medulla, ut significantius descri= dæ.
bunt Anatomatichi.

Q. V A R T O: Variæ sunt motus animalis pro- Motus
secutiui species, ut contractio, qua dilatur aut cō= 1 anima-
stringitur membrū mobile, ut in uernibus, conchis, lis pro-
& ostreis: & hac mouentur animalia imperfecta. secutiui
Progressio de loco ad locum, totius corporis nixu 2 species.
& motu: Hæc fit aut pedibus, ut cum ingrediuntur
pedestria & gressilia: aut alis, ut cum uolant aues,
aut uolatilia: aut fit costis, uel uentre, ut cū reptant
angues, & alia reptilia: aut fit pinnulis, ut cum in-
natant pisces uentis pennis quasi remis: Fit etiam
motus alijs mēbris organicis, quæ opus aliquod mo-
tu suo faciunt, ut humeris, cruribus, manibusq; præ-
cipue, quæ ambæ peculiare instrumentū operis fa-
ciendi datæ sunt homini soli. Quarum uice habent
bestie pedes uncatos & hamatos. His item motibus 3
connumieratur uocalis motus, qui fit per aëris respi-
rationem & repercuſionem, à pulmone spirante
per arteriam tracheam, uocalem, in gutture ab ore
animalis repercuſi, de qua uoce supra Eod. Cap. 7.
Item ſeffio, cubatio, saltatio, aliaq; ſimilia huic re= 4.5.6.
cenzentur pleraq; ex prædicamento ſitus, quæ mini-

C O M M E N T . P H Y S .

sterio membrorum mobilium sunt. Atque hec de
ui motiva prosecutiua, atque spiritali, dixisse con-
tentus sum. Plura autem his require ab Aristotele,
in fine Tertij, de Anima, & in libello de motu ani-
malium, & in libello de ingressu animalium.

D E R A T I O N E I N B R V T I S .

Caput XVII.

*Bruta qua-
lem habe-
ant animā,*

PRIMO Animalia quae græci οὐλογα, nos in
rationalia aut bruta vocamus, habent morta-
lem animam sensitivam, quae & vegetatiæ officia
præstat. Hæc autem anima Vegetatiua in plantis, ac
Sensitiua in brutis, est quidem substantia in corpo-
rea, id est, spiritus, & spiraculum uitæ. Sed unacum
plantæ, aut animalis corpore nato nascitur, & mor-
tuo moritur, ut inquit Ditus Augustinus, dicens:
Spiritus omnium animalium irrationalium tamdiu
spiritus sunt, quamdiu in corporibus uiuunt. Et anima
qua rationis capax diuinitus facta non est, cum
carne sua (id est, sui animati corporis) incipit & de-
finit uiuere. Nam tamdiu uiuit, quamdiu in carne
manere poterit, & dum à carne sua separatur, sta-
*An sit ra-
tio in bru-*
tim extinguitur. Aliqui uero ex doctis quoque con-
templantes mirabilem industriam, non in magnis
tantum, sed etiam in minutissimis bestijs præ admis-
ratione quadam rationis particulam, irrationalibili-
bus quoque tribuere dignati sunt, ut Valla in Pri-
mo, cap. 9. suæ Dialecticæ, nulde Aristotelem uelli-

cat

eat, quod bestijs rationem abnegauerit. Verum hæc imago, & similitudo humanæ prudentiæ, ingenij et rationis, ut Aristó. eam quoque uocat, in principio lib. 8. Historie animaliū, nequaquam satis probat ueram rationē, & intellectum usquam inesse brutis tametsi particularia & singularia sentiant atque imaginentur, ut supra Eod. ca. 9. de phantasia dixi: tametsi opera quædā humanis operibus similia bestiæ efficiant, aliæ alijs subtiliora, & affectibus item quasi humanis ducantur: & tametsi affectu maiore minores uincantur in bestijs affectus, quæ etiā astutæ simulare & dissimulare multa norunt, & uirtutum humanarum quædam simulacra præse ferunt, ac uitiorum: ut de apum & formicarum prudentia, de equorum superbia, ac similia infinita produnt scriptores, ut Plinius, & alij, Tamē hæc qualiacū que nulla electione neque libero arbitrio, nedum intellectu agunt bestiæ, sed mero ductu, instinctu, & impetu naturæ.

SECUNDΟ: Causas huiusmodi imaginum & Causæ si-
similitudinum, uirtutū ac uitiorum, industrie, rati- militudia-
tionis in brutis, copiose Albertus enumerat in libro nis huma-
8. tract. 5. cap. 1. & 2. de animalibus: nempe ista pen næ ratio-
dere atq; excitari partim à temperatura complexi- 1 nis in-
onis, uel ab intemperata cōplexione: partim à sen- 2 brutis.
suum perfectione, aut defectu: partim à subtilitate 3
spiritus uitalis atque sanguinis: Item ab influxu cœ- 4
lesti: In summa uero, instinctum et impetum naturæ 5

g 5 potissi

C O M M E N T . P H Y S .

potissimam causam istiusmodi industriae in brutis
esse, instigentur non quidem ab ulla intellectua, sed
tantum ad practica, per consuetudinem, quatenus
sibi prosunt ad uictum, sine ullo consilio & discrimi-
ne. Id quod patet inde, quia secundumphantasiā p-
riter operatur quodlibet brutum in sua specie, sicut
supra dixi, Cap. 9. quamlibet hirundinem pari for-
ma nidum suum struere, quamlibet formicam pari-
ter colligere frumentum in estate, & comeatum
quasi, nulla quidem futuri prouidentia, sed presen-
tis auiditate cibi. Complexam uero notitiā nullam
perfecte saltē animalibus brutis inesse certissime ar-
guit, rationem quoq; ijsdem bestijs deesse, quæ nul-
lius propositionis ueritatem aut falsitatem senten-
tiām q; intelligunt, tamē si signa quædam animad-
uertant nō ex sensu orationis aut uerborum, sed ex
gestu uocis aut motu, ut si quis minetur cani aut bla-
diatur equo, ut Mezentius in fine 10. Aeneidos. Si
qua uero sint honorificentius dicta à scriptoribus de
hac prudentiæ atq; rationis imagine in brutis, ut
apud Albertum in 8. lib. Animaliū, & apud alios:
illa uel per metaphorā, uel amplificandi studio di-
cta accipientur. Et hæc quidē hactenus habui, que
de anima sensitiva: hoc est, de sensibus interioribus
ac exterioribus, de appetitu & affectib. deq; motib.
annotanda atq; admonenda putau. Consequitur in-
de, ut de hominis anima rationali, deq; intellectu et
voluntate breuiter, quantum fieri potest differam.

DE

Bruta ca-
rere consi-
lio ratio-
nis quid
probet.

DE ANIMA RATIO-

nali.

Caput XVIII.

PRIMO: Venimus ad nobilissimam partem Nobilissimæ totius physicæ professionis, de Anima hominis & physiæ rationali, quam supra Eod. Cap. 3. tertiam speciem & pars. em animæ, longe optimam, ex soli homini propriam diximus, non plantis, neq; bestijs, alijsue ullis corporibus animatis, nedum inanimatis inditam. Atq; hæc à Mose Geneseos primo sic definitur: Anima rationalis est spiritus uitæ, ad imaginem Dei creatus, ex corpori humano inspiratus. D. Augustinus sic definit: Animarationalis est spiritus intellectiuus, semper mouens seipsum, semper in motu bonæ maleq; uoluntatis capax. Philosophi sic 3 definiunt: Anima rationalis est actus primus substantialis, corporis naturalis, organici, humani, quo homo uiuit, sentit, ex intelligentia primum, agitq; libere, ex cum electione.

SECUNDO: Ex hac definitione tertia patet, Anima rationalis animam rationalem præstare officia quoq; uegetationis & sensitivæ. Nam haec tres uirtutes uel potentiae sensitivæ in homine sunt una eadēq; numero anima. Et quicquid potest uirtus minor, id etiam, atq; amplius eò, tunc officia potest uirtus & potentia maior. Verum de illis officiis quoq; cibis nihil hic repetam, sed de rationalibus tantum præstat. dicam. Deinde patet animæ rationalis duas esse pri-
marias

C O M M E N T . P H Y S .

rationa marias partes, non quidem essentia, sed officijs di-
lis 2. par 1. stinctas; scilicet. Intellectum, quæ dicitur uis ratio-
tes pri- 2. nalis apprehensiua, uel cognitiua: & Voluntatem,
marie. quæ dicitur uis rationalis motiuæ. His duabus par-
tibus aliæ quoq; uires rationales, quotquot sunt, co-
numerantur distinctæ, per capita sequëtia: quæ bre-
uiora erunt, quia exactius & nimis concise quasi di-
Ad intellectum per- stinximus. Ad intellectum pertinent, Ratio, Memo-
ria, Dictamen rationis, Habitus intellectuus, & si-
cientia. milia. Ad voluntatem pertinent Conscientia, Af-
Ad voluntatem per- fectus, Habitus uoluntarij, Liberum arbitrium, &
tatem per- Res uoluntariæ. Quibus descriptis huic materie
tinentia. imponetur finis.

Anima rationalis T E R T I O : Hec anima rationalis cum uiribus
nationalis nō suis, tametsi in toto sit corpore sparsa, nullum habet
organica. tamen certum & definitum organum corporeum,
sicut sensitiua aut uegetatiua. quia corpore quie-
scente, imo separata à corpore, tamē suis officijs fun-
gitur, id est, intelligit, uult, deliberat. Quamuis uit-
tutes animales multum adiuuant rationalem, ut su-
pra Eod. Cap. II. & infra. Cap. 23. uidebitur. Secun-
dum ergo operationes rationales non est alligata
certo organo ullius membra, uerunt amen operatio-
nes communes corpori & animæ efficit per organa
corpore a sensuum, aut uegetationis, ut sunt loqui,
imaginari, uidere, nutrire, &c.

D E I N T E L L E C T V .

Caput XIX.

Primo

PRIMO: Nomine intellectus uarie quidē Latini utūtur. Nam primaria pars hominis cognitiva à Latinis intellectus, Græcis uero νοῦς, id est, mens uocatur, de qua in hoc Capite, deinde operatio ipsius mentis uocatur intellectus, uel intellectio aut cogitatio, Græcis νόησις, uel θεώρια. Præterea habitus intellectuus scientiæ affinis, item uocatur intellectus uel intelligentia, Græcis uero σύνεσις, de qua infra 31. Deniq; species intellectu concepta, & quasi cogitamentum, uel cogitatum, hoc est, conceptus mentis uocatur intellectus: ut apud Fabiū in 8. Cap. 5. Græcis uero νόημα, id est, species intellectu & mente comprehensa, de qua infra Cap. sequenti. Probe ergo discernere hæc oportet & cauere, ne quem uocabuli fallat huius ambiguitas.

SECVNDO: Intellectus uel Mens est potentia intellectus animæ rationalis, qua homo intelligibilia, præser- uel mens tim uniuersalia percipit, dijudicat, & cognoscit. quid. Ex hac definitione patet finis, & propria officia intellectus, nempe percipere, dijudicare, & cognosce- re. Quæ quidem nullius instrumenti corporei facit ope, sed per se, nisi quatenus sensus adiuuant uirtutem intellectuam, ut infra Eod. Cap. sequenti. Dif- fert ergo intellectus à uoluntate. Nam ille cognoscit à uolunta- scit, uoluntas autem cognitum elitit, prosequendū te quid dif- uel auersandum. Verū quadrifariam diuiditur in- tellectus in bina, quæ bina officijs tantum, & nō es- sentia inter se differunt. Nam intellectus unus ac sim- plex diuidatur.

C O M M E N T . P H Y S .

plex est per se indivisibilis essentia, atque ita binalla erunt idem quoque numero, tametsi officijs differunt communis (quam vocant) differentia.

I. Diuis. in TERTIO: Prima diuisio: duplex est intellectus, scilicet agens, & passibilis, Intellectus agens est potentia animae rationalis, cognitiva, que abstracta agentis quid. hinc species intelligibiles a phantasmatis, easque transmittit intellectui passibili reseruandas. Estque hic Ingenium. plane ingenium hominis, id est, acumen inuenienti, & aliquid ex se ipso sine doctore aut monitore excogitandi. Ex ista definitione patet, duo esse officia intellectus agentis, unum quod vocant illuminare phantasma, hoc est abstrahere speciem intelligibilem, & plane immateriale a quolibet phantasmate, ut supra Eod. Cap. 11. attigi, & Aristoteles prolixo intertio de Anima probat, sine phantasma non fieri intellectionem. Nihil enim est in intellectu, nisi prius id fuerit in sensu. Sicut enim sensus communis dijudicat speciem, a sensibili exteriore materiali, & phantasia non solum concipit eandem speciem materiale uerum & similia idola, siue similares species & intentiones fingit ac imaginatur, ut supra Eod. Cap. 9. & Cap. 10. ostendi: Sic intellectus excipit species perceptas, aut per similitudinem excogitatas a phantasia plane immateriales, easque significantius & perspicacius fingit ac dijudicat, uerae ne an uanae sint. Sic ergo a specie sensibili lucet & funditur species imaginabilis, et ab imaginabili

nabili fertur species intelligibilis, sicut à sole radius, et à luce lumen spargitur, quod mox infra cap. prox. Et Cap. sequenti exemplis ostendam de obiectis ipsius intellectus, id est, de specie intelligibili. Alterum officium est, quod uocant illuminare intellectum passibilem, hoc est, illas abstractas à phantasia species et imagines dijudicatas, ab intellectu agente transmitti ad intellectum passibilem, non solum cognoscendas, sed et conseruandas, memorieque reponendas. Ac utriusque officij uim experimur ipsis, cum aliquid de uirtute, de uitio, de alioue quolibet loco communis alicuius professionis studiose audientes, ac inde meditantes ac expendentes, speciem aliquam ac ideam certam, ut definitione et simile animal reponimus. Sicque agens intellectus est tanquam doctor docens, sed passibilis est tanquam discipulus addiscens. Nam intellectus passibilis est potentia animae rationalis cognitiva, que species intelligibiles ab intellectu inuentas, excogitas, sibique transmissas, etiam dijudicat, et confert inter se, et retinet, ut iam dixi. Sic apud Homerum Nestor ille prudentissimus in cōcionibus Gr̄corū, est quasi intellectus agens, optima quoque cōsilia excogitans et proponens cōsultantibus dijudicanda, quamuis ipse omnium certissime de ijs iudicaret. Nam optimus quisque autor et artifex sui artificiosi operis ac inuenti, est optimus ac certissimus iudex. Agamemnon vero ac reliqui gr̄corum principes, Nestoris cōsilia

Intellectus
passibilis
quid.

C O M M E N T . P H Y S .

lia iudicantes honesta & utilia esse, & seruantes
 quandoque fungebantur officio, quasi ipsius intellectus possibilis alienæ inuenta iudicantis. Non autem offendat hic aliquem, quod non nulli commentarij, nescio errore an industria, hunc intellectum possibilem, uocarunt possibilem, quia omnes species sibi oblatas possit recipere & intelligere. Est ergo intellectus agens, reuera causa efficiens & excogitans speciem intelligibilem. Possibilis uero, est tanquam subiectum uel materia, in qua species inuentæ hærent possibilem ac insident. Tametsi uero in addiscente prior sit operatio ipsius possibilis intellectus, quippe cum nemo sine doctore discat: tamen multo nobilior est intellectus agens, qui demum doctrina excitatus, sua officia præstat, ut experimur a doctis, qui suapte industria plura excogitant & noua inueniunt, ut Homerus, Plato, Aristoteles, Cicero: cum discentes uel semidocti, nihil noui inuenire ualentes, solum alienis inuentis inhærent, & aliena imitentur. Quia uero acumen ingenij atque inuentionis proprie ad intellectum agentem pertinet, ideo tam magnifice laudatur ab Aristotele, qui dicit eum separatum à materia esse, quod acrior sit possibili, qui non excitat se ipsum, sed tantum ab agente excitatur, nec discedit à materia, id est, à specie & imagine, praesenti, qua circa materiam & sensibile uersatur, & quasi dictatasibi accipit ab agente. Qui agens perpetuus ac immortalis etiam ab eodem Aristotele dicitur, hoc est

Aristot.
 cur separa
 tum à ma
 teria &
 immorta
 lem intelle
 ctum agen
 tem faciat.

est, semper querens, inueniens, excogitans aliquid, nec dormitans: sicut passibilis otiosus est, et dormitat quasi, dum tantum accipit dictata aliena, quibus sepe fallitur, si male accipiat: sicut negligens et iners auditor sepe fallitur. Atque hoc est, quod dicitur

Intellectus agens omnia facere, id est, quamlibet spe Intellectuum intelligibilem inuenire et illuminare, ut uidea agentem à passibili, sicut lumen ipsos colores alioqui non omnia fauisibiles illustrat, ut uideriqueant: de quo supra eo= cere, passi dem cap. 7. Contra intellectus passibilis dicitur omnia bilē omnia nū fieri: id est, quamlibet inuentam ac transmissam fieri quon= sibi speciem recipere, eiq; se accommodare, sicut ce= modo intel= ra se accommodat signis impressis: et sicut uisus ligendum. quoilibet colores à lumine illustratos, sibiq; oblatos percipit ac sentit. Ita deniq; intellectus agens habet actum, passibilis uero habet potentiam.

Q V A R T O: Secunda diuisio: Intellectus est II. diuis. aut speculatiuus, aut practicus. Speculatiuus est, qui Intellectus habitu uel actu speculatio instructus, finem habet speculati= speculationem, scientiam et ueritatem, ut infra ca. uis quid. 31. Practicus uero est, qui habitu uel actu pratico in Intellectus structus, bonum opus intelligit, tanquam finem suū, practicus infra cap. 34. Tertia diuisio: Intellectus est aut habi= quid. tri, aut actu. Intellectus habitu est, qui otiosus nō in= III. diuis. tendit se in speciem intelligibilem, sed quiescit: qua= Intellectus lem habet pueri, inertes, otiosi, nihil cogitantes, stulti habitu qd. ti, indocti, imperiti, atq; omnes qui sola phantasia, ideo ratione particulari utuntur, ut pleriq; homi=

h nes.

C O M M E N T . P H Y S .

Intellectus nes. Intellectus actu est, quise intendit in speciem in-
actu quid. telligibilem, ut cum ingeniosi, docti, periti, non in-
erteres non otiosi, non stulti, mente aliquid requirūt,

discunt, inueniunt, cogitant, iudicant. Atq; hic ma-

III. diuis.

xime excitatur studio, usu & meditatione. Quarta

diuisio sumitur ex principio primi προτερείας

Intellectus aliis est simplex, aliis compositus. Sim-

plex. plex est quando cognoscit simplex & incomplexū,

ex uno aliquo decem prædicamentorum quolibet,

Intellectio. cuius notitia incōplexa, uel absoluta intellectio uo-

catur. Obiectum uero est indiuisibile intelligibile,

id est, terminus incomplexus, & hæc uocatur pri-

ma operatio intellectus, qua simpliciter iudicat in-

Intellectus tellectus, hoc esse, uel hoc non esse. Compositus uero

cōpositus. intellectus dicitur, cū cognoscit propositionem ue-

ram aut falsam, cuius noticia est complexa, & in-

tellecito comparata, quæ possibilia & impossibilia

comparat per propositionem. Huius obiectum est

diuisibile, & multiplex intelligibile, id est proposi-

tio, quæ diuiditur in incomplexos terminos, & hæc

Intellectus est secunda operatio intellectus: Et hic compositus

composi 1 intellectus rursum est duplex, scilicet componens,

id est, affirmans, hoc est, affirmatiuam propositione-

nem concipiens, in qua prædicatum componitur &

coniungitur suo subiecto: ut, Achilles est fortissimus

2 Græcorum. Et diuidens intellectus, id est, negans,

hoc est, negatiuam propositionem cōcipiens, in qua

prædicatū negatur ac longe diuiditur, separaturq;

à sub-

asubiecto : ut Thersites non est fortissimus Græcorum: Sic etiam est phantasia simplex, id est, imaginatio incomplexi, que etiam est in brutis, ut quando canis cogitat, hic est meus herus: & Phantasia composita id est complexa, nempe propositionis affirmatiue uel negatiue imaginatio & cōceptus, qualem pleriq; negant inesse brutis. Aliqui tamen affirmant, idq; ego opinor: sed de ijs infra cap. 31. ubi de multiplici dicemus notitia.

Q VINTO: Propria ipsius intellectus officia Intellectus ab Arist. sic ferè numerantur, præter supra iam dī- propria officia, scilicet intellectum habere potentiam recipien- ficia. di quamlibet speciem extrinsecus, cum nulla species sit ei prorsum innata. Nam anima primitus est tan- Animatās quam tabula rasa, in qua nihil dum actu scriptū aut quamta= pictum est: sed tempore suo potest ei tabulæ quid in= bula rasa. scribi. Tametsi Platonici cōtrasentiant, de noticijs ac principijs anime ipsi innatis, ut infra 26. & 32. & 34. attingemus. Item intellectum esse non mixtū, id est, non alligatum certæ alicui speciei, uni. Nam alioqui intus existens prohiberet extraneum, sicut uisus si uni colori esset deditus, tum non perciperet alios colores. Duæ sunt autem potissimæ differen- Differen- tie inter intellectum & sensum Prima: sensus si= 1 inter in= ne detrimento nequit sentire minuta aut excellen- tellectū tellec- tia immodicè sensibilia, sed inde hebetatur, ui uisus & sen- à minutis literis, uel à radijs solaribus habetur. sum.

Sed intellectus quo se magis intendit in minima aut

C O M M E N T . P H Y S .

maxima, eò plus assequitur, atq; fit acutior, ut Cice-
 2 ro in prima Tuscu. probat. Secunda: sensus hebetar-
 tur assidua operatione: Intellectus uero crebra me-
 3 ditione redditur acutior & agilior. Præterea sen-
 sus præsentia tantum & præterita apprehendit,
 intellectus etiam futura prospicit. Nam ut ille ait.
 „ Istud est sapere, non quod ante pedes modo est uidea-
 „ re, sed illa etiam quæ futura sunt prospicere.

Intelle-
 ctus cū
 sensu in
 quibus
 conue-
 niat.

SEXTO: In multis conuenit intellectui cū sen-
 su. Primo, sicuti à Sensibili sensus ducitur à potentia
 2 in actum, sic ab intelligibili intellectus. Secundo, si-
 cut sensus non corrumpitur à mediocris sensibili, ita
 nec intellectus ab ullo intelligibili, quamlibet ar-
 3 duo. Tertio, sensus est similis intellectui & noticia
 simplici, quia non concipit propositiones, ut in be-
 stijs patet. Non autem est similis compósito intel-
 4 lectui uel complexæ noticie. Quarto, sicut sensum
 sequitur appetitus sensitivus, & affectus bestialis,
 supra eod. Cap. 15. sic intellectum sequitur iuoluntas
 & appetitus, uel affectus rationalis, infra Ca. 24.
 5 & 30. Quinto, sicut sensus communis omnia sensi-
 bilia dijudicat, sic intellectus omnes species intelle-
 6 ctus cognoscit & dijudicat. Sexto, sicut sensus ab-
 strahit speciem sensibilem à materia obiecti, supra
 Eod. Cap. 10. sic & intellectus abstrahit intelligi-
 bilem speciem à materia, uel ab materiali Phantasmate,
 de qua, & cæteris, que ad intellectum perti-
 nent, iam mox in sequentibus docebo.

DE

DE SPECIE INTELLIGI=
bili rei materialis.

Caput XX:

PRIMO: De obiecto ipsius intellectus, quod ille apprehendit sibi imprimens, & cognoscit, his tribus Capitibus dicendū est breuiter. Controversia est autem inter philosophos, quod nam sit obiectum intelligibile. Quidam censem solam rem materiale esse proprium obiectum, quod proprio intellectu percipiatur. Plerique rem iuxta immaterialē atque materiale dicunt esse obiectum intelligibile, & neutri male sentiunt. Tametsi enim non intelligamus immaterialia sine ope materialiū, & absq; similitudine collationeque harum: tamen recte eam uocamus rem intelligibilem, quae ab intellectu quoquomodo intelligitur. Sit ergo, pace aliorum, ipsius intellectus obiectum proprium, essentia rei cuiuslibet ueræ, aut imaginariæ. Sic essentiam hominis, essentiam iusticiæ, intelligo: sic aureum monētem, centaurum, chimeraam, aliasque res mere imaginariæ intelligo & concipio.

Obiectum
intelligi-
bile.

SECUNDΟ: Quærat hic aliquis, quonam modo intellectus concipit & intelligit essentiam alicuius rei, substantię uel accidentis, materialis uel immaterialis, ueræ uel imaginariæ. Respondetur: Per species intelligibilem, quæ species est qualitas intellectus immaterialis, mouens intellectū, cui allata species intelligibilis.

C O M M E N T . P H Y S .

imprimitur, sicut pictura tabulae appingitur, sicut
imago æri liquefacto infigitur, ut altius atq; diutius
hæreat. Sic intellectus est quasi tabula apta, ad reci-
piendam speciem quamlibet sibi appetitam, aut infu-
sam. Sicut autem res alia materialis est, alia immat-
erialis, ut s̄epe est supra dictū: & sicut duplex est
species sensibilis, scilicet materialis à corporeo, im-
materialis ab incorporeo per phantasiam collecta,

Species in- ut supra Eod. Ca. 10. sic & duplex est species intel-
telligi- 1 ligibilis, scilicet, materialis à specie sensibili rei ma-
bilis du- terialis, manans ex phantasia in intellectū, ut cum
plex. 2 intelligo & concipio pomum, plantā, & immate-
rialis à specie sensibili rei immaterialis, manans ex
phantasia in intellectum, ut cum intelligo & conci-
pio angelum, iusticiam, dolum. Et species intelligi-
bilis pluribus alioqui nominibus appellatur, nempe
notitia, notio, intellectus, vóημα, conceptus, imago
ueritatis uel essentiæ, radius à re qualibet resplen-
dens in intellectu, sicut species resulget in speculo.
Ut autem supra dixi Capite proximo, intellectum
esse aut simplicem, aut compositū: ita nunc dicimus,

Conceptus Conceptum alium esse incomplexum, hoc est, thema
duplex. 1 tis uel rei simplicis notitiam incompleam: ut cum
intelligo cœlum, terram, hominem, lapidem, iusti-
ciam, fidem, chimoram, aureum montem, frigidum
ignem, album coruum, uiridem niuem esse, uel non
esse. Cuius sunt duæ quæstiones demonstratiuæ sci-
licet An sit, & Quid sit. Conceptus uero comple-

xus est complexi, id est propositionis ueræ aut falso noticia complexa, quæ et species intelligibilis composita uocari potest. Quia sicut Propositio est ex subiecto et prædicato, pluribus ue terminis cōposita: Ita haec species seu noticia est composita ex imaginibus plurium rerum, quam propositio comprehendit, ut cum intelligo huiusmodi propositiones, quod cœlum perpetuo mouetur, quod centrum mundi nō mouetur, quod homo est omnium creaturarum nobiliſſima: hic certe in qualibet propositione ſimilis concipio ſubiectum et prædicatum, ueluti uideam picturam ex pluribus imaginibus collectā, ut in prælio picto. Nam hic concipio cœlum perpetuum motum. Item terram centrum mundi immobile. Sic cum intelligo hanc propositionem. Terra est mobilis. Cœlum est ſtabile, et ſimilia falsa, uel imaginaria collecta in propositionis formam. Habetq; hec complexa noticia duas quæſtiones demonstratiuas, ſcilicet quid sit, querentem ferè de proprio uel effectu: et propter quod sit, querentem de cauſa. Quomodo uero à re materiali fluat primum Modus inphantasiā, species ſensibilis, et deinde species intelligibilis in intellectum, primo ſingularis, et mox uniuersalis: ſatis plane ex ſuperioribus patet, ubi de phantasia, ſupra Eod. Cap. 9. et de species ſensibili, ſupra Eod. Cap. 10. et de intellectu agenti ſupra Eod. Cap. proximo explicui, et infra Eod. Cap. 22. dicam, de Vniuersalibus.

C O M M E N T . P H Y S .
D E S P E C I E I N T E L L I =
gibili rei immaterialis.

Caput XXI.

Species in-
telligibilis
immateri-
alis quid.
Quomo-
do intelli-
gamus spe-
cies imma-
teriales.
ανθρωπο-
μορφίη.

PRIMO: Nihil opus est prolixius depingere intelligibilem speciem immateriale, id est, à re immateriali collectam & progressam in intellectum, ex similitudine uel imagine speciei cōceptae & intelligimus per accidentia illa externa, quibus uestitur & insignitur: Sic res immaterales non quidem sentimus exteriore sensu, sed tamen imaginamur interiore sensu, & deinde intelligimus easdem à similitudine quasi & collectione rerum materialium: ut supra de phantasia, Eodem cap. 9. & 10. apparet. Ita enim ex cognitione rerum materialium nos ducimur in qualemqualem cognitionem rerum quoque immaterialium, sicut pictores humanam faciem, corpus, & alias uolucres affingunt angelis, sicut & ipsi Deo per metaphoram appingit ipsa scriptura corpus, & corporea membra, & humanos affectus, operaque hominum: unde natus est error hereticorum, qui ανθρωπομορφίται uocantur, eò quod putarunt Deum reuera habere corpus & affectus, aliaque accidentia hominis. Sic in proprieatis oratorum poëtarum rebus incorporeis & mutis affingitur animale corpus, & operationes animales. Vide supra Eod. Cap. 10.

Quinq; in SECUNDO: Quinq; fariam in summa intel-
ligimus

ligimus, hoc est, quinq; sunt modi, per quos intelle= telligendi
stus appræhendit & cognoscit qualiter cunq; esse modi.
tias rerum, hoc est, obiecta intelligibilia, & eorum
species intelligibiles. Primo, per accidentia, quæ ma= 1
ximam partē conferunt ad intelligendam essentiam
substantiæ, uel accidentis cuiuslibet. Sic intelligo spe= 2
ciam arboris, gemmæ, animalis, circumscriptam
accidentibus externis atq; internis, tanquam notis
suis. Hinc oriuntur definitiones accidentariæ, & de
scriptiones Rheticæ. Secūdo per collationem di= 2
verorum phantasmatū, sic intelligo aureum mon= 3
tem conferens montis ac auri imaginem. Sic intelli= 3
go atq; concipio alia, similiaq; monstra, resq; ima= 3
ginarias, nedum ueras species, simplices aut compo= 3
sitæ, & hoc secundo modo quamlibet propositione
intelligimus, quæ ut minimum duas confert species.
scilicet subiecti & prædicati, præsertim ea, quæ de
Est tertio adiacente componitur. Tertio, per con= 3
ceptum simplicem, sic intelligo Deum, angelum ali= 3
udue esse uel nō esse. Ethoc modo tertio, intelligimus
quamlibet propositionem de Est secūdo adiacente,
& quodlibet incomplexū, id est, res singulas. Quā= 3
uis plerunq; huc prorsum accedere oportet ex pri= 3
mo modo accidentia, uel aliqua alia ex alijs modis,
quæ hunc conceptū simplicem augeant, & clario= 3
rem faciant. Nam plura collecta tandem alicuius sub= 3
stantiæ uel accidentis speciem constituunt, ut patet
in definitione qualibet, ubi genus, differentia, pro=

C O M M E N T . P H Y S .

accidentiaq; præsertim inseparabilia constituent speciem suam. Et hinc peculiariter nascitur definitio essentialis, & item particularis. Quarto: intelligimus per negationem uel remotionem: ut quando concipio angelum non esse corporeum, non malum spiritum, non in creatum, sic cum differentia, species aut numero inter se cōparantur negatiua. Hinc nascitur definitio, quæ Negatiua uocatur, & priuatua: ut cæcus est, qui uidere non potest. Quinto uulgatissima intelligendi ratio non solum materialia, sed immaterialia, præsertim, est per effectus atque causas. Tametsi et hæc censemur nomine accidentis per effectum: ut corpus uiuit, ergo animam ei inesse intelligo: per causas, ut patrem & matrem legitimas habuit ille, ergo legitime natus est ille. Verum de causis, et effectibus supra quære in primo, et hinc nascitur definitio causalis & definitio officialis.

Cognitio à priori.

Cognitio à posteriori.

TER TIO: Hinc collige celebrem illam diuisiō nem noticie intellectiū, quod scilicet cognitio alia sit à priore, quæ per causas suas rem quamlibet effectum intelligit, & habet questionem demonstratiuam, Propter quid. Atque hinc demum est propriæ demonstratiuæ scientia, non nisi in ualde doctis & peritis. Alia est cognitio à posteriori, quæ per effectus rem quamlibet & causam intelligit. Sic Deum cognouerunt etiam prophani ac gentiles ex creaturis, iuxta Paulū ad Romanos 1. Habetq; hæc questionem demonstratiuam Quid sit: atq; est uulgatissi

ma intelligendi ac sciendi ratio, in doctis quoq; &
imperitis usurpata. Sed ille demum est
Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.

In hoc docti ab indoctis plane differūt. Adhuc uocat Noticia in-
tur ab istis noticia quedam Intuitiva presentis ob- tuitiva.
iecti, sensibilis aut intelligibilis cognitio, ut cū præ= sens præsentem hominem, præsentem actionem sen-
tio, concipio, uel intelligo. Quædam Abstractiva Noticia ab
noticia uocatur absentis obiecti, sensibilis uel intel- lectiva.
ligibilis cognitio, ut absens absentem hominem, ab-
sentem operationē atq; propositionem, de præteri-
ta uel futura copula sentio, concipio, intelligo. Sic
animæ piorum abstractive nunc intelligunt Deum,
non intuitive. Hæc de speciebus intelligibilius satis Species in-
sit indicasse, quarum nulla est expresse innata ipsi telligibiles
anime, sed acquisita per sensum, per experientiā, quomodo
per imaginationem, per doctrinam, per meditatio- insint ani-
nem. Atq; hæ species intelligibiles, semel intelle= mæ.
ctui impressæ, semper manent in eo, licet habitu uel
potentia saltem, nō semper actu moueant intellectū
iuxta illud D. Hieronymi vulgare dictum. Disca-
mus in terris, quorum scientia nobiscum perseveret
in cœlo. Sed Deo, & angelis, & dæmonibus huius= modi species intelligibiles multæ sunt concretae, de
quorum utroq; scholasticos Theologastros uide.

DE UNIVERSALIBVS

Caput XXII.

Primo

C O M M E N T . P H Y S .

Quo ordi- PRIMO: Sicut sensus proprius est singularium
ne uniuersitatis perceptius, supra Eod. Ca. ii. Ita intellectus
salia intellectus solus uniuersalia percipit, et propriam speciem spe-
lectus in singulari, hoc est, ideam, collectam ab individuis
telligat.

uel singularibus, quorum phantasma semel, iterum,
saepeius oblatum phantasiæ, transmittit speciem
intelligibilem à se, tanquam radium ad intellectum.
qui intellectus illam ideam cognoscens, simul etiam
intelligit, ex quibus constituta est Idea, species spe-
cialissima, nempe genus proximum, et genera quoque
remotiora, usque ad genus generalissimum, id est, ad

Transcen- prædicamentum summum, atque inde ad transcenden-
dentia. tia pergit, ut sunt res, ens, aliquil, essentia, simul eti-
am cognoscit differentiam constitutivam speciei spe-
cialissimæ, ac inde diuisiolas quoque, et superiores dif-
ferentias. Item intelligit propria, quæ conuersim de
specie prædicantur, ac inde superiorum specierum
subalternarum propria, præ omnibus uero acciden-
tia in individuis sita, maximam partem conferunt

Idea quid. ad cognitionem eius quod quid est. Itaque Idea est rei
species perfecte cognita: atque item Idea est, absoluta
perfectaque obiecti intelligibilis cognitio, per doctrinam
usumque comparata et confirmata, uide in pri-

Vniuersal- mo Ethicorum Cap. 5. Et uniuersalia sunt mere con-
ceptus communes pluribus individuis ac sensibili-
bus, aut horum similibus ab intellectu informati, et
quasi depicti: sicut Ideam faciendæ domus concipit
sibi Architecton, per collationem huius, et illius do-

mus: quia ex duorum pluriumue individuorum imagine colligitur species specialissima, & inde ex specierum collatione colligitur genus, uerū cum de prædicabilibus alias à commentarijs Peripateticis soleat prolixè disputari circa exordium prædicabiliū, ubi fit mentio trium quæstionum Platonicarum de uniuersalibus, ego in hoc loco omittam, contentus hec de obiecto intelligibili dixisse breuiter.

DE RATIONE.

Caput XXIII.

Quod hoc capite de ratione dicam paucissima, non ita debet accipi, quasi ratio hominis aliud quid sit quam intellectus, cum sint plane idem numero: tamen huius uocabuli ambiguitatem libet hic explicare. Ratio enim quandoq; totam significat hominis animam, scilicet rationalem: quandoq; intellectū & mentem, de qua hactenus: quandoq; definitionem, & essentiam rei intellect.e, quādoq; etiam modū rei uel causam. Verum hoc capite Ratio est, intellectus conferens inter se plures species intellectas, & cōceptas à rebus speculatiuis uel practicis. Ut dum consert Dialecticam cum Rhetorica, uirtutem cum uitio, scientiam cum opinione, angelum cū anima, aut quamlibet speciem intelligibilem cum qualibet specie, singulare cū alio singulari, aut cum uniuersali suo, uniuersale cum inferioribus suis aut singularibus uel cum alio uniuersali:

1 Ratio=
2 nis acce
3 ptiones.
4 Ratio quo
modo hoc
loco acci-
piatur.

pro-

C O M M E N T . P H Y S .

Ratio quid. propositionem cum alijs propositionibus ueris aut falsis, definitionem cum definito, partes cum toto, & speciem cum proprio, accidentia cum subiecto, & cætera similia. Atqui in summa, Ratio est intellectus plura simul concipiens, atq; conferens inter se, ita ut uel partem eorū, uel nihil, uel omnia probet, nempe uera aut bona, uel cōtra improbet, nempe falsa aut mala, & plura similia inde uel dissimiles. Intellectus lia sibi eliciat ac ratiocinetur. Intellectus ergo unā & ratio rem uel propositionem concipit. Ratio plures similares & propositiones cōfert, nobilissimāq; pars est ipsius intellectus, quæ docet probare uerum aut bonum, & reprobare falsum aut malum, optima uoluntatis magistra, & monitrix. Quomodo uero rursum diuidant rationem, & quæ sint eius affinia, In capite 36. & sequentibus exponam.

D E V O L V N T A T E .

Caput XXIIII.

P RIMO: Hominis esse duas partes primariae ostendimus supra Eodem, Cap. 18. scilicet intellectum uel rationem uel uoluntatem, atq; item supra Eod. Cap. 15. uoluntatem quandam uocamus irrationalēm, hoc est appetitum sensituum, qui à Theologastris uocatur sensualis, homini cum bestijs communis. Verum hoc capite loquimur de hominis propria uoluntate, quam recte appellamus intellectuum & rationalem appetitum, Ita Voluntas

luntas est potentia animæ rationalis motiva, qua Voluntas homo intellecta cupit, ut bona, uel renuit ut mala. quid. intellectus ergo uel ratio docet & explanat quid faciendum fugiendumq; sit, que uacare debet temeritate, & negligentia. Voluntas autem, id est, appetitus, hominem huc atq; illuc rapiens impetus suo, tis officiū. debet rationi sue obtemperare, nihilq; agere aut uelle, nedum re præstare, cuius non poscit probabilitam causam reddere. Nam Ratio est metrum & regula actus uoluntarij. Etenim ratio deprecatur ad optima, & semper ad optima quæq; hominem adhortatur, ut in primo Ethicorum Cap. II. Aristoteles differit, & Cicero in officijs Capite de Tempore, & in primo libro de Legibus.

SECUNDUS: Obiectum uoluntatis proprie est Voluntas bonum appetibile, uel malum abominabile, intellectu perceptum, & dijudicatum à ratione: que quietum. si uoluntas fallitur, si ratio quoq; fallatur & intellectus, quem propter sensu incertitudinem, & propter phantasiæ errationem sæpius aberrare contingit. Tametsi enim intellectus seu ratio per se est Ratio quæ absoluta, perfectaq; animæ potentia, tamen uitio re interdù sensu & phantasiæ per accidens decipitur. Omnia aberret. enim recte nouisse, & in nullo errare, non hominis sed Dei prorsum est: ut alicubi Iureconsultus inquit. Nec etiam intellectus, & cognitio hominis in hoc corpore est plane perfecta & absoluta, sed in plenisq; est obscurior, ne dicā incertior sæpe, vt Platonici

C O M M E N T . P H Y S .

tonici dicunt, nihil, uel saltem non omnia, certo scia-
ri. De quo uide Ciceronem & Academicos, & Pla-
tonicos. Qui tamen male arguunt à singuluriū fra-
gilitate & incertitudine ad iuuentalia, quorum
Idee sunt perpetuae ac infallibilis.

Voluntas **T E R T I O :** Duplex est Voluntas, scilicet Naturalis & Rationalis. Naturalis uoluntas est, qua appetimus ea, quæ naturaliter non possumus non appetere: ut esse, uiuere, scire, edere, bibere, sentire, belle agere: & qua contra auersamur ea, quæ non possumus non horrere, uel saltem renuere ac uilipendere naturaliter, ut mori, famescere, nescire, misere age re, ut nolle hominem uolare. Atq; hec uoluntas non est libera, sed rapitur à natura desiderante suā per fectionem: ideo neq; bonū, neq; malum reddit. Voluntas rationalis, quam alias, deliberatiuam Græci Βέλκοιης aut προαιρεσίης, hoc est electionem uocant, est qua arbitaria cupimus uel renuimus, libere & deliberato, ut cum uolumus aut nolumus esse uirtuosi, uitiosi: ut cum eligimus uel renuimus arbitriias operationes, & res sitas in nostro arbitrio, **Voluntas** de quibus infra cap. 36. & 35. & hec uoluntas mota rationalis ab appetitu sensituo uel ab intellectu passibili, de si libera. num est libera, & bonum reddit uolentem bona, ac renuentē mala moralia: & contra malū reddit uolentem mala, & nolentē bona moralia, ut infra Ca. 34. Verū quatenus, & quare uoluntas rationi pareat uel repugnet, infra cap. 30. de Affectib. indicabo.

DE

DE MEMORIA INTELLECTIVA.

Caput XXV.

PRIMO: Communis est quædam homini cum Memoria bestijs memoria, quam Sensituā, retinentem sensituāphantasmatasensibilia, & organicam appellamus de qua supra eodem cap. 9. Sed memoria intellecti Memoria ua soli homini peculiaris est & propria, custos & intellectus conseruatrix fidissima conceptuum, & imaginum: ua. uel rerum, quarum species sunt ab intellectu perce=ptæ, & hec potentia est nō organica, sicut & intellectus, cuius ipsa pars est, retinēs species intelligibili=les, & intellectui referens, ac subinde eas renouans. Huius enim memorie obiectum est præteritum, id Obiectum est, species intelligibilis, iam dudum animo cogita= memoria, & infixæ, nemo enim dicit se meminisse futuri, intellectus sed coniectare futura: neq; præsentis meminisse, sed ue. cognoscere præsens. Itaq; Memoria est potentia in= Memoria intellectua, neq; sensus, neq; coniectura sed habitus intellectus quidam, referens species, post aliquantum tempo= ua quid. ris exactum, ut ediscentes experiuntur.

SECUNDO: Memoria quædam est naturalis Memoria quædam artificialis, quæ adiuuatur præceptis eius duplex. artis, quam nunc Memoratiuam appellant: de qua Ars memo intertio ad Herennium, & Fabius in ii. cap. 2. Duo ratiua. sunt autem memoriarum officia, scilicet retinere species in 1 Memo= telligibiles, semel intellectui passibili impressas, & rie 2. of reserre ac renouare quoties libet, & opus fuerit, ficia. easdem species. Secundum officium est, species im= 2 i pressas

C O M M E N T . P H Y S .

pressas, ac obliuioni tamen traditas, quæq; intellec-
tui uel animo semel aut saepius exciderint, illas re-
nouare, & quasi mortuas species resuscitare, &
Reminisci. hoc uocatur reminisci, & reminiscencia. Nam Re-
minisci est, obliuioni traditare recordari. quod opor-
tunissime fit à circumstantijs personæ, temporis, lo-
ci, ut diserte Arist. in libello de Memoria ac Remi-
niscencia docet.

A de exa- TERTIO: Quatuor sunt necessaria ad exacu-
cuendā 1 endam atq; exercendam memoriam, scilicet pri-
memo= mum, bono ordine digerere memoriæ cōmendanda.
riam 4. 2 Deinde meditari attente, saepiusq; eadem repetere.
necessa= 3 Post affectu quodam peculiaris lœtitiae aut doloris in-
ria. 4 rem memorandā ferri: deniq; crebro repetere me-
moriæ quamlibet infixa ita fiet demum, ut memoria
sit fidelis atq; tenax: quæ quidem eorū qua addisci-
mus, & docemur, unicus est Thesaurus. Quod uero
Qui fiat plerūq; ingeniosiores sunt magis obliuiosi, quam
quod ma- illi qui minus ingenio ualent, inde accidit, quod in-
gis obliuio si sint qui geniosi minus intendunt animū in species intelligi-
ualent in- biles, quas celerius compræhendunt: & sic ingenio
genio. suo freti, nimiumq; securi, celerius quoq; amittūt ex
animo conceptas species. Sed ingenio tardiores sue
tarditatis cōscij cum plus intendant animū in intel-
lectu, fixius quoq; & firmius retinet difficulter im-
pressas species: sicut imago diutius manet, duratq;
insculpta marmori, saxo, aut æri, quam ceræ im-
pressa. Reliqua de hac materia ab Aristotele regre.

DE

DE LEGE NATVRAE.

Caput XXVI.

PRIMO: Quæ iam inde sequuntur capita, cū ad principia Moralis philosophie, atq; etiam ad Theologiā ualde profint, nolui omnino præterire illa: tametsi non tam ad Physicam, quam ad Ethicam pertineant, quare etiam brevior in istis ero, ne longius extra propositum euagemur.

SECUNDО: In genere quidem Lex est sententia, Lex quidem bona p̄cipiuntur, & mala prohibentur. Ius autem est autoritas & facultas faciendi quid se= cundum leges. Verum triplex est Lex, scilicet Natu 1 Lex triplex, quam Iure consulti uocat Ius naturale, & Ius gentium: & Lex Diuina, quæ in sacris literis traditur. Et Lex Humana, quæ Iure Ciuili, aut Canonico scripto, uel consuetudine recepta continetur. Et iuxta Ciceronem, Lex naturæ est ratio summa, insita Lex naturæ in hominis natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, ræ quid se= prohibetq; contraria. Vel Lex naturæ est sententia cundum cōmuni, cui omnes homines pariter assentiuntur, Cicer. insculpta nobis à Deo, pertinens ad mores forman= dos. Referuntur ergo ad legem naturæ principia Ad legem practica, id est, sententiæ cōmunes, omnibus notæ, naturæ de moribus, & item conclusiones elicite, ex illis quæ sint principijs. Talia sunt decem præcepta Decalogi, referens item præcepta similia ex libris Ethicorum quoq; da. de quibns infra Cap. 34.

TERTIO: Efficiens causa & lator legis natu=

i 2 ræ

C O M M E N T . P H Y S .

Naturæ ræ est ipse Deus, qui eam inscripsit cordi, & animo,
causa effi. & intellectui, cuiuslibet hominis nascentis, ut eius
uoluntatem excitet ad bona, & absterreat à malo.
Sic & D. Paulus ad Romanos, Cap. 2. in hanc sen-
tentiam de lege naturæ docet: Cum gentes quæ le-
gem (scriptam scilicet) non habent, naturaliter ea
quæ legis sunt faciūt, eiusmodi legem (scilicet scri-
ptam) non habentes, ipsi sibi sunt lex, quia ostend-
unt opus legis scriptum in cordibus suis, testimo-
nium illis reddente conscientia, &c. Præcepta uero
turæ præ legis naturæ secundū Iureconsultos primaria sunt.
cepta pri- Primum: Deum uenerari. Secundum: Honeste uiue-
maria 8. re. Tertiū: Patriæ, magistratibus, parentibus obe-
secundum dire. Quartum: Neminem lēdere. Quintum: Suum
Iurecon- cuiq; tribuere. Sextum: Rebus cōmuniter uti, quate-
sultos. nus fieri potest. Septimum: Tollere nocentes è medio
propter seruandam publicam salutem. Octauum:
Rerū dominia, proprietates, possessiones, & usum
distinguere, quibus cōmuniter alioquin non licet uti.
Verum de lege naturæ longe plura à Cicerone, in
primo de legibus, à Iureconsultis & Commentarijs
eorum, in Tit. de Iure naturali, in Institutionibus,
& in Tit. de Iusticia, & iure in. ff. require.

D E S Y N T E R E S I .

Caput XXVII.

A Græcis Theologis præsertim à Damasce-
no Latini hoc mutuati sunt uocabulū την
τηρίσεως

TH^ησεως, quam nos conseruationem, uel attentio= nem uocare possumus. Nam Synteresis est naturalis Synteresis habitus principiorum moraliū practicorum, qua= quid. si concreatus homini, attendens ad legem naturae, quam conseruat, instigans hominem ad bonum, & obmurmurans malo, sicut enim o^υvesic, id est, in= Synesis telligentia, habitus est speculatiuus, acquisitus, cō= quid. seruans principia speculabilia, ut infra 31. & 32. ita synteresis est habitus innatus, conseruans principia moralia uel practica, infra 34. Huius officium est Synteresis ponere maiorem in syllogismo pratico, sumptam officium. ex lege naturae, suppeditante maiorem, & proba= tionem maioris. Etiq; synteresis in intellectu poti= us, quam uoluntate, ut pleriq; Theologorum senti= unt. Tametsi Damascenus eam appellat uolunta= tem rationalem, ac potentiam motiuam. Sed non ita multum refert, quia constat sane synteresin esse ha= bitum, aut intellectuum practicum, aut uoluntaria= um, utiq; homini concreatum, & qualitatem inna= tam, sicut & lex naturae est homini innata.

DE DICTAMINE RATIO-

nis. Caput XXVIII.

PRIMO: Quid ratio sit, dixi supra Eod. Cap.

23. Dictamen autem rationis est, uis ipsius, Dictamen quo dictat quasi & præcipit, seu admonet facere bonum, aut omittere malum. Cuius officium propri= quid. ^{um} est, ponere minorem, & probationem minoris Officiū di=

C O M M E N T . P H Y S .

Et amnis
rationis.
Rationis
duæ par-
tes.

Ratio suæ
prior.

Dictamen
rationis.
Synteca-
sis.

in syllogismo practico, infra Eodem Capite proximo, & ex uniuersali uel generali lege naturæ elicere quid particulare. Duas autem rationis partes nominat, D. Augustinus scilicet rationem superiorem & inferiorem. Superior ratio est, lumen humanae naturæ, & quasi uis, dictans & præscribens diuina, eterna, mere honesta, ut pote cum conscientia dicit, peccatum hoc est fugiendum, dictamen superioris rationis ponit causam, quia hoc peccatum offendit Deum, quia turpe est, & contra legem naturæ, quia hominis natura indignum est. Sic contra, cum Conscientia dicit, hoc iustum opus est facendum. Dictamen rationis superioris ponit rationem, quia hoc iustum opus præcipit Deus, quia est pulcrum, quia est homine dignissimum. Deinde syntesis maiorem quamlibet ponit syllogismi practici. Et hæc superior ratio malis affectionibus non obnoxia, sed illis tanquam regina imperans, amore ingenuo & pio fertur ad honesta & timore ingenuo, non seruili, cauet uitia, iuxta illud.

Oderunt peccare boni uirtutis amore.

Atq; hæc demū proponit sibi, & spectat uerum finem honorū, scilicet honestatem meram, sine ullius utilitatis aut uoluptatis respectu, ut admoneat bene agere, etiam si ex illo bono opere nos sequatur aliud quod damnum, uel malum. Sicut Regulus meritate ductus, seruauit fidem Carthaginensibus, etiam suæ uitæ exitio, de quo fine, id est, uirtute & mera

mera honestate prolixē Cicero in s. Tusculana. disserit, uirtutem solam sufficere ad beatam uitam.

SECVNDO: Inferior ratio est, quasi mulier inferior illecebrosa, dictans & prescribens non diuina, sed ratio, humana: non eterna, sed temporanea: non mere honesta, sed utilia & uoluntaria, uel cōtra sine respectu honestatis. Ut fugiendum est peccatum, quia deretur poena, quia damnum uel ignominiam affert, quia capitaliter punitur, & multa afficitur: & contra, amplectenda est iusticia, quia bonam famam parit, & uoluptatem affert, & cōmoda. Atq; hæc inferior ratio prauis affectionibus mire obnoxia, & appetitui sensitiuo, fertur praua delectatione & illecebris tantum ad externum bonum, timoreq; illiberali ac seruili cauet uitia. Quod si impunitatem sceleris sibi uideret propositam, nihil non flagitiū committeret & quælibet honesta contemneret, iuxta illud.

Oderunt peccare maliformidine poenæ.

Hæc demum inferior portio rationis, proponit sibi & spectat non uerum finem bonorum, honestatem meram: sed alienum & falsum finem, scilicet commodum & uoluptatem. De quo fine differit Valla in 1. & 2. lib. de Voluptate. Hominem nō posse meram honestatem appetere, sed spectaret tantum utilitatem aut uoluptatem, in qualibet actione. Estq; hæc inferior ratio, nequam ille oculus sinister & prius qui sui amore ac ΦΙΛΑΞΤΙΧ̄ nimium labo-

COMMENT. PHYS.

rat: & hanc homines pleriq; docti & magni se-
quentur. Hæc etiam ex prava aliqua sententia &
maligna prauum affectum hominis & uitiosam co-
suetudinem potius imitatur, quam legem nature,
& synteresin.

DE CONSCIENTIA.

Caput XXIX.

Consciens-
tia quid.

PRIMO: Conscientia est iudicium de facto no-
stro bono aut malo, petitum à lege naturali.
Vel ut isti definiunt: Conscientia est naturalis habi-
tus, conclusionum moralium, quæ eliciuntur ex prin-
cipijs practicis moralibus, probans bonum opus &
reprobans malum opus. Sicut enim Scientia est ha-
bitus conclusionum, elitarum ex principijs Theo-
ricis infra Cap. 31. sic Conscientia est habitus conclu-
sionum practicarum. Etenim huius officium est po-
nere & inferre cōclusionem, ex maiore synterce-
os, & minorem dictaminis insyllogismo pratico.
Estq; hæc in intellectu, sicut & synteresis.

Consciens-
tia tria of-
ficia.

SECUNDО: Conscientiæ sunt tria officia, que
præstat, prout intellectus & noticia nostra se bifas-
riam accommodat ad opus morale iudicandum. Pri-
mo: Prout cognoscimus quippiam nos fecisse, uel
non fecisse. Sic conscientia dicitur testificari & co-
arguere, hinc illud est proverbum.

Conscientia mille testes. Et.

Conscientia ipse sibi de se putat omnia dici,

Secunda

Secundo: prout iudicamus quippiam esse faciendū, 2
 aut omissendum. Sic conscientia dicitur instigare,
 vel retrahere. Ita Virgilius scribit, Mezentium &
 Turnum instigatos conscientia sua ad fortiter agen-
 dum, cum inquit: Aestuat ingens,
 Imo in corde pudor, mixtoq; insanialuctu,
 Et furijs agitatus amor, & conscia uirtus.

Tertio, prout quippiam iudicamus à nobis bene fa- 3
 ctum, aut factum male, sic cōscientia dicitur defen-
 dere factum vel accusare, ita illud Pauli secundo ad
 Romanos. Testimonium reddente illis conscientia
 ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accu-
 santibus (scilicet facta male) aut etiam defendantibus
 (scilicet facta bene) in diem, quum iudicabit Deus
 us occulta hominū, Vnde & Græco dicitur prouer-
 bio, quod conscientia ferit animum. Atq; hoc tertiu
 est præcipuum eius officium. Et quia pleriq; homi-
 nes male ac flagitiose agunt, ideo plerunq; consci-
 entia accusat eos quod male agunt, atq; remordet
 uexatq; adeo, ut nequeant interquiescere unquam. Si-
 cut enim cōscientia recte uoluntatis, & recte facti
 maxima est consolatio rerū incommodarum, ma-
 ximaq; uoluptas rerū florentium, ut quidam homi-
 nes felicitatē dixerint esse ἐνθυμίαρ, id est, bonam ἐνθυμία.
 conscientiam: Sic contra nullum est peius & atroci-
 us tormentum, mala & inquieta conscientia, cuius
 atrocitatē Poëtæ significant, imò & depingunt
 sub persona Furiarum atq; Dirarum, ut exponit Furiae &
 copiose Diræ.

C O M M E N T . P H Y S .

copiose Cicero in oratione pro Roscio Amerino.
et in primo de legibus.

Conscienc-
tiæ iudiciū
quomodo
fiat.

TER T I O , iudicium huiusmodi conscientia ac-
cusantis uel defendantis , fit per syllogismum pra-
cticum, affirmatiuum aut negatiuum, in qualibet fi-
gura et modo, cuius maiorem synteresis, minorem
dictam rationis, conclusionē uero conscientia po-
nit. Nec refert à maiore , an à conclusione incipias,
tametsi conscientia ferè proponit probandum , uel
improbandum. Etenim syllogismus practicus est,
quo cuiuslibet operis moralis ratio quæritur, cur
recte aut perperam fiat , factumue sit ex principijs
suis et lege iureq; naturæ petit a . Sic enim oportet
omnia probare, et quod bonum est tenere. Atq; hac
probatione nos uti debere Cicero significat , cum
dicit, Officium esse opus bonum , quod cur factum
sit , ratio probabilis reddi possit . Probabilis autem
ratio est, quæ hominis civiliter boni conscientiæ bo-
næ , et non aberranti satis facit , tametsi alijs non
satis faciat semper, iuxta illud.

Officium
quid.
Probabi-
lis ratio
quid.

Consciæ mens recti famæ mendacia ridet.
Sic cōtra officio contrarium uitium, uel potius pec-
catum est opus malū, quod cur factum sit, ratio pro-
babilis reddi nequeat. Exempli gratia , sit hic syllo-
gismus practicus . Regulus deliberat secum utrum
debeat Charthaginensibus seruare fidē, Respondet
Conscientia eius , fidem seruare debes Regule Pœ-
nis. Ratio dictat. Quia fidem Regule dedisti Char-
thaginen-

thaginensibus, Synteresis proponit. Fides data est seruanda. Hæc maior probatur à lege naturæ, quod tibi nolis fieri, alteri ne feceris: Sed nolis tibi Regula fidem nō seruari. Ergo Regule debes fidem seruare. Ita unus syllogismus practicus aliū parit, & sic longius argumentari possumus, Quāquam est difficile inexercitatis & præcipue indoctis inuenire rationem probabilem cuiuslibet sui operis ex lege naturæ. Porrò sicut prauis affectus sibi singūl quas= Conscienciam prauas leges & malignas sententias, ut est hæc tiae diffe= Amantem redamare, infestū uerum odiſſe, & Ma= rentiæ ea= lū malo reddere, quales contra ius naturæ pugnant, rumq; cau= & sicut inferior ratio ſepiſſime à prauis affectibus ſe. decipitur, ſic conſcientia quoq; non æque recta eſt & syncera in homine. Etenim Theologi conſcien= tiam dicunt eſſe latam in impijs, & aperte malis, strictam, uel cauteriatā, in ſuperſtitioſis & hypo= critis, perturbatam in dubitantibus, peruersam in errantibus, rectam in pijs & innocuis, rectificatam in poenitentibus, qui refiſſiſcant à malo. Verum hæc atq; ſimilia ad Theologiam remittimus,

DE AFFECTIBVS.

Caput XXX.

PRIMO, Hoc caput de affectibus inscripsi, nō quod affectus sit aliud quiddam, quam uoluntas ipsa, uerum ut uarias uoluntatis ſpecies ac foras indicarem, tametsi attigerim ſupra Eod. Cap.

C O M M E N T . P H Y S .

Affectus 15. Itaq; Affectus est breuis uel durabilis motus uoluntatis, prosequens bona, aut auersans mala. Et enim hic in affectu prosecutio atq; fuga, quod est affirmatio & negatio in intellectu uel in mente. Hic alias à Latinis uocatur animi motus, perturbatio, ægritudo, morbus, inclinatio, proprietas, affectio, passio, appetitus.

I. Affectus SECUNDO: Diuiditur affectus quinq; fariam.
5. diuis. Prima diuisio: Affectus uel motus animi alius est primus, alius est secundarius: Primum motum appellant, rapidam illam & inconsultam inclinationem animi, qua subito in rem delestablem uel aueritablem mouetur, & talis non est in nostra potestate, neq; statim crimini uitioue vertitur. Ut quamvis permoueantur apud Homerū in 3. Iliados Troiani principes, specie Helenes, tamen quia non consentiaunt isti motui in concupiscentiam eius, ideo non statim erant adulteri. Secundarius affectus est, consulta inclinatio, quæ rei cognitæ assentitur, & eam inhiat, & hic si feratur in illicitam rem criminosus est affectus, si fugiat rem licitam, criminosus item est affectus: ut Paris uisam Helenam inhians, crimen adulterij non effugit, quia motui adiungit assensum uoluntatis & concupiscentiam. De hoc uide Gellii in 19. Cap. 1. ubi dispuit at quidam, bonum uirum obnoxium quidem esse primis motibus, sed non secundarijs illicitisq; affectibus. Secunda: Affectus alius est breuis, uel momentaneus: Ira furor breuis est: ut affectus

affectus in pueris, qui facile sumitur, et temere deponitur. Alius est durabilis, quem uel natura, uel bona malaue consuetudo homini indidit, nec facile sumptus semel deponitur: ut tristitia in Melancholico, iracundia in Cholerico. Tertia: Affectus est III. diuis. alius naturalis, licitus, quem φυσικός σοργής ap= affect. pellant, ut est amor parentum in liberos, Alius est non naturalis, illicitus, ut amor Paridis in Helenā. De hac uide in commentario secundi Ethicorum. Quarta: Affectus alius est lenis qui uocatur οἰδηθή, IIII. diuis. id est, proprietas uel propria inclinatio: alius est ue affect. bementior qui uocatur πάθηθή quod uel indignationem uel cōmiserationem meretur. De hac Fabiū uide in 6. cap. 2. & 3. & Ciceronem in Oratore per festo. Quinta: Affectus uel appetitus alius est con= v. diuis. cupiscibilis, respiciens uel inhibans bonum appetibi= affect. le, ut spes & lēticia. Alius est irascibilis, auersans malum abominabile, ut metus & dolor, supra Eodem Cap. 15. Cæterum species istorum quatuor generū requirere oportet à Cicerone in 3. & 4. Tusculana, omnes enim aliae quotquot sunt affectuum species, nascuntur ex spe, lēticia, metu, dolore.

TER TIO: Ut licitus & bonus affectus rationi. Affectus obtemperat, à natura & bona consuetudine profectus, hominemq; mire commendat: Sic contra illius malusq; affectus, neq; rationi, aut syntesi, Affectus neq; cōscientiae obtemperat: ut pote profectus à mala affectus, secundum Philosophos, & à prava cupi-

C O M M E N T . P H Y S .

cupiditate, peccatoq; originali , secundum Theologos, a chominem uituperabilem & criminoseum reddit plerunq; dum renuit bona, & prehensat mala, contrarationem & conscientiam hominis , ut amans Medea fatetur apud Ouid. in principio septimi Metamorphoseon dicens.

Excute uirgineo conceptas pectore flamas.

Si potes infelix, si possem, sanior essem.

Sed trahit inuitam noua uis, aliudq; cupido,
Mens aliud suadet , Video meliora proboq;
Deteriora sequor &c.

Sic & ille ait

Prudens uidensq; pereo.

Ita ergo uoultas captiuata tenetur & inuita trahi: ut ad pessima quæq; , à suis affectibus , nisi à ratione quandoq; hi uincantur , que longe omnium pulcherrima est uictoria nempe suos affectus prauos ratione cogere, & moderari per uirtutem , frenisq; iniecti.

Mali affectus non cohercere. Atq; est ita non solum bonis affectibus pugna cum malis cupiditatibus , uerū mali etiam cum bonis am affectus quandoq; inter se pugnant, ac in firmo solum, sed rem (ut fit) superat fortior appetitus , ut plerunq; inter se meliorem deterior. Sic metum mortis uicit dolor quoq; pugnant. amoris decepti spesua, in Didone, cum inquit:

Quin morere, ut merita es, ferroq; auerte dolorem. Reliqua uero de hac materia ad Ethicam prorsus pertinent , cuius exempla uide in Poëtis , qui sunt optimi artifices in depingendis affectibus.

DE

DE HABIT V INTELLE=

ctuo. Caput XXXI.

PRIMO, Libet hic quædā præmittere, de uario noticiæ genere, sic enim & superiora repetemus, & ad fontem sequentiu perueniemus. Igitur Noticia est qualitas animæ, qua cognoscitur spe Noticiae obiecti sensibilis, uel intelligibilis, supra Eod. quid.
 Cap 10. & 19. Hæc primum sic diuiditur, Noticia & Noticia est aut Sensitiua, qua apprehenditur res per sensum, & speciem sensibilem, perq; iudicium factum desensibili. supra Eodem Ca. 7. & 9. aut est Intellectua, qua res cognoscitur per suam speciem intelligibilem, supra Eodem Ca. 20. & 21. Deinde intellectua noticia est uel incompleta, uel complexa, supra Eod. Cap. 19. in divisione quarta. Deniq; noticia complexa quædam concipitur ex oratione imperfecta, ut urbs Roma, Achilles Pelei filius. Quædam cōcipitur ex oratione perfecta, id est, ex propositione, ut Achilles Pelei filius fuit Grecorū fortissimus, ut urbs Roma est caput orbis terrarum, & hanc noticiam perfectam, uocant propositio= Propositio nem mentalem, id est, mente conceptam. mentalis.

SECUNDО, Noticiæ duplex est officium, scilicet iudicare sensu interiore, aut intellectu, & hoc & officium uocatur iudicium. Deinde assentiri uel dissentire ei, & duplex. de quo iudicium factum est, hoc est, credere uel nō credere, rem ita se habere. Hic autem assensus fit bifurcatus, scilicet sine probatione, & cum probatione, duplex. id

C O M M E N T . P H Y S .

id est, cum syllogismo Theorico sine probatione fit quadrifariam, ut pote: cum noticia uel assensus ille se quitur sensum, uocatur quidem Sensus, singularium tantum, ut Hic ignis quem tango est calidus, hec pia etura quam uideo est pulcra. Cum uero sequitur repetitum & ingeminatum sensum ac memoriam, uocatur Experientia catur Experientia, iuxta Aristotelem in fine scilicet posteriorum dicentem: Ex sensu fit Memoria, ex memoria uero eiusdem rei percepte repetita sacerior nascitur experientia: Plures enim memoriae sunt, una experientia. Cum assensus sequitur propositionem, principium Theoricum, uel etiam legis naturae sententiam, uocatur Intelligētia, habitus principiorum theoricorum. Cum deniq; assensus sequitur autoritatem dicentis sine alia probatione, uocatur Fides. Verum alter ille assensus, uel noticia cū probatione fit item bifariam scilicet: cum assensus animi sequitur signa probabilitia, non tamen necessaria, tum uocatur suspicio, uel coniectura: ut Quia tenui uel coniecturam uestitus incedit ille, Ergo pauper est. Secundo, cū animi assensus sequitur præmissas: que sunt triples, scilicet falsæ in materia aut forma, habentes tandem ueri aliquam speciem, præcipue apud imprudentes uel incautos. Harum assensus dicitur Error, iniectus ex paralogismo sophistico. Et sunt probabiles præmissæ uerisimilesq; tantum, non uero necessarie. Harum assensus uocatur Opinio, que est notitia alicuius cum formidine de opposito, nata ex syllogismo

Sensus.

Experien=
tia.

Intelligen=
tia.

Fides.

Suspicio
uel conie=
ctura.

Error.

Opinio.

gismo Dialectico, uel Rhetorico probabili. Et sunt præmissæ necessariæ ac certæ, uel per experientiā, uel per doctrinam, uel per principia. Harum assensus appellatur Scientia, quæ est noticia certa cōclu- Scientia. sionum elicitarū ex præmissis certis. Et hæc probatio uocatur Demonstratio, de qua in libris posteriorum. Itaq; sunt octo species noticiæ, scilicet Sensus, Noticia Experientia, Intelligentia, Fides, Suspicio, Error, species 14. Opinio, & Scientia: quibus superadduntur, Prudentia, Ars, Sapientia. Item Synteresis. Dictamen rationis, & Conscientia. Atq; ita in summa habes 14. noticiæ species, in intellectu ratione q; hominis sitas omnes, præter Sensem, quibus uix plures inuenias.

TER TIO: Hæ noticiæ sunt qualitates cognitio **Habitus** nefungentes in animo, uocatae qualitates animi du- animi alij rables, id est, habitus animi partim innati, ut est innati alij Synteresis, Dictamen rationis, & Conscientia: Par acquisiti. tim acquisiti per doctrinam & usum, ut reliqui de= cē. Tametsi Plato, & eius sectatores ferè hos quoq; Platoni dicant innatos habitus natura, non quod perfecta cur omnes statim Scientia, Prudentia, Ars nascatur cum ani= habitus in= macreata, sed quod animæ creatæ iam mox natura nati. innascitur naturalis potentia uel impotentia, ad hos aliosq; habitus acquirendos. Sicut enim uirtutū ui= Naturalis tiorumq; scintille quedam, sic habituum (ut inquit potentia Cicero) igniculi, natura sunt animis inditi qui dein= quid. de excrescente simul animo & corpore excitantur & in ardescūt à doctrina & usu: Sicut latentes scin= k tillæ.

C O M M E N T . P H Y S .

et illæ è silice eliciuntur ictu ferri ac ueluti sopitus ignis in cineribus, motu & flatu resuscitatur: sic habitus ille potentia per naturam innatus, fit demum habitus actu per doctrinam & usum acquisitus. Ita sane Homero, Euripidi, Ouidio & Virgilio fuit innata quædam naturalis potentia ad poësim, Quod Ouidius de seipso alijsq; Poëtis testatur, dicens.
Est Deus in nobis agitante calescimus illo.

Sedibus æthereis spiritus ille uenit.

Naturalis
potentie
synonyma

Sic Ciceroni innata erat talis potentia ad scientiam oratoriam, sed non ad poësim ita. Atq; has naturales potentias uel hos habitus potentie, eruditi uocat igniculos ingeniorum, impetus animorum natueros, naturalia instrumenta, ingenita adiumenta ad artes & habitus, actuum habilitatem & aptitudinem, ut loquuntur. Sic Homerum dicimus natum et factum ad poësim, Catilinam ad maliciam, Socratem ad constantiam. Apellem ad picturam: In hunc quidem modum ego puto Platonicorum sententiam non ita multum abesse à Peripateticis, sed de hoc in cap. 38. pluram fortassis dicam.

Habitus in
tellectui
secundū
Arist.

Q V A R T O: Ab Aristotele quinq; tantum habitus intellectui numeratur, scilicet duo speculatiui, quorum finis est scire, Intelligentia principiorum, & Scientia conclusionum, duo uero practici, scilicet Prudentia, cuius finis est agere: & Ars, cuius finis est efficere, uel fabricari. Et quintus deniq; habitus, scilicet Sapientia, continens aliorum habituum, immo cuius

cuiuslibet noticiæ non modo doctrinam, uerum eti= Aristote.
 am usum & experientiam. Verum hæc Aristo. par partitio
 titio nihil admodum cum superiore numero noticia quomodo
 rum pugnat, quia numerat habitus acquisitos intel= cum supe=
 lectuos, qui docent nos certius & facilius quid sci= riore noti
 re & facere. Iam uero Syntesis, Dictamen, & Cō ciarum nu
 scientia, sunt habitus innati, non acquisiti, quamuis mero con
 etiam unā cum ætate & experientia quasi increscat ueniat.
 subinde, Sensus uero non est intellectus, sed notitia
 organica: & Experientia est à sensu, Fides est noti
 tiasoli autoritati assentiens, sine probatione. Verū
 Suspicio & Opinio, nihil firmi certiue docet: Error
 autē magis dedocet, quam addocet: quamuis ad ar
 tem & prudentiam s̄epe accedit opinio, sicut etiam
 ad habitus uoluntarios. Non enim omnium, que in
 actionibus politicis, ac in operibus artificum sunt,
 certa ratio reddi potest. Restat itaq; numero quinq;
 habitus acquisiti, in intellectu positi, scilicet Intelli=
 gentia, Scientia, Prudentia, Ars & Sapientia: de
 quibus plura ab Aristot. in sexto Ethicorum, & à
 Commentarijs quere, & quædā etiam supra Cap. 9.
 attigi. Cæterum in uoluntate sunt tantum duo habi= Volunta=
 tus Morales, unus Bonus, scilicet Virtus. Alter ma= tis habi=
 tus, scilicet Vitium, ut mox infra cap. 33. uidebimus. tus duo.

DE PRINCIPIIS NATVRÆ

libus. Caput XXXII.

PRIMO: De uocabulo Principij, quam uarie Principiū
 k 2 signifi=

C O M M E N T . P H Y S .

didacticū significet, supra in primo, Cap. 12. indicauit: ubi uis
quid & dimus principium quoddam didacticum esse, id est,
quotu= cognituum, id quo res primum cognoscuntur, ad
plex.

1 doctrinam uel actionem pertinens. Et huius aliud
esse Incomplexum, quales sunt tituli, & themata

2 simplicia, per naturam uel artem percepta: Aliud
esse Complexum, quales sunt propositiones prime,
& regulæ de sermone, de natura, de moribus. Ad-

De quo huc tamen animaduertere oportet, Principium di-
principio dacticum aliud natura notum esse, ut sunt proposi-
hoc caput tiones uel sententiæ communes de sermone ac natu-
agat. ra, ut sunt leges naturæ de moribus: Et de hoc solo
loquimur in præsenti Capite. Aliud Principiū do-
ctrina notum esse, quales sunt regulæ generales, uel
speciales quoq; professionū, non nisi doctrina, usq;
percepta, ut sunt elementa, & precepta Grammati-
cæ, Dialecticæ, Rhetoricæ, Mathematicæ, Physi-
cæ, Medicinæ, Ethicæ, Iuris Scientiæ. De hoc nihil
dicimus, nisi quod in iam enumeratis artibus multa,
imo & plurima præcepta atq; experimenta oriun-
tur, & sumuntur ex isto altero genere principijs,
quod natura notū uocamus, latissime patens in om-
nibus ferè negotijs ac rebus. Nam ars imitatur na-
turam, quatenus potest, ut supra in libro primo, de
Arte indicauimus, Capite 9.

Principiū SECUNDΟ: Principium natura notum Didac-
tum dida=eticum est triplex, scilicet, Logicum, Physicum, &
eticum i Ethicum. Logicum est, quod pertinet ad sermonem,

ut

ut Literæ, & syllabæ sunt dictionū notæ: & he Di- natura-
ctiones sunt notæ & signa conceptuū in animo, & tum tri-
cognitionum: ut hæc, Verum & falso p̄r̄sumūt plex.
congruū, ut hæc, Quodlibet est uel non est. Item, De
quolibet est affirmatio uel negatio, & de nullo simul
ambæ. Tales sunt regulæ quas uocant Maximas, in
Topica pleræq;. Principiū Physicum est quod per-
tinet ad scientiam naturæ, hoc est Physiologam, ut
ex nihilo nihil fit. Aliiquid fit ex aliquo. Omne gene-
rabile est corruptibile, ut Posita causa, ponitur &
effectus potentia, Patiens ab agente patitur. Et ta-
les innumeræ sententie communes Physicæ eliciun-
tur ex Aristotele, & alijs, qui Physicæ scripserunt.
Et extat libellus quidam, cui titulus est Autoritates
Aristotelis, ubi plurima eiusmodi principia Physi-
calicet inuenire, quæ in hunc locum conferre, non
est consilium. De principio Ethico infra Cap. 34. 3

DE HABITU VOLVNTA-
rio. Caput XXXIII.

PRIMO: Sicut habitus intellectui obiectū est Obiectum
ipsa ueritas aut falsitas rei intelligibilis: Sic habitus in-
habitus uoluntatis obiectū est ipsum bonum uel ma- tellectui
lum, uoluntarium, morale, hoc est, honesta bonaq; & uolun-
opera, quæ rationi moribus & legibus cōsentient, tarij.
atq; obtemperant, & turpia malaq; opera, quæ cū
ratione, & legibus pugnant. Verū habitus uolunta- Habitus
rius est qualitas animi, per consuetudinē & doctri- uoluntatis

C O M M E N T . P H Y S .

qd & quo= nam acquisita, docens & inuitans uoluntatem homi
tuplex. nis, certius ac facilius bene aut male operari in ciui-
libus rebus. Et horum duo sunt tantum, scilicet Vir-
Habituum tus ac Vitium ut dixi. Quorū principia, & igniculi
uoluntatis quidā, tametsi homini natura sint innati, sicut pau-
caus. effi. loante de naturali potentia & habilitate ad acqui-
rendos habitus intellectuos differui, supra Eodem
Cap. 31. Tamen præceptis, doctrina, & usu excitan-
tur, & illucescūt suo tempore: Atq; ista quasi semi-
na uirtutū uitiorumq; nativa uoluntati insita, tan-
dem increscunt consuetudine in bonos aut malos
fructus, hoc est, abeunt in mores durabiles, & con-
firmatos. De quo uide in 5. Ethicorum, de discrimi-
ne actuum & habitū iusticiæ. Vnde & uirtus' ui-
tiumq; appellantur etiam habitus morales, à more.
Mos quid
& unde. Ceterum Mos est solita consuetaq; actio moralis,
& à consuetudine habet nomen sicut enim səpius
Citharam pulsando, aliqua ratione quisquam fit tan-
dē bonus Citharœdus: Ita səpius & frequenter uir-
tuose aut uitiose agens, ille fit demum uirtuosus aut
uitiosus, id est, bonos malosue mores imbibit, quos
nunquam aut difficilime potest dimittere.

Virtus S E C V N D O : Virtus est habitus electius, in
quid. mediocritate, secundum nos consistens certa ratio-
Vitiū quid ne, quemadmodum uir prudens iudicat. Sed Vitium
est habitus electius, in excessu aut defectu consi-
stens, non certa ratione, contra quām uir prudens
possit approbare. In utraq; definitione genus Habi-
tus

tus electiuus idem est, quem uoluntariū appellamus: Habitū e= boc est, talem qui à Libero arbitrio & consilio ho= lectiuus minis dependeat, ut ne quis causari queat iure, ho= quid. minem inuitum esse malum aut bonum, ut infra cap.

35. Sed definitionis utriusq; reliquam expositionem uide in Commentarijs in secundum Ethicorū: Quia de habitu uoluntario hæc in præsens sufficiunt. Species Virtutis et cies enim uirtutis circiter duodecim: & species uitij speci= tij, hoc est defectus, atq; excessus item duodecim, in es. tertio, atq; alijs libris Ethicorum enumerantur ac definiuntur, sicut à Cicerone in officijs.

DE PRINCIPIIS MORA= libus. Caput XXXIII.

PRIMO: Ethicum principium uel morale est, Principiū quod pertinet ad scientiam, & ad actionem moralem, ciuiliter bonam aut malam: Vel principiū quid. principiū morale est noticia, cōmunisq; sententia ex lege naturæ petitæ, animoq; hominis insita. Sic & Ci= cero dicit alioubi, quod sint in animo paruæ quædā noticiæ rerum maximarum, quas cum sequitur uo= luntas in agendo, recte agit. Atq; hæ noticiæ sunt prorsum leges naturæ, & communia principia de moribus, perpetua & immutabilia. Semper enim ratio & cōscientia iudicat huiusmodi sententias esse ueras atq; certas, quales sententiae sunt decem præcepta Decalogi. Item præcepta Hesiodi in primo. Item sententiae Theognidis, & Phocylidis, dicit a sa=

C O M M E N T . P H Y S .

pientum, & philosophorum, disticha Catonis.

Non quæli SECUNDO: Cauere oportet, ne sine discrimi-
bet cuius= ne quamlibet Ethnici cuiusvis sententiam statim pu-
uis senten= temus esse legem naturæ, et principium morale, cui
tia est prin parere oporteat, & cui obediatur recte ac tuto. Nā
cipium mo præpus affectus hominis aliquando somniat sibi, &
rake.

finxit præpas quoq; sententias quasdam ex uitiosissi-
mo affectu Q̄lāvtriac, aut uoluptatis natas.
quales si quis sequatur, ille ualde errat & contrana-
turam & rationem. Cuiusmodi hæc est Catonis,
Semper tibi proximus esto. Item

Qui simulat uerbis nec corde est fidus amicus:

Tu quoque fac simile, sic ars deluditur arte. Item

Da aliquid & accipe aliquid:

Quid o= stendat principia. Et si quæ similes inueniuntur. Verum hæc moralia,
atq; illa naturalia principia pleraq; ostendit lumen
naturale dictaminis, & synteresis, supra eodem ca.
27. partim autores & philosophi tradunt, partim
sensus, experientia, ususq; docet, & longe clariora
redit, ut de his Aristoteles in primo Ethicoru cap.
7. admonet. Et ex huiusmodi principijs pleriq; na-
scuntur syllogismi illi practici. De quibus supra 29.
ostendimus.

D E L I B E R O A R B I T R I O .

Caput XXXV.

An & in quibus re-

PRIMO: Plurima est controuersia inter do-
ctos, utrum in homine sit Liberum Arbitriū,

an non

an non: & quatenus sit libera uoluntas hominis, aut bus sit libe
coacta. Cum uero de libertate arbitrij aut uoluntatis rū arbitr.
humanæ disputatur, quo ad res fatales atq; diuinæ,
consulere debemus nō tam Ethnicoꝝ quam Ecclesia=
sticoꝝ scriptores: & sequi non tam rationis humanæ
captum & iudicium, quam sacræ scripturæ autorita=
tem infallibilē, ut ab Erasmo ac Luthero in dispu=
tatione de Libero Arbitrio clare differitur in utrā=que partem, & à D. Augustino, atq; à Laurentio
Valla in libro de Libero Arbitrio. Quando uero de
libertate arbitriij in rebus ciuilibus ac humanis que=ritur, ibi recte consulimus & rationis iudicium, &
Ethnicoꝝ autores, præcipue philosophos: qui tamen
& ipsi ambiguo tractarunt hanc materiam. Et in
summa constat esse in homine liberum arbitrium in
rebus non fatalibus, non naturalibus, non fortuitis:
sed in rebus artificialibus, moralibus ac uoluntarijs
Alioqui .n. superuacua essent consilia, deliberatio=nes, præcepta, leges, ad monitiones, ueniæ, præmia,
pœna, ut eruditus Aristoteles in tertio Ethicorum pro=bat, cuius loci Commentarios quoque consule. Præ=terea nisi liberum esset homini arbitrium, nihil ad=modum differret ab equo & mulo, et ab alijs bestijs:
quibus ut non est intellectus, ita neq; electio, neq; li=berum, sed coactum iudicium, nedum liberum arbi=trium.

Quare ne
cessario sit
liberum ar
bitrium in
rebus uon
luntarijs.

SEC V N D O: Liberum arbitriū ferè est quam Liberū ar=
bitriū ipſi Aristoteles, nostri electionem uocant. bitriū qd.

k 5 Etenim

C O M M E N T . P H Y S .

Obiectum
liberi arbitrij.

In libero
arbitrio
duæ uires
animi re=
quiruntur.

Finis libe=

Etenim Liberum arbitriū est uis uoluntatis humanae eligens bonum quid præ alijs, et respuens malum quid præ alijs, quod effectu uel præstare, uel fugere per se potest. Sic ergo obiectum liberi arbitrij est, non simpliciter bonum aut malum, sed bonum melius ac commodius, aut malum peius ac incommodeus intollerabiliusue: cuius quidem non solum eligiendi, sed etiam præstandi efficiendiq; aut fugiendi facultatem habeat homo, ratioq; et uoluntas hominis sit eius operis efficiens causa, non fatum, non natura, non fortuna. Excludimus ergo à libero arbitrio res fatales, naturales, et fortuitas, neq; hic tantum morale bonum ut honestum, aut morale malū ut turpe intelligas: sed qualemque bonū aut malum, reuera, aut specie solummodo tale. Itaq; duæ uires animi requiruntur in libero arbitrio, quarum una est à ratione, scilicet deliberatio, facta et adiuta per noticiam obiecti: quia nihil cupitum, nisi cognitum. Altera uero est à uoluntate, scilicet electio libera, quæ non coacta sed sponte hoc elit, tanquam cōmodius, et opere præstat: illud uero spernit tanta quam incōmodius, et effectu fugit ac deuitat. Sicut ergo ratio coniungitur et confertur intellectui, supra Eodem Cap. 23. ita hic liberum arbitrium uoluntati coniungitur et comparatur.

TER TIO: Finis liberi arbitrij est reddere ho-
ri arbitrij. minem uirtuosum, et commendabilem, eum scili-
cet, cuius uoluntas bona eligit et efficit bona, fugit
autem

autem mala: & contra reddere hominem uitiosum
 & criminosum, eum scilicet, cuius mala uoluntas
 contumaciter eligit mala, & peccata committit,
 declinat autem à bono. Sic ergo sibi expensum ferat
 homo quod malus est. Etenim sibi ipsi causa mali is Homos-
 est, falsoq; incusatur Deus, aut fatum, aut fortuna: biipsi est
 quod etiam apud Homerum in primo Odissee Deus causa ma-
 ille grauiter fert dicens. li.

O facinus, mortale genus numina falso
 Incusat, causamq; putat fontemq; malorum,
 Quæ ueniunt: sua sed pereunt ob facta nefanda,
 Quū præter fatum sibi sponte incomoda querant.
 Reliqua de his rebus ab Ethica Philosophia petere
 oportet, ut ab Aristotele in tertio Ethicoru, à Boetio in
 consolationibus, à Gregorio Niseno in 7. libro.

DE RE VOLUNTARIA.

Caput XXXVI.

PRIMO, Obiectum liberi arbitrij, ut dixi ante. Res uolun-
 te, Res uoluntaria est res quælibet, bona, mala taria que-
 la, aut media, cuius non solum eligendæ, sed etiam
 potiundæ fugiendæq; facultas est penes hominem.
 Vel Res uoluntaria est, res neq; fatalis, neq; natura-
 lis, neq; fortuita, neq; homini factu impossibilis, ut
 soluere creditum, mouere pedem, loqui, canere, &
 similes actus sunt res uoluntarie, tametsi enim plus
 rium actuum potentie & habilitates (ut propria
 hominis quarto modo) sint naturales, tamen poten-
 tiarum

C O M M E N T . P H Y S .

rei uolun- tiarum actus sunt uoluntarij in homine, ut homo,
tarie. quamuis à natura habet potentiam loquendi, numerandi, ratiocinandi, bene aut male operandi: tamen actus ipsi, ut locutio, numeratio, operatio, opus, sunt à uoluntate. Cuius autem actus impotentia & inhabilitas naturalis inest homini, idem actus nullo modo est res uoluntaria, ut quoniam homo natura-
liter inhabilis est ad uolandum, ideoq; uolatus non est homini res uoluntaria. Ceterum ex supra dictis probe discernere oportet res fatales, supra in pri-
mo, Cap. 5. res naturales, supra in 1. Cap. 7. res for-
tuitas, supra in 1. Cap. 26. res artificiales, quæ ples-
ræq; sunt uoluntarie, supra in 1. Cap. 10.

Species SECUNDΟ: Hominis respectu pleraq; sunt in
seu dif- 1 uoluntaria, ut à fato, à natura, à fortuna prouenientia: Sicut & ea quæ aliqui uoluntaria, tamen ui-
ferentiae actionum coactus aut errore, culpa, ignorantiae homo la-
actionum psus facit. De quibus & Iureconsulti disputant, in
humanae- Titul. de iuris & facti ignorantia, in Digestis, &
rum. 2 Codice. Quædam sunt Volūtaria, in quibus noticia & cognitio rationis non fallit agentem, ac uoluntas eligit & imperat actionem, & non impeditur actio: ut cum eligit & imperat sobrietatem, forti-
3 tudinem, otium, ignauiam. Quædam Mixta sunt, quæ partim necessitate & ui, partim uoluntate fi-
unt: ut si quis metu tormenti fatetur delictum. Et huiusmodi habentur pro uoluntarijs, qualia sunt etiam propemodum, quæ natura quoq; agente faci-
mus,

mus, aut omittimus, nisi perire malumus: ut edere, bibere, dormire, ut in tertio Ethicorum Cap. 1. & 2. & in eius loci Commentarijs.

DECASIS VOLUNTAT.

rijs. Caput XXXVII.

PRIMO: Quæ sint causæ uoluntarie efficiens. Causæ uoluntatis, dixi supra Eodem, Cap. 35. nempe ratio luntaria & uoluntas, tanquam duæ primariae uires hominis. Ratio quidem cognitionem rei uoluntarie efficit. Ratio ciendæ aut fugiendæ tenens, & noticiæ: Nam ignorantia nulla cupido est. Voluntas uero, deliberate elicit. Voluntas. gens atq; imperans efficere aut deuitare uoluntariam rem, cognitam & dijudicatam à ratione. Et bona quidem pars est probitatis, ex animo uelle probū esse, sicut, & bona pars est doctrinæ, ex animo uelle doctrinæ esse. Atq; hæc quidem procedunt in rebus politicis, uerum in rebus fatalibus & diuinis, præcipie aut impie quæ ad pietatem attinent, causa efficiens & impie fiunt perans aliquid pie fieri, est Spiritus sanctus, uel causa efficiens. Atq; fieri suadens, est partim praua hominis uoluntas, deprauata peccato originis, & mala consuetudine, Partim mali genij, & diaboli impetus atq; uis, rapientis & præcipitantis miserum ac flagitosum hominem in nefandissima quæq; ut ne suavit quidem, possit præstare politicam illam probitatem. Ut patet de Medea, exurente suum mariatum Iasonem, & interimente liberos suos, ut de Atreo,

C O M M E N T . P H Y S .

Atreo, de Oreste, deq; alijs apud Poëtas et Historiæ
Voluntas cōs, sacros et prophanos. In rebus fortuitis quan-
tis cū for= dog; adiuuat Voluntas hominis Fortunā, iuxta illud.
tuna et ar Cuiq; fortunam fingunt mores sui.

te affini= Et in naturalibus quoque efficiendissæpiissime Ars
tas. et Consilium hominis multum adiuuat Naturam.

Nam Ars imitatur Naturam, quatenus potest, ut
dictum est supraining. Cap. 24. et Cap. 6. et Cap. 9.
ubi exemplum posui de frugibus et arboribus in
hortis colendis.

SECUNDO: Sunt præterea pluraquidem ad-
iumenta, quæ adiuuat hominis rationem, et uolun-
tatem liberam, quo facilius aut bona aut mala eli-
Consuetu= gat, et præstet, utpote Consuetudo, altera prope-
do. modum natura. Nam

Vsq; adeo à teneris annis assuescere multum est.
Doctrina Item Doctrina, et Disciplina, Plurimum enim te-
et disci= ste Aristotele refert, statim ab adolescentia sic aut
plina. sic quempiam esse institutum. Atq; utinam (inquit
Fabius in 1. Cap. 3.) liberorum nostrorum mores non
ipsi perderemus, cum infantiam statim delitijs sol-
uimus, mollis illa educatio, quam indulgentiam uo-
camus, neruos omnes, et mentis et corporis fran-
git: fit ex his consuetudo, deinde natura. Discunt h.ec
miseri, antequam sciant uitia esse. Ethactenus qui-
dem de uiribus, et operationibus animæ humanae
rationalis dixisse satis esto. Restat ut de ortu, di-
gnitate, et immortalitate eius pauca dicam: quibus
peractis

peractis huic materiae tandem finis erit.

DE ORIGINE ANIMAE.

Caput XXXVIII.

PRIMO: lucunda quidem est quæstio, sed mi-
re anceps de origine animæ, ac modo ortus
eius. Cum enim sane constet eam infusam esse huma-
no corpori, & inspiratam à Deo, sicut & uel idem
Deus, uel natura infundit reliquis animatis corpo-
ribus suam animā, ut bestijs sensitivam, plantis au-
tem vegetatiuam cū uiribus suis. Tamen unde ueni-
ant, quando, quomodoque ingrediantur animæ in
corpora animata, dubium est Philosophis, & Ec-
clesiasticis.

SECUNDО: Erat mihi quidē in animo recen- platonico
sere hic Platonis eiusq; sectatorum opinionem, de rum opa-
ortu animæ, & de descensu eius inhumanū corpus nio de ortu
cœlo. Quomodo scilicet anima in cœlo nata, ex animæ e-
particula diuinæ naturæ, ibidem uarijs noticijs, & iusq; in-
habitibus quoque ac uirtutibus instructa, & quasi gressu in
Pandora quædā donata à Deo, à dæmonijs, à stellis, corpora.
à sideribus in suum hominis corpus delabatur, tan-
quam in sordidum contagiosumq; carcerem, cuius
contagio prauas affectiones tanquam sordes hau-
riat, ita ut cœlestium donorum ac uirtutum plane
obliuiscatur, neq; illis uti queat, nisi denuo excola-
tur doctrina, & tanquam illato quodam lumine in
tenebricosum carcerem illustretur, & recreetur:
unde

C O M M E N T . P H Y S .

unde est uulgare illud dictū : Scire nostrum esse antiquorum reminisci, quia doctrina, cœlestes illas ingenij scintillas, & particulas diuini ignis illius prope extinctas, resuscitet & in ardescere faciat, ut & hec supra Eod. cap. 15. de appetitu, & Cap. 31. & 33. de habitibus dixi. Verū cum ista breuiter nequeat explicari, ne sim prolixior remittere libet ad Macrobius in 1. cap. 9. & 12. Somnij, & ad Virgilij sextum librum eiusq; Commentarios, & ad alios Platonicos supra modum prolixè hæc tractantes, quos in hac parte Origenes quoq; , & nonnulli ex Græcis Theologis sequuntur. Vide & Epistolam D. August. de Origine animæ ad Hieronymum.

Pythagoræ metemphysis significet. T E R T I O , Quod longe ante Platōne Pythagoræ metemphysis commentus est, teste Ouidio in principio 15. **Τύχωνις** Metamorphoseos, & Laertio in vita Pythagora, & **παλιγνυγείν** & Luciano in gallo, de Metempfysosi, & Palingenesia, hoc est, de regeneratione, & transmigratione animæ ex uno corpore Plantæ aut animalis in aliud corpus uel humanū uel animale uel uegetabile, Crediderim ego ad mores, & ad affectiones habitusq; animæ subinde mutabiles ac uariabiles pertinere. Prout. n. homo affectus aut moratus est uarie: **Corporū metamorphosis qd signifi.** Ita lupum, ursum, leonem, bouem, canem, ouem, culum, uulturem, formicam, hominem, militem, mulierem, rusticum, nobilem, ciuem agit, pro conditio- nū uarietate. Sicut & Metamorphosis transformatioq; illa corporum in alienas formas apud Ouidia

um, pleraq; resertur ad mores atq; affectus.

QUARTO: Tertullianus & Auicenna alijq; Tertullia nonnulli opinantur, sicut corpus ex corpore per se= ni & Auicenna genitabile nascatur, ita animam quoq; ex anima cennare de manisci, & tanquam ex traduce propagari, sicut ortu anima una lucerna incenditur ab alia. Hac autem causa me opinonis sunt, quod peccatum originis sit gentilitium, nio. et quasi propagatum ab Adamo in omnes inde suase= rie homines, idq; euenire non uitio corporis, ut Pla= tonici comminiscuntur, peccatum ex corpore trans= fundi in animam, sed falso, ut enim habitus intelle= ctui non sunt in corpore, sed in ipsa anima: sic ex habitus uoluntarij uirtutesq; & uitia non sunt in corpore, sed in anima, tametsi corporis instrumen= ta & adiumenta quedam accedunt ad alios habitus acquirendos. Prouenit ergo peccatum uitio anime.

QVINTO: D. Augustinus & Hieronymus, quos pleriq; Ecclesiastici sequuntur, censem animam D. Augus= rationalem neq; ex ulla diuina aut humana particuli stini & lauel traduce propagari & nasci, sed ex merenti Hierony= bilo creari a Deo in eodem momento, quo embryo, mi de ortu hoc est foetus hominis iam fuerit perfectus, & cor= animae hu= pus humanum in utero matris sit absolutum sua for= manae op= ma, partibusq; & membris corporeis, plus minus= nio. ue, sexto mense post conceptum, & sic creatam ani= mam mox infundi humano suo corpori, quod ei de= stinatur tanquam hospitium & habitaculum, quo=

C O M M E N T . P H Y S .

adinde rursum post mortem corporis ipsa immortalis emigret . Atq; ita anima dum creatur , statim infunditur corpori suo . Ita ferè D. Augustinus in libro de Ecclesiasticis dogmatis docet . Sed anima uegetativa et sensitiva in plantis , et sensitiva in brutis animalibus et sensib; reuera propagatur ex semine plantæ aut bruti , tanquam extraduce , et ita succrescit ea cū suo uegetabili aut sensitivo corpore , et unā cum eodem hoc corpore corrumpitur , ac in nihilum evanescit .

A n i m a e m S E X T O : De embryone , hoc est , de foetu hominis bryonis se nis imperfecto ante sextū mensē in utero , diuerse cundū sentiunt Medici atq; Ecclesiastici . Nam illi dicunt Medicos . ferè embryonem non sua anima uegetatiua et sensitiva , sed à matris suæ anima uegetari et sentire . Sicut carcinoma aliudue ulcus adh̄erens corpori crescit et sentit non sua , sed corporis anima , ut sua Anima em pr̄ in libro 3. cap. 35. dixi . Verum Ecclesiastici cōbryonis se trasentiunt , embryonem primo uegetari anima uecundū Ec= getatiua sua et propria post conceptum , usq; ad clesiastic. 70. diem ut minimum , uel ad 100. diem ad summū . Inde uero post 70. uel 100. diem à conceptu , embryonem sentire sua propriaq; anima sensitiva , usq; in sextum circiter mensē , quo mense demum circiter anima rationalis creata ad imaginem Dei corpori humano infunditur . Et hæc quidem de origine animæ ferè dicuntur .

DE

DE NOBILITATE ANIMAE.

Caput XXXIX.

PRÆCLARIUS nihil de animæ excellentia & no= Animæ ex bilitate dicere possum, quam Cicero in prima cellentia. Tuscul. & in 2. de Natura Deorū, & post Platonis præsertim, qui in encomijs animæ sunt immodi ci, & nimis magnifici ostentatores, quorū ampullæ uerborū plerosq; etiam ex Ecclesiasticis Grecis & Latinis seduxere, ut in hac parte tractanda plus aequo Rhetoricentur. Clara etiā satis est animæ nobilitas ex supra enumeratis hoc libro uirtutibus & potentijs animæ. Ut in Catalogum quasi ante dicta congeram, libet hic breuiter recensere in genere omnes animæ uires, ut à Platonicis & Peripateticis digeruntur, ut supra eodem Cap. 3. Nam in uniuersitate Animæ sum quatenus obseruauit numero sedenario uirtutes uirtutes animæ continentur, quarum alia ferè aliam excellit & dignitate præstat.

P R I M A: ergo & infima uirtus animæ est φυ= τικὸν Vis Vegetatiua, quæ animæ infundi dicitur à Luna, supra eodem cap. 5.

S E C V N D A: est αἰθητικὸν Vis Sensitiua ex= terior, supra eodem cap. 6. & 7.

T E R T I A: φυτασικὸν Vis Cogitatiua, sensus interior, supra eod. ca. 9. Et his duas uirtutes habere dicitur anima ab influentia Solis. Atq; ab his duabus, oritur quasi Vis Cognitiua, Nam Sensus est

C O M M E N T . P H Y S .

primus noticiae gradus, ut supra eodem Cap. 31. ut etiam in prologo Metaphysicæ Arist. indicat.

Q VARTA: ἐπιθυμίτικὸν Vis Concupisibilis, uel Voluntas à Veneris fidere, supra eodem Cap. 15.

Q VINTA: θυμικὸν Vis Irascibilis uel Animositas à Marte, supra eodem cap. 15.

SEXTA κινητικὸν Vis Progressiva loco, supra eodem cap. 16.

SEPTIMA: πνοητικὸν uel πνευματικὸν Vis Spiritualis, quam Medici etiam ζωητικὸν Vitalem nominant, supra eodem cap. 16. Et has duas uires habet anima item à Sole, quia Sensitui proprium est moueri & spirare.

OCTAVA: λογικὸν quod & λογιστικὸν Vis Rationalis, sic in genere uocata, cuius sequentes sunt species, aliæq; uires soli homini tributæ, supra eodem cap. 18. & 19.

NONA: ἔρμηντικὸν Vis Enunciatiua per uerba & orationem, explicans animi cōceptum in complexum uel complexum, supra eodem cap. 19. in diuisione quarta. Ut enim Aristoteles inquit in principio περὶ ἔρμηντας, ea quæ in uoce consistunt (id est, uocabula) signa sunt affectuum & conceptuum, qui in anima sunt, sicut ea quæ scribuntur i. literæ & syllabæ, signa sunt eorum, quæ in uoce consistunt, (id est uocabulorum) Atq; ut non eadem

dem sunt apud omnes gentes literæ: sic neq; voca= bula omnibus hominibus sunt eadem. Affectus autē & conceptus, qui uocabulis significantur apud ho= mines, sunt in animos inscripti. Etenim Conceptus, est idolum & species quædam, à re intelligibili in animum influxa & defixa, supra eodem cap. 20. & 21. sicut autē res sua substantia eodem sunt apud omnes gentes. Ita & conceptus rerum ijdem sunt in animis hominum omnium. Atq; hanc uim enuncia= tiuam à Mercurio habet anima.

D E C I M A : πραγμάτων Vis Actuosa à Ioue, qua homo sua sponte & arbitrio, suo consilio & certa ratione exercet, effectuq; præstat per artem & prudentiam, perq; sapientiam ea, quorum habet noticiam & habitum. Non enim satis est tenere o= tiosam theoricam; nisi & effectu comprobès eam, actiue noticiæ certa experimenta exemplaq; adas, supra eodem cap. 29. et 35. ubi duas uires dixi in li= bero arbitrio esse, scilicet electionem & actionem, id est praxim.

V N D E C I M A : θεωρήσιμων Vis Speculativa, quod & ἐπισκόπουνός, id est, Vis Cognitiva dici= tur à Saturno planeta melancholico infusa animæ, hæc est qua homo præditus est intelligentia, scien= tia, item sapientia, continetq; habitus intellecti= uos, supra eodem, cap. 35. & noticias, uel principia applicanda ad usum, atq; praxim, quam hæc omni=

COMMENT. PHYS.

no præcedit necessario. Quia praxis sine Theorica,
non est certa neq; solida , ut Aristoteles in prologo
Metaphysicæ differit.

DODECIMA: πολιτικὴ Vis aut Virtus
politica, quahomo prudens & sapiens multa doctri-
na,usu, experientiaq; edocitus et probatus, prauoq;
appetitui suo moderatus, præstat opere ac certara-
tione probitatem illam politicam, non priuatim mo-
do , sed & publice, Atq; harum uirtutum primariae
sunt Prudentia, Iusticia, Fortitudo, Temperantia,
& aliarum catalogus est apud Macrobius in i.ca.
8. Somnij. Quas quidem uirtutes politicas habent
& exercent recte & non ociose hi qui uocantur ci-
uilter boni ac probi,

Quiq; sui memores alios fecere merendo.

Qualem uirum politicum Homerus in suo Ulysse,
Virgilius in suo Aenea, Xenophon in suo Cyro, Ea-
rasmus in suo Principe depingit . Qualem Aristote-
les, in Ethicis ac Politicis describit. Verum Politica
uirtus est, quæ pertinet ad ciuilem & sociabilem ui-
tam inter homines honestam . Huius sunt species se-
ptem, scilicet μοναρχίη. Virtus hominis priuati. ὀλ-
ιγομορφίη, Patris familias. νομιμή, Iure consulti &
consiliarij. στρατιωτική Militis & ducis. αρχική
Magistratus. ἑραρχίη sacerdotis. κρεβατί Magni
principis uirtus : quales sunt artibus pacis ac sci-
entia militari insigniter prædicti , non meri homines
sed

Virtutes
politicae
primariae.

Politica
uirtus qd
eiusq; spe-
cies.

Sed quasi semidei. Quales erant Minos, Hercules, Theseus, Achilles. Atque alij apud Poëtas & Historicos Græcorum atq; Latinorū. Atq; hæ duodecim uires aut virtutes animæ rationalis sunt ueræ, & nō commenticæ aut imaginariæ tantum. Quarum priores tamen septem homini sunt cum bestijs communæ, nisi quod homo rationis compos, uoluntati & animositati rectius moderari potest, ijsq; utitur ali quantum libero arbitrio & consilio, si modo sequatur rationem & naturam bonam, non uitiosam consuetudinem, supra eodem cap. 30. Restant quatuor genera Virtutum, quæ Platonicis sunt commenti, ut Macrobius testatur in 1. ca. 8. Somnij ad imitationem, ut mihi uidetur, Christianismi male intellecti. Nam constat sane ex veterum scriptis quosdam Philosophos prophanos quoq; audire solitos Christianorū conciones Ecclesiasticas, nō quidem descendis et cœlumniandi gratia, aut etiam propter curiositatem sicut in Actis Apostolorū scribitur, D. Paulum Cœcionantem ab Epicureis & Stoicis auditum et cœlumnia contumeliaq; affectum. Sice & Origenes scribitur audisse Platinus uerbosissimus Platonicorum Et Porphyrius quoq; Apostata fuit Christiane se= Cœtempliæ. Isti ergo affingunt quadruplex hoc genus uirtutum, tuua uita. quas otiosas & contempliuas uocant, quasi pertinentes ad cœtempliuam uitam, de qua in 1. Ethicorum cap. 4. Et à Theologastris plura scribuntur.

Virtutes
cœtempliæ
tuue Plato
nicorum.

C O M M E N T . P H Y S .

DECIMA TERTIA : Ergo istis Platonici\$ Virtus est quam ναθαρτική uocant, id est purgatiuam, quod animus suis uiribus per eam purgetur à contagio mundi, & humanorum non modo uitiorum, sed & aliorum negotiorum prophano- rum, soliq; se diuinarum rerum contemplationi de- dat; atq; adeò affectus humanos omnes exuat, tale quid & nunc Anabaptistæ somniant. Vocant autem Platonici hanc purgationem mortem anime secundam à uitijs, quia prima mors anime secun- dum eos est, cum de cœlo descendit anima in corpus humanum, atq; in id coniicitur tanquam in carce- rem, ac quasi sepelitur uitijs, supra eodem, capite proximo, atq; hanc effinxerunt ad imitationē mor- tificationis eius, cuius est in sacris literis mentio.

DECIMA Q VAR TA : Virtus uocatur ab istis ναθαρπα, id est pura uel purificata, hoc est ea quam animus purgatus ac defecatus ab omnibus af- fectibus exerceat, qualia sacræ literæ uocant bona opera, ex fide facta.

DECIMA Q VINTA : Virtus est uontus, id est exemplaris uirtus in Dei mente, qui Deus om- nium rerum sensibilium ac intelligibilium, ideas concipit & cognoscit, hanc uirtutem ille in homi- nis purgatum & purificatum animum cœlitus de- mittit: quam Platinus proculdubio comminiscitur ex stulta quadam & prophana imatatione sacra

scriptura

Animæ
mors pri-
ma & se-
cunda iu-
xta Plato-
nic.

scripturæ loquentis de spiritu sancto eiusq; gratia,
quæ quidem iustificatis & uere pijs infunditur. Sed
ab homine æthnico prorsum nequit ne umbra qui-
dem eius deprehendi.

D E C I M A S E X T A : Virtus est Deoq; iuuñ,
diuina uirtus & à philosophis maxima summaq;
uocata, uis faciendi miracula & diuina quasi ope-
raedendi, ut dicunt Apollonii Tyraneum miracu-
la edidisse, & alios nonnullos prophanos homines.
Hanc etiam à Christiana religione suffurantur isti,
quia uana & stulta gentilitas sibi quoq; impie ar-
rogauit miracula, ut Magi in Exodo certantes cum
Mose, quasi uerò edcre miracula maius aliquid sit,
quam Iusticia Christiana, cum & impij quoq; le-
gantur in sacris literis multa miracula facere. Hæc **D e theolo**
P l a t o n i c o r u m u a n a somnia recensui ob id tantum, **gia** Plato=
ut haberemus ferè summam Platonicæ theologie nica quid
quam uocant, & ostenderem quam fide dignis scili= sentiendū.
cet, & iustis de causis quidam uaniloqui persuasi:
Platonicam philosophiam ausint comparare Chri-
stianismo, cum reuera simiarum animi ac mores
corporaq;, sint hominibus similiores, quam hæ qua=
druplices Platonicorum uirtutes commenticie, ali=
quantillam Christianismi ueri exprimant umbram.
Sentiendum ergo est nullas in homine esse uirtutes
supra politicas, neq; nobiliores ulla in hominis ar=
bitrio sitas, atq; abunde nobilitati sue satisfacere

C O M M E N T . P H Y S .

eum animū, qui non ociose nec imprudenter ciuilem
probitatem illam publice priuatimq; præstiterit. In
Summum bonum hominis politici summum bo-
nus summaq; fœlicitas est posita. Hanc consecutus
uitutem uir ciuiliter bonus ac sapiens, sentiat se si-
nem metamq; suam pertigisse, ut recte Cicero in 5.

Tuscul. differit ex in lib. de finibus bonorum desi-
nit. Nam quæ ad uerè Christianas uirtutes, ad fidem
iusticiamq; pertinent, nō ex ulla philosophia quan-
tacunq;, sed tantum à sacris literis sunt petenda.
Christia-
nismus un-
de cognoscendus.

D E I M M O R T A L I T A T E animæ. Caput XL.

Philoso-
phorum
de immor-
talitate a-
nimæ di-
sputatio.

Q Vamuis Plato in Phædone atq; alibi, &
post eum Platonici multis argumentis im-
mortalitatem animæ rationalis conentur probare,
cuius disputationis summam complectitur Cicero
in 1. Tuscul. & in Catone alijsq; locis, & Macrob.
in 2. Somnij, cap. 12. in finem usq; circiter eius libri,
recensens Aristotelis argumenta contra Platonem
De immor & eorum refutationem: Tamen humana ratio per-
talitate a se ne illis quidem argumentis, nec ullis alijs sibi pro-
nimæ soli bare potest, & persuadere, ut certo credat immor-
uerbo Dei talem esse animam humanam. Sacris ergo literis hic
credendū. potius inniti oportet & diuinæ autoritati, quam ra-
tioni, aut Ethnicorum probationibus. Epicurei ue-
atq; impij ro & bona hodieq; pars hominum de anima non
aliter

ulter definiūt, quam illi impij in libro Sapientiæ ca. de animæ z. dixerunt, cogitantes apud se non recte. Exiguum immorta= & cum tædio est tempus uitæ nostræ, & non est re= litate quid frigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit sentiant. reuersus ab inferis. Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus. Quoniam sumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scin= tillæ ad commouendum cor nostrum. Quia extin= etus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffunde= tur tanquam mollis aér, & transibit uita nostra tanquam uestigium nubis, & sicut, nebula dissolui= tur quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius ag= grauata, Venite, ergo & fruamur bonis quæ sunt, nemo nostrum exors sit læticæ, & nemo esto sobri= us neq; frugi, ubiq; relinquamus signa læticæ. Quo niam hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra. Hæc impij dicunt hodieq; ex animo, ut ait ille, quis= quis fuit, Ede, bibe, lude, post mortem nulla uolu= ptas, neq; ullus sensus.

Quia & ex Aristotelis uerbis nequit probari ani= Ex Arist. mæ immortalitas. Nam quod in 3. de anima dicit. In nequit pro= tellectum esse perpetuum, æternum, separabilemq; bari ani= non ad animæ substantiam referri debet, quod sit im= mæ immortalis: sed ad naturam, & agilitatem ipsius in= talitas. tellectus agentis, cuius naturale lumen est perpetu= um, & sibi semper constat, quam diu uiuit, & sep= rabilis est non quidem à corpore intellectus ipse, sed non

C O M M E N T . P H Y S .

non est alligatus certis conceptibus, & cuilibet rei intelligibili concipiendæ sufficit. Soli ergo Christiani & p̄ij certam immortalitatis animæ resurrectionisq; & uitæ æternæ spem habent. Hæc quidem erant que de animæ natura atq; officijs notati & obseruatu digna existimauit, ideoq; sine ambagibus opinionum, quam potuifide liter exposui, quamuis prolixius. Verum hanc uerbositas tem cōmoditas huius materiæ facile compenſat.

FINIS LIBRI Q V A R-
ti de Anima.

PERORATIO HV=
IVS COMMENTA=
rij Physices.



D FINE M huius Commentarij,
uidebātur mihi studiosi iuvenes ad
monendi, ut Physicam professionē Cure &
magnifacerent ac minime neglige quando
rent, post elementa dicendi perce- discenda
pta & usu aliquo comprobata. Verū qui sibi suisq; physica.
studijs bene uolunt, sua sponte feruntur ad optimā
quæq; & necessaria perdiscenda, Ignari aut̄ sui fi-
nis, quem certum in discendo sibi propositum uident
nullum, & propria alioqui segnitie miseri, non fa-
cile admonitionē ullam admittunt. Ideoq; non ut ar-
bic ambitiosis encomijs, qualia iā s̄epe à doctissimis
publice pronunciari audiuimus. Quid enim isti per
suadeas ulla ratione, ut de scientia rerū naturalium
honeste sentiat, quem huius artis honestas publica
priuataq; non allicit, neq; etiam pertrahit, ut ultro
se huic dedat, quæ à maximis quibusq; & doctissi-
mis semper est amata & religiose culta, in hanc
usq; etatem. Constat enim Mathematicæ & Physi- Professio
ne professionem longe omniū antiquissimam esse, & Physicæ
quamuis primum à Thalete Milesio in Ionia & à Mathe
Pythagora in Italia inuentā & Græcis hominibus maticæ an
traditam Laertius in utriusq; uita scribit & alijs, tiquissima.
tanen

tamen multis ante seculis apud Aegyptios aliosq; orientales populos floruisse eam, cum ex veterib; storijs ac monumentis, tum etiā ē multis locis sacrae scripturæ certo appareret. Nam Moses in Gene. ca. 1. & 2. describens, non quidem physicæ, Mundi ac omnium creaturarū originem, tamen aperte significat uires & motus quosdā perpetuos naturalesq; uicissitudines inditas esse creaturis & corporibus, quorum omnis natura ab opificis Dei & dispositio- ne creatoris defluxerit, & in hunc usq; diem deriuat sit, ut supraining 1. cap. 3. & 6. ostendi, Quin & D. Paulus ad Romanos 1. cap. Deum testatur cognosci per cōtemplationem creaturarū. At quid aliud est Physica, quam creaturarum & rerum naturalium scientia quatenus hæ sunt motui ac mutationibus obnoxiae, certisq; principijs, causis, & effectis cōstant. Quod si Deus naturæ omnis autor, per noticiā creaturarum suarum, tanquam ab effectis suis cognoscitur, ut D. Paulus inquit & Cicero in libris de Na- tura Deorū, præcipue in 2. tertioq; probat. In iuste ergo ne dicam & impie, faciunt isti qui hanc philo- sophiæ nobilem partem nihilq; pendunt uel negli- gunt. Sine qua in sacrī literis quoq; multa non affe- quentur illi, qui confidentissime clamitant pugnare Physicam cum Theologia. Quare est non modo res honestissima uerum & utilissima, huic arti operam dare, que ad exacuenda ingenia & ad copiam re-

rum

Physica
quid.

Commen-
datio phy-
sicæ.

Abhone-
sto.

Abutili.

Nam acquirendam plurimum ualeat, ut de incredibili
 li uoluptate taceam. Quis enim sit à Mūsis, atq; ab
 omni humano sensu tam alienus ac remotus, qui nō
 summam uoluptatem animo capiat ex lectione eius
 operis, quod Cicero de natura Deorum conscripsit,
 ita absolute & iucunde, ut non credam aliquem esse A iucūdo.
 tam barbarū qui non uel millies repetita eius lectio=
 ne mirifice oblectetur. Ita plenus est ille liber pulcer
 rimis rerum naturaliū exemplis, & experimentis,
 quarum rerū principia, causas & effectus proprie
 Physica præscribit. Quis item tam sit immani &
 beluina natura, qui nō pulcerrima ista Animæ de=
 scriptione & pictura delectetur, cuius artifex lon=
 ge optimus est Aristoteles in tribus libris de Anima.
 Et ne singula persequar, moneat nos Virgilij quoq; Ab autori
 autoritas, quanti enim is estimet naturæ studium, tate Vir= gilij.
 testatur dicens.

Me uero primum, dulces ante omnia Muse

Accipient. Et Reliqua.

Nam uulgo notus est iste locus in secundo Georg.
 Præterea bona pars medicinæ saluberrimæ artis,
 & Poëticæ iucundiſſimæ scientiæ suam habet origi
 nem à Physica. Quod quidem notius est, quam hic
 probari oporteat. Itaq; bonā operam cū aliqua fru= Epilogus.
 genauaffe uideor, qui è multis Peripateticorū atq;
 aliorum scriptis, hunc cōmentarium qualemq;
 descripsi, in nostræ iuuentutis usum, ut habeat non
 dico

dico quid se equatur, sed quo admoneatur eorum, que
precipue extam multis libris Aristotelis & philo-
sophorum petere & inquirere debat. Nec quem de-
terreat stylus humilitas, uel uerborum aliquando insol-
lentia, in istorum etiam commentariis, quia cuique
professioni & arti est sua phrasis permittenda, neq;
eodem sermone omnibus seculis usi sunt eruditi. Di-
ligentiae uero atq; fidei in hoc commentario præsti-
tæ, sum mihi adeo conscientius, ut nihil & que optarim in
præsens, quam ne esset hic liber minus absolute per-
fecte q; perscriptus, quam fideliter omnia conatus
sum tradere. Nec puduit me aliena quasi mutuari ac
transcribere, cum hoc ipsum plurimos factitare ui-
derimus, quorum autoritate & nomine me facile
tueri possum. Gratiergo & candidi iuuenes bonicō
sulant hæc qualiacunq;, erratisq; dent ueniam
eruditi, De bene dictis autem nullam aliam
petimus mercedem aut gratiam, quam
ne maligni in peiorum ea partem
interpretentur. Benigni uero, ut
suam erga nos beneuolen-
tiam constanter can-
dideq; conser-
uent.

FINIS Q VATVOR LIBRORVM
Commentarij in Physicam Aristotelis.

REVEREN

DO IN CHRISTO PA-

TRI AC DOMINO, D. IO-

anni Sculteto, Abbati in Hirsaу, pa=

trono & domino suo colendiss.

Iacob. Schegkijus S. P. D.



NGRATVSCERTE ES^A
sem, Reuerende pater, & non so=
lum ingratus, uerum etiam impu=br/>dens, & supra quā dici potest im=br/>pius, siquidē referendæ gratiæ, cū
āte sim propè infinitis hactenus beneficijs affectus,
aut saltem commemorandæ, quum satis referre non
ualerem, nullam mihi rationem ineundam, aut de ea
diligenter cogitandum censerem. Etenim nō solum,
qui pro beneficio dato reddit iniuriam, sed etiam,
qui uoluntaria obliuione eius memoriam conteren=br/>dam atq; delendā arbitretur, pro ingratos celestoq;
homine numerandum existimo. Quodnam igitur
ineam consiliū, aut quam significationem grati ani=br/>mi præ me feram? magnitudo equidem tuorum erga
me meritorum, perquam difficilem sanè delibera=br/>tionē mihi efficit, uerumq; illud, quod apud poëtam
dicitur, experior, cum inquit, Necte certasse prio=br/>rem poeniteat, qua sententia is, qui beneficienda.

m alium

aliū præcurrīt & antevertit, eū, qui sequitur, grā-
titudinis uinculis astrictū semper post comitem, ac
debitorem trahit, et quasi obnoxium dicit. Quum
autem remuneratio, qua rependitur beneficiū, mo-
dis præscribatur duobus, eam enim, uel compensa-
tione, seu æqualitate munera assequimur, aut exu-
perantia quadam, & affluentia, qua supra iustum
modum redundat, ita enim Hesiodus præcipit com-
a. Ἔργων. pensanda munera, ἵσως οὐλούπαινε δύναμι, ego
uero, nec pariatus, nec maiora prestare cum uale-
am, restat ut ita me aduersus te gerā, quō intelligas,
non defuisse mihi uoluntatem, sed deseruisse uires,
non promptam, & paratam gratitudinem animi,
sed ea quibus gratiae soluitur debitio, & mea quidē
sentētia, magis laxatur, quam astringitur. Qui n.
satis facit, id est, qui compensauit, aut etiam maiora
acceptis reddidit beneficia, liberauit equidem suam
gratitudinem, nec debet amplius, si ad calculū uo-
centur meritorum commertia, qui uero infra illos
fuerit, semper quidē se debere agnoscit, nexuq; illo
non soluitur beneficiorum acceptorum, quibus re-
munerandis sese imparem uiribus fateatur. Sed
quorsum hæc? nimirum ut intelligas, etiam medio-
cribus nobis, si non bene merendi copiosam facultas
tem, saltem grate recolendis beneficijs memoriam
firmam & stabilem suppeteret, atq; eam unam gra-
titudinis uim, & naturam longe esse præstantissi-
mam.

mam. Despiciens autem, consyderantiq; mihi, qua
 nam uia & ratione memoria beneficiorum tuorum
 sempiterna posset propagari, uenit in mentem ea re
 id maxime fieri posse, qua non præsentibus solum,
 uerum etiam posteris benefactorū monumenta quo
 dam produntur, istud autem ipsum ingenio, & vir
 tute sola mortales adipisci, & consequi posse, qui=br/>
 bus uera ad posteritatem commendatio, & solidā
 gloria equidem inesse cernitur. Veruntamen, si in=br/>
 genij uis quedam non hebes, atq; acumen quoddam
 ad intellegendas, percipiendasq; res obscuras nō he=br/>
 bes, sed ipsius quedam acris, & ad cognitionē inci=br/>
 tata animo meo inesset, tum quidem certe præclara
 remuneratione, & non indignatuis meritis, profe=br/>
 qui sanè uellem. Sed quum nec opibus abundem, aut
 pecunijs affluam, nec etiam sim locuples, & copio=br/>
 sus ijs rebus, quibus maxime commendantur inge=br/>
 niosi, reliquum est, ut magis sedulitatem tibi meam,
 quam eruditionem & doctrinam probare cupiam,
 quarum rerum in priore quidem officium, & probi=br/>
 tas hominis magis, in altera præstantia quedā men=br/>
 tis, & uis excellens ingenij præsertim spectatur, &
 cognoscitur. Scripto igitur qualicunq; libello de
 principatu animæ, honoris causa tuo eum nomini
 consecrare uolui. Cum enim maius, & operosius
 quiddam exorsus essem, pertexere non potui, sed è
 manibus excusſit frequens cohabitantium, ultro ci=

troq; cursantium turbatio & fremitus, quibus per-
sonare aures quidem meas nunquam desinūt, quare
differendum illud, hoc autem tractandum argumen-
tum putavi, cuius quæ fuerit, aut qualis occasio obla-
ta, breuiter ostendam. Cum ingrauescēte peste Tu-
binga discedens scholasticus cœtus Hirsauiam ue-
nisset, atq; ego unā cum illis, eius loci ac Monasterij
te principem atq; Abbatem tanta humanitate, be-
neficiencia & charitate in nos affectum sensi, ut non
casu, sed diuino quodam consilio & benignitate in
hunc locum adductos esse, & tali nos uiro commen-
datos sim arbitratus. Tu uero, ex quo tempore te
cum habitare cœpimus, ita te gesisti, ut incredibili
opera, cura, diligētia, sollicitudine, nostras in pro-
curandis rebus necessarijs cogitationes & consilia
non solum iuuares, sed etiam eas longe tua prouia-
dentia præcurreres, atq; industria animi anteuer-
teres, ut non solum te singularem amicum, & stu-
diosis fauentem, sed etiam summum patronum ac
defensorem eorum in perpetuū fore putaremus, &
non tantum in præsentia & temporis causa talem
nunc existere. Quæ quidem nos opinio nec initio fe-
sellit, nec posterum quoq; tempus, quo adhuc tecum
habitamus, quicquam de benevolentia, & officiosissi-
ma atq; liberalissima uoluntate tua erga nos im-
mutauit, aut quicquam detraxit, nec aliter de tua
clementia statuere omnes possumus, quam quod ini-
tio nobis

tio nobis recenti aduentu nostro uidebatur. Nemo
 igitur est nostrum, qui non præclare secum agi &
 beneuole existimet, etenim qui locus, iam antea abi-
 turis nobis, quasi exilio deligebatur, eum tu summa
 humanitate tua, ingenua quadam & liberali comi-
 tate morum, omni deniq; officiorum genere, quibus
 non in uniuersostantum, sed in singulos usus fuisti,
 tuaq; illa beneficentia gratuita, cum, inquam, tan-
 quam exilio nostro designatum locum, tam gratum
 & iucundum nobis reddidisti, ut non solum illa mi-
 grationis atq; abitionis nostræ acerbitas, & info-
 lentia quædam mitigaretur, uerum etiam, quod ne-
 mo sperare in animum induxit futurum, ut triste
 quandoq; desiderium, domum aliquando re migra-
 turis, tanquam in alienum, solum in animis nostris,
 quasi patriæ cuiusdā & domiciliuernaculi, locus
 ille relinqueret, qui propter te nobis acceptissimus
 atq; optatis. esse cœpit. Prætero amœnitates illas,
 quibus, ut illecebris, nobis loci huius natura blandi-
 tur & ut maneamus illectat. Quid enim ista memo-
 rē, quæ aspectu iucundissimas sunt, & pulcherrima,
 ut inclusa eminentissimis montibus longo recessu
 satis ampla uallis arceatur, quam piscofus amnis in-
 terfluit, gelidiſſimis aquis ac semper pellucidis pro-
 fluens, cuius ripæ uiridiſſimo pratorum uestitu cin-
 guntur, omnia ea quæ circum est regione montuosa
 & sybustri, quæ abietes perpetuo uirentes, & pro-

cerissimæ stipant, iuges ex omnibus partibus, ad
montium radicibus perennium aquarum fontes ema-
nant. Quid multa? tale cœlum, tanta aëris salubri-
tas, ut, si liceat mihi, nusquam habitare malim, nul-
las sedes huic loco prætulerim, tantū eius usū, aspe-
ctuq; oblector, tanta uis amoenitatis eius existit,
tantisq; in uitamentis ad incolendum abundat. He
quidem cum sint tot et tam graues causæ, quibus lo-
cus, et regio hæc commendetur, quis non inuitus ac
nolens eum relinquat, aut quis potius non cupidissi-
me eo fruatur. Omnia autem maximam uolupta-
tē ex tua benignitate capimus, et, ut ante dixi, in-
signi quadam benevolentia tua. Quamobrem pater
Reuerende, uicissim cum nos esse gratos conueniat,
et id quidē ego pro mea uirilissim conatus, quic-
quid huius libelli est, placido, ut soles, uultu et ani-
mo accipies, certe non multo post in re maiore ope-
ram meam, et studium cum laude tua coniunctum,
perspecturum, si exiguum illud opusculū non spre-
tum abste, contemptumq; fuisse sensero. Vale.

Ex Monasterio Hirsau datæ, à Chri-

sto nato M. D. XLII. anno

XII. KL. Septembris.

DE PRIN=
CIPATV ANIMAE
DIALOGVS, AVTORE
Iacobo Schegkio Schorn=

dorffense.



R V D E N T E R E=
quidem maiores nostri,
et, ut mea fert opinio, ad
ueritatem indagandam
percipiendamq; nō tam
utili, q; necessario præce
pto monuerunt nō quid
dicat aut sentiat quiuis,
pro autoritate tantū & existimatione hominis fa=
ctiose & contumaciter defendendū, sed potius qui l
à quoq; dicatur & quomodo, circumspēcte ac dili=
genter consyderandum, & siquidem uero consen=
taneum rectæq; rationi non discrepans fuerit, ac=
quiescendum ei, nō respectando quid sentiat quiuis
unus, aut de rebus eiusmodi statuat, sed studio et cul=
tu eritatis mancipatos eidem auscultare, non autē
ipsa posthabita autoritatibus hominum parere non
recte nobis suadentium debere hortantur. Veritas
etenim fructus iucundissimos atq; uberrimos pro la=
bore cultoribus suis reponit, è contrario autem, li=

m 4 tigio=

DE PRINCIPATV ANIMAE

tigiosis illis, et qui homines certos sectari, quam ueritatem ipsam malunt, pro solida cognitione et expressa, adumbrata et ficta notitiam, pro constante et firma scientia, quietam et caducam opinionem, pro consensu et concordia exactae et exquisitae doctrinae, plenam iurgiorum, contentionis et discordiae disceptatione, inanem et uanam suggestit parentem, scilicet, erroris, atq; matrem ignorantiae nocetissimam, in primisq; pestiferam omnibus, qui se honestis disciplinis, atq; artibus erudiendos dederunt. Quod si hoc rerum statu, hominum moribus et consuetudine quid fiat, et quo pacto pleraq; cum publice, tum priuatim administrentur atq; gerentur, perpendere, animoq; cōtemplari uelis, nō tantum reliquis peccatis et uitijs, quibus tamen redundant omnia, quantum sententiarum peruicatia, atq; opinionum prauitate, dum sua quisq; defendere actueri cupit, delinquitur, ea enim effrenis et omnilibidine uincendi incitata cōtentio, præsertim mihi, honorum morum atq; institutorum corruptela ac pernicies esse uidetur, ita enim dum rixamur, non solum intelligendi normam, sed etiam uiuendi recte regulā amittimus, nec uero quisquam est, qui, ut dicimus, rem ita se habere inficias ire possit. Sed deus uiderit scilicet, quem euentum sint aut exitum habitura hæc, quem augurari coniectura mea sanè nō. Ut autē reuirescat ueritas, et agnoscatur, eaq;

contra

contra has uitæ atq; ignorantiae tenebras suis illu-
striſsimis radijs conualeſcat, humani generis crea-
tor & princeps ueritatis procuret, quem pacifica-
tore Christo intercedente in tranquillum & quie-
tum ſtatū, conuisionem hanc animorū, omniumq;
rerum turbulentiam ac ſeuifimam tempeſtatem ut
traducat atq; componat gratia ſua, ſummis preci-
bus ardentifimisq; animorum uotis flagitare cqui-
dem, & religioſe (ſiquidem ſalutem noſtrā curae
nobis eſſe patimur) ſine intermiſſione petere, utq;
opitulari uelit, implorare profeſtō ſemper ipſius
auxilium debemus.

Nunc porrò qua de cauſa præſentem sermonem
inſtituerim, explicare aggrediar. Non mediocres
ſanè, aut leues controuersias, de rebus quibusdam in
natura obſcurioribus pauloq; teclioribus, inter pe-
riateticos & medicos, autorum præſertim diuor-
tio ortas conſtat, in quibus ferè nemo eſt, qui dogma-
ſuum non acriter propugnet, & pugnaciſſime en-
tentiam aduersariam refutet, nō tanto equidem stu-
diosuſ defendendi, quanta ut aliud ne eminere, ſcien-
tiaq; alterū ſuperaffe uideatur, detrahendi, tanquā
ē ſuperiore atq; excelfo autoritatis loco & fastigio
eius fidei, quam penes autorem apud imperitos eſſe
intelligunt, cōtentione ſcilicet & dimicatione qua-
dam ingeniorum incitati. Huius autem diſſidiij au-
tores & principes duo habētur, nempe, Aristoteles

DE PRINCIP. ANIMÆ

¶ Galenus, ijs de rebus dis̄sidentes, quarū ratio & fides non magis argumentis ostenditur, ac probatur, quām ipsorum oculorum, ad sectorum membratim corporū articulos, quasi in rem præsentem adductorū, ut solent qui iure disceptant, inspectione, & partium corporis animalis cognitione quādam accurata, qua præstitisse Galenū, eumq; quum reliquos, tum Aristotelem quoq; longo interuallo post se reliquisse, huius studij diligentia & accuratōne, non modo eruditorum hominum consensus, sed laboriosum quoq; & impigrum fuisse, tot uolumina, quibus hanc rem complexus est, satis testantur, nec enim locupletiore, quām ipse sibi sit, nobis opus esse existimarim. Sed quoniam que huius generis controversa, ancipitem, propter autoritatem certorum hominū, hactenus dimicationem habuerunt, cum à Galeno satis disputata atq; probata fuerunt, tum secundum illius sententiam, multorum suffragatione, in quibusdam Aristotelis error vere reprehenditur, uisum sanè mihi fuit, non quo Aristotelem, quem in plerisq; sequor, defendere, aut si qua iuste reprehensus sit, patrocinandi quodam studio elatus, omnia ipsius propugnarem, sed eo, ut quid senserit, aut quibus argumentis in hunc errorē deflexerit, ostendens, nōnulla ipsius paulo obscuriora explicare nullo contradicendi studio uerioribus, que copiosissime, atq; perelegāter, et scite perscripta

perscripta, ac memoriae mandata à grauiß. autoribus, in manibus studiosorū habentur, nec uero meis, aut mei similiū libellis arreptis, istos scriptores ue= teris memoriae deponendos censuerim, in quo mul= tum quidem certe partim hominum nostrorum am= bitione, partim inertia atq; ignavia discentium de= linqui his temporibus uideo. Sed omissis his, rem ipsam aggrediamur, ac præsentem diſputationem ingrediamur tandem, quæ cum futura sit eiusmodi, ut de his non meæ opinionis arbitrio pronunciare in animum induxerim, sed autorum inter se collatis rationibus & argumentis, secundū potiores partes litem dare decreuerim, qāo hac in cōtentione, faci= lis accessus itemq; recessus ex uno in aliud daretur, ut in Dialogo, totum sermonem reieci ad colloquen= tes personas, quarum equidem merito apud me sum= ma uiguit semper autoritas, quorum hominum sanè naturali charitate permotus, non potui non memo= riam ipsorum sanctissimam mihi, ac longe gratissi= mam replicare, ac debitum etiam amoris cultum, atq; munus grati animi uita functis præstare, quòd scilicet illis omnia pietatis officia debeam, quorum alter parens meus, alter acuunculus fuit. Patri cer= te meo, interrogantis & ex auūculo querentis par= testribuam, ut mea quæ sit, de Aristotelica contro= uersia, quæ est de principatu animæ, sentētia, ex il= lorū sermonib[us] facile intelli[gi] queat, ac non multo labore

DE PRINCIPATV ANIMAE

labore percipi, cum alioqui perpetua oratione tra-
ctatio hæc impeditior, minusq; pro ista breuitate,
quam sequar, explicata hæc & manifesta discepta-
tio futura esset. BERNARDVS. Quum solitu-
dinem illam & uastitatem pereuntium ubiq; hone-
starum artium disciplinarumq; intueor, dici non
potest, aut oratione exprimi, quanto mœrore ani-
mus meus affiliatur, de posteritate autem, & nepo-
tibus nostris cogitans, non solum animo uehemen-
ter commoueor, sed etiam toto corpore perhorre-
sco, in eam cogitationē me referens, qua breui om-
nem morum humanitatem unā cum optimarum re-
rum scientia interituram, barbarorum uiolentia,
atq; improborum hominum tyrannide uexatam, nō
quidem procul absente, sed imminentे atq; impen-
dente occasu illo, hactenus prospicio, quo nihil equi-
dem funestius reipublicæ, nec luctuosius nobis ipsis
priuatim quicquam potest accedere opinor. Sed ec-
quidnam uidetur, num quam fati putas hæc esse vim
quandam & necessitatem, & quadam temporum
conuersione, quasi in gyrum, uersari & commutari
ingenia, & mores hominum censes, ita ut insuetum
in ipsa rerum natura nihil sit, aut existat insolens;
an potius hæc inusitata, & in solita pernicies, hoc
seculo nobis, atq; ista ætate obrepit, & tanquam re-
tens & noua calamitas aduersus nos conualescit,
adeoq; retro iam actis ac præteritis temporibus, ni-
hil tale

hiltale accidisse opinandum: tuam uero de his rebus
sententiam per quam cupio audire. LEONARD.
CVR RER VS. Angit equidem me uehementer,
perinde atq; te ipsum, excruciatq; turbulentus ho-
rum temporum status, adeoq; expectatione inge-
nis cuiusdam mali suspensum animum retinet, nihil
ominis tamen æquiore animo nobis ferenda hæc
arbitror, propterea quod priuatorum consilijs &
autoritate, occurri malis illis publice grassantibus
nequit. Accedit huc, quod conflictari certis calamia-
tibus omnium ætatuum curricula, atq; incommo-
dis quibusdam uexari necesse est, nec stabile & fir-
num quicquam potest existere, quod non his muta-
tionum ac uicißitudinis tempestatibus, ac fluctibus
perpetuo iactetur. Quin etiam infirma & imbecila
sunt hæc, quæ præclara à mortalibus, & eximia
iudicantur, nec ea facile tamen, & absq; arduis mo-
litionibus, ac summis conatibus contingunt nobis,
sed omni tum corporum, tum animorum cōtentio-
ne desudandum atq; elaborandum, quo usq; ad fa-
stigium illud, atq; apicem (quo peruenire maxime
fragilia hæc & caduca possunt) ascenditur. Enim
uero magnarum uirtutum cum inchoantur, & pri-
mo aggressu ipsarum, quam lentæ & tardæ pro-
gressiones, quam sera & impedita incrementa, de-
nig; quam lubrica & fallax ad summa perueniendi
via, quantisq; difficultatibus sit obstructa quis non
uidet?

DE PRINCIPATV ANIMAE

uidet? Nec uero solū propagandis longe lateq; inta-
perijs, atq; regnis, ditionibus q; acquirendis, quo-
rum studio, qui rerum potiuntur, teneri solent, sed
etiam inueniendis artibus ac disciplinis honestarum
rerum, quarū in pace usus est, absoluendis, quanta
uacent eis diligentia, quibusq; laboribus assequan-
tur homines, satis equidem ingens, atq; incredibilis
ipsorum industria ac meditatio, quam adhibent, o-
stendit. Eadem uero, cū perfectionem suam habent,
et, quo progrediantur, cum amplius nihil relinqu-
tur, quasi mole ac pondere suo prægrauata, tum sen-
sim uitiantur, tum subito collabuntur, atq; interea-
unt, tum uitiosissimis crebro, deterrimisq; studijs
potiora hæc atq; meliora permutantur, perditis n.
his in locum surrogari deteriora hæc necesse est. Ex
quo liquet, multo præclaras res omnes citius amitti
quæ sitas constitutasq;, quam perditas rursus noua-
ri, ac denuo instaurari consueuisse. Et ut aliarum
rerum, ita ueritatis quoq;, existunt, nō solum ortus
et incrementa, sed etiam occasus et depravationes
quædam, nec semper in animis ipsa mortalium ha-
ret, nec etiā semper exulat, sed, ut Aristoteles, et
quidem suo more, inquit, innumerabilibus tempo-
rum interuallis, atq; conuersionibus, eodem subin-
de animos hominum occupant, atq; imbuunt sen-
tentiae, et opiniones ueræ, perq; immensa tempo-
rum spacia uicissim reuerti solent, nec semel aut ite-
rum sed

rum, sed infinitis uicibus amissa ueritas recuperari
subinde solet. Ergo cum intereunt honesta studia,
temporis quidem longinquitate uindicari, ac re= G
nasci, et quasi fruticari iterū possunt. Quæcum co= G
gito, quemadmodum reliquos humanos casus, ita
quoq; occidentia hæc studia nostra, minus acerbe fe= G
renda, naturæ rerum obsecundans existimo. At q;
etiam arbitrio diuinæ uoluntatis (quod fatum no= G
stri appellant) querimonijs nostris, tanquam inuiti
pareamus, minime reluctantum, aut quasi temere
accidant, aut fortuito deplorandum censeo, quorū
in altero maxima dei inest offensio, in altero cum
summa impietate et scelere, coniuncta animorum
est periculosa ac perdita desperatio. BER N A R.
Haud repugno, quin ista, ut dicas, ita se habeant, et
facile adducor, ut fidem huic orationi tuæ adhibe= G
am, quæ enim à ratione proficiscitur consolatio,
egris et sollicitudine affectis animis efficax medi= G
cina, si recte ipsis, tanquam pharmacū, adhibeatur,
esse consuevit. Verum istud tamen non satis intelli= G
go, quid sit, quòd apud Aristotelem scriptum legi= G
tur, scientiarum esse, ut aliarū rerum, quas natura
cōtinet, uiciſſitudines, eodemq; modo, ut res singu= G
las, ita uniuersas et maximas mundi partes, quæq;
bis accidant atq; inhærent conditiones, suas quasi
atates temporum curriculis ſpacijq; habere defi= G
nitas, et ut quiuis ad numerum unus ex inchoata

DE PRINCIPATV ANIMAE

Et imperfecta ad summam extremamq; rationis
et consilij, quasi gradibus, absolutionem perfectio-
nemq; ascendit, ita paria momenta, quum in uirtute
ac ueritatis studio et cultu, tum aliarū rerum pre-
stantia et admirabilitate, que in mundo, uel natura
gubernatrice, uel rationis subsidio, perficiuntur, et
ad summum perueniunt, existere censem. Statuere
autem omnino hoc uidetur, ex rerum ignorantia
primum admiratione homines percusso, ad quea
rendam atq; scrutandam sapientiam se dare, cuius
si perfecta aliqua disciplina constituta fuerit, mul-
tis ingruentibus malis, atq; incommodis partim in-
ertia et fastidio hominum interire rursus philoso-
phiam, partim iniuria et contemptu eius studio-
sos absterrei, et inuitos etiam rerum penuria et
egestate distrahi existimat, quam ego sententiam
longe uerissimam semper sum arbitratus, sed num
ita an secus ista se habere arbitretur, mihi ostendas
cupio atq; explices. LEONA. Vereor ne longis
gius à proposito, quam pars sit, nostra euagetur ora-
tio, conferam tamen in pauca, et quod petis deinceps exemplo facile assequere. Id ipsum uero minime
me perplexum, sed ad cognoscendum facile, atq; in-
telligendum promptum est, quum ne sensum quidem
effugiant, nedum ratione comprehendi diffi-
culter possint, nimirum que im a parte mundi cœli
complexu atq; ambitu arcentur, hoc statu esse et
conditione

conditione naturæ, ut perpetuum stabile ac firmum
in his permanere nihil queat. Quum ergo sua pro=
pè, ut ita dixerim, magnitudine eiusmodi res labo=
rent, haud mirum sit, eas labes fieri, atq; ex sublimi
fastigio, excelsòq; uertices suæ perfectionis, rursus ul=
tro precipitari, ac perse, & sua sponte retrorsum
ad contrariam metam resilire. Et quemadmodum,
cum optimum ac nitidissimum corporis habitū, &
speciem Athletæ, accurata & diligentis agmina esse=
cerunt, in primis, & tum quidem præsertim, opti=
me curatis corporibus, ingens periculum impendet,
ac magno in discrimine uersantur, ne deterius ha=
bere, aut morbis afflictari ipsorum corpora incipi=
ant, sic equidem solent, ut poëta inquit, omnia fatis
In peius ruere, & retro sublapsa referri.

Haud secus animorum industriad, ingeniorumq;
solertiam, temporum spacijs ultracitroq; permuta=
ri, & aliâs pulcherrimas disciplinas uigere, aliâs
occidere rursus, interdum accrescere, aut decresce=
re, atq; imminui eas cernimus. Causas porro, ut ab
eo, uerbi gratia, non discedamus, de quo præsertim
questio est instituta, florentium, rursusq; intereun=
tium disciplinarum, quis neget contrarias esse, qui=
bus enim excitantur, atq; longe lateq; amplifican=
tur, earum rerum contrarijs sanè causis, quis non
opprimi, atq; in angustū cogi illas opinetur. Quem
admodum enim eruitur, atq; illustrantur scientiæ,

DE PRINCIPATV ANIMAE

hominum ingenij, honoribus autē, & præmij eārum studiosi allicituntur atq; inuitantur, quasi illecebris quibusdam, ad industriam, & subeundos, tollerandosq; labores, sine quibus perfecta uirtus nulla esse potest, quid tum deniq; accidet, aut quid futurū est illis pulcherrimis artibus, quas ita contemni & negligi uideamus, ut ferè à nullius importunitate, maledicentia, opprobrio, contumelia, atq; insigni quodam contemptu, atq; ignominia, non pressertim uexentur, agitentur, & nulgo conuictis proscindantur, ut non solum rudes earum atq; imperiti, sed in literatura etiam quadam uersati ingeniosioli quidam, philosophiam pro stultitia & recordia, philosophos autem sensu communi, & iudicio orbatos nominare, eisq; uocabulis tam nefarie & sceleratè uti, gloriosum ac magnificum sibi arbitrentur. An impietas illa, & immanis omnibus uitijs permixta atq; confusa nostræ etatis barbaries, meritas inertiae, dignas autem arrogantia illa poenas iam diu sustinet, & posthac non uitabit, quum non solum eripiunt uirtuti, ac bonis studijs eum honorem, atque hanc commendationem ac dignitatem, que his duntaxat, nulli autem alij rei debetur, quin etiam eadem hec in machinatores quosdam omnis generis flagitorum, & scelerum artifices nequissimos, ac rerum publicarum uoragines iniiciunt, qui non solum dona ipsa & munera,

sed

sed donatores unā absorbent, ac beneficos illos parum prouidos deuorant syrtium instar, atq; summa ingratitude deglutiunt. Mitto sanè honorem, dignationem, autoritatem liberalium studiorum, atq; ingenuarum (quas philosophia continet) artium, ne quos ipsa, minime ambitiosa, aspernatur, contemnit, & pro nihilo ducit, honorum populares fumos, magnopere appetere uideatur, concedam hoc indoctis, & huius delicti gratiam illis faciam, ut tametsi inscitia ipsa, & magna- rum verum ignorantia (quas nisi doctus & in phi- losophia uersatus callere nemo posset) quasi ope per omnem uitam subsidioq; doctrine & sapientiae nitatur, nec ipsa seipsam inertia, quum plaus humi iaceat, & sit omni sensu & uita uacua, tueri ac sustentare ualeat, pro merito sanè eru- ditis ingrata illa barbaries nullum honorem im- pertiat, sinat inglorios illos, & inhonoratos æ- tatem suam degere, sed quis hoc ferre, quis pati po- test? cui crudelitas illa non uideatur intollerabili, cum ne ad uictum quidem necessarijs rebus suc- currunt indocti doctis, inertes solertibus, igna- ui & ocio torpentes gnauis & industrijs, & eos ne uita quidem dignos censem, quibus sine non ho- minū, sed ferarum ritu mortales inter se inculti & agrestes uiuerent, & hanc quidē copiose explicare, aut potius deplorare queam calamitatem, si liceret.

DE PRINCIPATV ANIMAE

BERN. Haud sum nescius equidem, uberioris haec posse dici, sed quibus maxime causis studia uigeant, rursusq; labefactentur, si non est molestum, explanari mihi uolo. LEON. Recte mones, quasi fluctus enim indignatio ipsa, à recto cursu orationis me ab ripuit. Eò igitur unde discessit, se referat oratio nostra. Rebus certè, ad uitæ necessitatem accommodatis, carere studiosos homines haud posse, cum superior ratio demonstrauit, tum Aristoteles quoq; summus philosophus, testatur, qui Aegyptios sacerdotes, omni reliquo negotiorum genere uacuos, atq; abundantes ocio, nulla cura acquirendi uitius districtos, atq; occupatos, multas & excellentes quidem disciplinas indagasse inquit. Vacacione igitur à reliquis uitæ muneribus, philosophiae studiis quin opus sit, nemini puto obscurum esse. Deinde autem, ut in isto ocio animus cessator non sit, sed perpetua meditatione perplexis rationibus euoluendis, labore autem assiduo & exercitatione, tum excogitandis, que cognitionem latent & fugiunt nostram, tum expoliendis explanandisq; inuentis negociosum esse, atque semper euigilare, magnitudo ipsa, & difficultas artium honestarum postulat, atque hoc ipsum ita uidisse, ac iudicasse Hippocratem, excellentem omnisiapientiam virum, sententia ipsius declarat, quam ita scriptam quodam in libro reliquit, Χρήσιλος προσεγνωσαται

τενέγυαθαι ἐς χρόνον πτλιών οἵως ή μάθησις ἐμφυσιωθῆσα δεξιῶσε καὶ ἐναλδέως τὰς καρπὰς ἐγενέγινται. Id est, si latine dici uis, Conuenit certe multo tempore adhibere industriam, qua iurgescens cognoscendi discendiq; uudit, opimis fructibus dextre, atq; tempestive efflorescit. Cum hec porro defuerint, quæ modo commemoraui, aut si hec etiam præsto sint, absit autem illa ΦΙΛΟΠΟΙΙΑ, in locum uero ipsius se insinuet ignauia, aut sui amor cœtus, ΦΙΛΟΥΤΙΚΗ scilicet, qua indocti atq; intertes plerūq; tument, inflanturq; immodice, quam misere habituras artes, & quam infoeliciter obituras disciplinas liberales censem̄ est. Ita sanè cum uigeret in summis, ac doctissimis hominibus, labor atq; industria cognoscendi res obscuras, & utiles ad sapientiam, quanta accessio in omnibus disciplinis, quæ incrementa bonarū artium extiterint, hoc scilicet ipsum declarat, quod nisi illi aliquando extitissent, nulla cognitione, nulla scientia, nulla deuina sapientia nobis, aut doctrina frui liceret, quæ studia temporibus alijs imminuta, partim ignauia, & ruditate hominum inertium, cum restinctus eset ardor, & cupiditas discendi, omnes autem illiberalium rerum cupiditates exarsissent, partim etiam quod nulla essent earū studiosis constituta præmia, inersq; & barbara indoctorum hominum ferocia, atq; immanitas, non solum respublicas inuasisset,

DE PRINCIP. ANIMAE

sed scholas etiam, ac philosophorum gymnasia op-
pressisset, quid damni fecerimus, aut quam iactu-
ram simus perpetui syncere, atq; omnibus numeris
absolutæ doctrine, ipsa rerum atq; etatum defor-
mitas, et inscientia arguit. Sed quærelarum, atq;
huius disputationis satis, et nimis quidem multa.
Ut autem aliquanto propius ad rem accedamus, et
ut intelligas, uirtutes omnes non subito et de repen-
te existere, sed paulatim quibusdam incrementis
amplificari, ac sensim emergere, ita ut sit quædam
ipsorum quasi adolescentia et pubertas, item me-
dia atq; extrema etas, et quasi ingrauescens, cum
ex ipsarum rerum natura, quas ita uersari, atq; ultrò
citroq; reciprocari necesse est, intelligas, tu doctissi-
morum etiam philosophorum, in omni genere phi-
losophandi institutis ac rationibus ipsorum perspic-
cum est. Quid enim aliud est, cum Aristoteles supe-
rioris etatis antiquissimam philosophiam Ἀλιξο-
μηνίων, id est, balbutientem appellat, quam recens-
nata et procreata ipsa, mollem ac teneram, tan-
quam ineuntis adolescentiae, nondum autem solia-
dam, et robustam, atq; inflexibilem institutionem
seu disciplinam fuisse ipsius? At enim ne Aristote-
lem quidem inferiore etate defuerunt, qui repre-
henderent, et quidem in primis Galenus, princeps
medicus, a quo refutata ipsius multa sunt, quæ ad
eam cognitionem spectant, qua particularum atq;
membrorum

membrorum usus in corporibus animantium exquirere, atq; indagare, qui Anatomicidicuntur, diligenter solent, dissensio autem inter ipsos maxima, de principe loco animæ, eiusq; principatu in corpore, acres in utrancq; partem propugnatores habuit: ut fieri solet in eiusmodi præstantium uiorum controvërsiis, quas explicare longum est, & argumentis inesse Aristotelicis omnino perplexæ disputatione uidetur, de qua si non nihil colloqui, & inter nos breuiter differere tibi uisum est, haude quidem repugnabo. BERNARDVS. Nihil certe æquæ cupio, atq; ancipitem illam, & multis disputationibus, agitatam questionem abs te, quoad res patitur, strictim, nec longis uerborum ambagiis exponi, & quam probes sententiam mihi ostendere. que si probabilis mihi uisa fuerit, lubens equidem assentiār, nec tibi, ut ne in alijs quidem, refragari & contradicere in animum inducam. LEONARDVS CVRRERVS. Accipio conditionem, me enim hac ratione citius expediero, & te ipsum magna molestia contradicendi liberabis. Nec uero altius repetito principio, quod quæris, planum faciam, sed quod perperam Aristotelem affirmasse, Galenum autem rectius sensisse ac statuisse, animaduertero, id te nullo modo celare hoc tempore uelim, & præsertim nunc uter melius

DE PRINCIPATV ANIMAE

de principe loco animæ, atq; ipsius principatu probarit, nō ita differam, ut retractem, quæ ab alijs iam pridem disputata fuerunt, nec etiam alterius magnopere sententiam, & exquisite (cuius à me probabitur opinio, cuiusq; rationes ego sequar) in præsentia interpretando persequens, ipsius in meū libel lum argumenta traducam, aut exaggerabo, sed ne quem fallat, aut peruerat alterius subtilitas, & singulariter in defendendis suis acumen, sigillatim omnibus argumentis, quibus sparsim utitur, quasi in unū aceruum collectis, deinde confutatis, tanquam sensitico quodam repurgando, operam meam tibi haurum rerum studioso probare institui, nisi quid aliud tute censueris faciendum. BER N. Istud equidem expecto, nam Aristotelica percurrens, uix me interdum instineo, quin ille me suis rationibus, atq; argumentis uincat, auferatq; tanta mihi in probando uidetur inesse uis, tanta solertia in argumentando. Quamobrē non inuitus tibi parebo, si contra, quam ab eo his de rebus disputatum fuit, docere me incipias, secusq; statuendum de hac reputaueris. LEO. Vnde ergo potissimum ordiri placet, & quodnam initium capiemus huius disputationis, multa sunt enim quasi capita, unum tamen maxime eminet, ex quo, tanquam fonte, reliqui errorum riuuli deriuantur. BER N. Et mihi quidem non displicet, si prium tanquam arcem inuaseris, qua in primis munitionis

nitiſimū ſe, & tutum ab oppugnatiōne arbitratuſ
eſt, quam tamen iſpam, non quidē lapidiſbus quadra-
tiſ, ſed argumentiſ politiſimiſ uidetur coſtruxiſſe,
eām molitionem uideo deſtruendam nobis ac diſſi-
pandam, ſiquidem uictoriæ compotes eſſe uelimuſ.

LEO. Sanè idem, quod tu, faciendum exiſtimo, ſed
cum perfeclæ nutriſationiſ principatum cordi de-
ſtinariſ, item ſentientiſ, motriſiſq; animæ uim &
efficaciā, iſpumq; adeo, quod in ſenſione multifo-
mi, iudiciſ, atq; cognitoriſ facultatē ſortitur, quaſi
in uernaculum domiciliū, in cordiſ ſedem ratio-
nibuſ ſuiſ intruſerit, atq; collocariſ. Argumēta qui-
dem, quibus hoc conatur efficeri atq; concludere,
cognoscenda primum iudico, deinde referenda, tum
trophæa affigenda, & ſecundum rectam rationem
uictoria celebranda uidetur. BER N. Rechte aciem
inſtruxiſſe, & ferè iam cominus, atq; collatiſ ſigniſ
pugnare mihi cum Aristotele noſtro uideriſ, aliās
quidem amico, nunc autem aduersario, ſed perge
obſecro. LEO N. Primum equídem eſt in quo uehe-
menter laborat, ni mirum, ut non ſolum ad cerebrū
ſenſus pertinere ſingulos, atq; etiam commune arbi-
trium omnium ſenſionum neget, ſed etiam iſpum in
hac parte corporiſ naturam collocasse fateatur, quo
ē regiōne cordiſ, ubi omnis uitia contineſetur & ui-
geret, eſſet iſpiuſ quaſi contagione caloris tempe-
ratio uicinitate cerebri, quum frigidiffimum ſit, cor

DE PRINCIPATV ANIMAE

autem omnium calidissimū, cuius argumentum rei
hoc putat esse, ὅτι αὐτὸν φύσις μηχανᾶται πρὸς
ἴκαστον περβολῶν βοήθειαν τῶν τε ἐναντίον
παρεδρίαν, ἵνα ανισάρξῃ τῷ δακτέρῳ περβολῶν
θετέρον, Id est, Natura semper paria prorata por-
tione machinatur, ut scilicet alterius contrarij ui-
lentia, alterius qualitate retundatur, atq; reprima-
tur, ut existat utriusq; quasi aequalitas quedam,
et contemporatio. Sed hoc, non incauto quidem hos
mini, fingere licuit, cum quare tepidius reliquis es-
set cerebrum causam non inueniret. Quanquam as-
piratione ac respiratione externi aëris, cordis fer-
uorem, multis in locis inquit, refrigerari, ei tempe-
rationi subsidio, atq; adiumento cerebri positum
existimat, tantum uero abest, ut superiore corpo-
ris parte, insiti caloris gratia temperandi cerebrū
locatum arbitretur, sed in uisceribus ipsis modifi-
cari calorem, cibo et potione sumptis, atq; in al-
uum delabentibus existimat. Contra equidē multa
possent dici, quippe naturam ipse afferit, unum sem-
per ad unum destinasse, atq; unico muneri admini-
strando, quodlibet unum præfici ab ipsa solere, nisi
uisus interdū cuiusdam uisceris, aut membra, ad ali-
ud quasi pro re nata accommodetur, principalem
autem semper functionem unicam existere, ad tu-
endam atq; custodiendam salutem eorum, quae à na-
tura sunt procreata. Quoniam ergo pulmonibus
præcordia

præcordia refrigerantur, aspiratione aëris, dum spiritus ore uel naribus hauritur, cum cerebrum specie illi dissimile sit atq; dispar, num societate muneric et officij idem omnino, et nihil aliud in corpore præstabit cerebrum? atq; ita natura imbecilla parumq; prouida, quod alias similibus partibus molita est comparia officia, hic propter infirmitatem, aut fortasse obliuionem, unum refrigerandi cordis munus, duobus forma discrepantibus uisceribus demandabit. Sed missa facio hæc, quorū falsitas deinceps magis agnosceretur, eritq; magis perspicua, quam modo sit, huius opinionis reprehensio, et prauitas. Hoc uero ipsum, cum pro certo assumit, ut recte ob frigus cordi oppositum cerebrum statuisse non nemo putaret, in primis ac uehementer gelidum esse his ostendit rationibus. Quippe actione istuc deprehendi, partim ea ratione etiam, quod propter totum uideatur exangue, et albus, ubi enim sanguis desit, illuc calorem non nimis posse abundare. Quæ tametsi uere dicantur, idcirco tamen eo, quod instituit probando, nihil efficit, aut concludit. BER N A R D V S. Quid ergo est quod natura frigidius cerebrū, quam reliquas partes machinata est? L E O N A R D V S. Quanquam haud scio, an ulli satis explorata causa esse ualeat, tamen hanc, si quis assignare uelit, haud aspernabor, nempe, cum sit sensibus toto suo ambitu caput

DE PRINCIPATV ANIMAE

caput cinctum, & quasi redimitum, sentiendi autem facultas omnis in cerebro contineatur, sensio autem sit affectio quedā, & quasi perpessio cerebri, ipsum certe patibile esse, & obnoxium his affectionibus oportet, quo circa molle & tenerum, non autem durum & inflexibile esse conuenit. Ergo liquido & frigido, non autem cōcreto calidoq; talem substātiam necesse est abundare. Sed hæc aliâs, nunc ad Aristotelem. Ceterum, ut priore arguento assūptum demus esse uerū, quod sequi ex eo uult tamen, confiteri nobis non puto necessarium. Ut autem con sequens efficiat probabile, antecedenti falso & uitioso utitur, cum ita inquit, Ex cerebro ad sensus cir cū positos nihil pertinet, nulli propagantur nerui, nulla communio, aut connexio est, quamobrem in ipso sensiones excitari nequeunt, nec earum particeps esse potest, sentiendi ergo uis in corde subsistit, non autem in cerebro. Vides quomodo refrigerationis duntaxat causa cerebrum, nō autem alterius muneris gratia creatū probet, & quod cerebri proprium est (nempe sentire eas, quibus pelluntur omnes sensus, formas & qualitates) quo pacto sua oratione in cor ducat, ac transferat facultatē illam, quæ, omniū sententia Anatomicorū, per neuos à cerebro, & medulla (quæ dorsuertebris continetur) propagatos uniuerso corpori distribuitur, eaq; facultate sentiendi, omnia membra propter neuos imbuuntur.

imbuuntur, nec solum sensu uigent, sed etiam fontibus eisdem omnes articulos moueri, totumq; corpus progreди necesse est, atq; in omnes partes inflexi, rursusq; porrigi, erigi, & confirmari membra, ne tanquam mortua concidant, & collabantur. Eam porro uim esse in nervis, declarat amputatio eorumdem, dum nulla in membris efficacitas resectis illis, nec ad sentiendum, nec mouendum relinquitur, ex cerebro aut ortum suum habere, atq; ex eo produci nervos, inspectio, sectorum articulatim corporum docet. Quid multa? omnis medicorum coetus, omnes illi, qui vocantur Anatomici, ex cerebro nervos in sensus nullos pertinere, ac dirigi negant, falsumq; quod Aristoteles dicit, & absurdum esse, uno ore confitentur. BERN. Nihil moror Aristotelem, si nobiscum illi faciunt, quorum ex certa inspectione, que sub oculos cadit aperti & patefacti corporis, maior apud nos fides autoritasq;, quam eorum, qui de rebus incognitis, ac nondum exploratis pronunciant, esse debet. Atq; etiam ne si uelis quidem iam praeuaricari, tibi liceat, uno hoc tuę reprehensionis iacto fundamento. Et in reliqua quidem philosophia, quæ ceteris omnibus prestat scientijs, princeps habeatur sanè Aristoteles, hanc autem anatomiae cognitionem, sibi ita ne uendicet, aut arroganter uelit, ut etiam à complusculis, hanc rem diligenter inquirentibus, libenter & sponte quidem, ipsa ueritate

DE PRINCIPATV ANIMAE

ueritate uictus atq; superatus, minutioribus philo-
sophis non inuitus cedat , eosq; superiores ab hac
parte finat esse , quos aliâs ingenij ubertate atq; in-
uentorum subtilitate, longo interuallo post serelin-
quit . Sed interfari me illa, ne moleste feras , atq; in
eo ualde mihi gratum facies , si nec tu honori sum-
mi istius uiri defueris , aut detraxeris aliquid , nec
me istud conantem perpetuo orationis tuæ cnrsu
intercluseris , nam per cupidū me illius , atq; quoad
licuit propugnatorem esse præ me tulissempre , qua-
re ne nunc quidem me continui , quin aduersus gra-
uem aduersarium , meo testimonio nonnihil eum
subleuarem , quippe cum ita eum aggressus sis , ut
quasi è possessione autoritatis , indoctis quibusdam
eiecisse ipsum possis uideri . Scitum profetò illud est ,
uulgi sermone tritum prouerbium , Non omnia pos-
sumus omnes , nedum unus aliquis , omnium rerum
consequatur scientiam , quæ sanè perfectio in ho-
minem non cadit . Non patiar ergo de Aristotelis
dignitate , existimatione , fama , quicquam detrahi ,
contemni , ob hanc disputationem , excellentem ipsi-
us philosophiam , atq; eleuari summam hominis au-
toritatem non finam , quod faciunt imperiti qui-
dam , & ignauí , quo minus inertiaeorum repræ-
hendatur , cum in ea perdiscenda nullam operam
posuerint , quam si uel modicè degustaassen , magis
taliu[m] uirorum industriam ac sapientiam admira-
ti , quam

ri, quam aspernari et deridere, in minutis quibusdam rebus hallucinantes, et aliquantulum à uero aberrantes, ipsos cōsueuissent. LEONARDVS.
Haud iniuria lefendis eum, quem quasi philosophorum deum semper es arbitratus, tibiq; ego assentior, nec puto defuturos complures, et eos non indosetos, qui omnino eadem sint nobiscum opinaturi. Sed, ut exemplum ipsius imitati amicitiae, que tam sancta non esse debet, ut non ueritatis potius cultum ei anteponamus, cætera quidem, ut initio fecimus, exquirenda ac disputanda argumenta ipsius censeo. BER N. Quid nū istud agamus, quod nobis equidē minime inuidiosum fore, nec iniuriosum Aristotelī, multis aut fructuosum inquirendi, atq; indagandi ueristudium illud existimo. Sed uile queso quam solerter hoc, quam considerate, quū sensus penetrare ad cor, à cerebro aut remotos probare nititur, in quo sine dubitatione uerū censet, quia longius à cerebro absint et gustatus et tactus, idcirco utrosq; cordi colligatos esse. Proinde, ut initio et à conceptu satuq; animaliū cordis calore oculi immodecum more diffluentes, dum fœtus utero geruntur, cōcrescant, iam creatos etiā, atq; effectos, per omnem uitam eodē calore soueri, atq; eiusdem participes uisu atq; aspectu suo colores sentire, ac percipere opinantur. De cæteris ferè eadē dicit, et continentis quidē, certis uinculis uenarum astrictos, deuictosq; cordi meatus

DE PRINCIPATV ANIMAE

meatus sensibus adnexos, ex Anatomia clarum esse pronunciat, quibus ex corde, quasi per ductus quosdam, sentiendi efficacia impertiatur, ex cerebro ad ad ipsos nihil interim traduci, aut pertinere, perspicue autem id ipsum, corpore patefacto cerni. Eius uero haec sunt uerba. Η δ' οσφρησις, καὶ αἰονὶ συμπεράίνοντες πόρι τὰ φλεβία τὰ πόρι ἐγκέφαλοι γίνονται απὸ τῆς οὐρανίας. Item alibi, οἱ γαρ πόροι, τῶν καὶ θητηρίων απάντων ταῦτα πρὸς τὴν οὐρανίαν. Veruntamen satis abs te mihi factum paulo ante, cum secus, aliudq; compresisse corporum sectores, atq; ex cerebro neruos, in uniuersum corpus sparsos, atq; disseminatos obseruasse earum rerum diligentes cognitores ostendisti. Illud aut, quomodo non ingensest argumentum, ex cerebro uim sentiendi non emanare, quū, quod alijs sensum impertit, in primis sensu præditū, eiusq; minime expers esse debeat, cerebrum aut uacare omni sensu, cōtactus ille, quo attrahatur, declarat, quod autem nullo modo percipiat, aut sentiat, experientibus satis liquet.

LEON. Infirmum illud est, et falsum argumentum, quoniam id, quod efficit quidpiam, atq; ei uim quandam, et efficacitatem largitur, eadem natura, et conditione, ob id præditum affectumq; esse, qua est imbutum, quod ex eo pendet, non est necessarium. Etenim multa corpori insunt animalis, causa animæ, qua uegetatur, que tamen

mes

men nullo modo secundū seipsa præstare queat anima, nihilominus efficiens, ut ijs rebus corpus potiri ualeat, quæ tamen sine ipsa adipisci nunquam posset aut consequi. Et ut ad sensus ipsos ueniam, an cōmunicis ille, penes quem omne arbitrium, atq; iudicium sentiendi est, ita inter omnes eminet exteriores sensus, rebus atq; formis dijudicandis discernendisq; ut quasi satellitibus, atq; internuncijs utens eisdem, nihilominus, ut incorruptus iudex, nihil quod propriäsentat sibi uendicans, & cum omnibus se accōmodet, nullitamen addictus, quasi purum se, & integrum à singulorum contagione, quibus tamen iudicium suum impertit & cōmunicat, & tanquam in eisdem influit, conseruare atq; custodire solet. Nam quod uisus, aciesq; oculorū inter colores discrimen statuit, eosq; discernit, istud equidem cōmunicis arbitrio sensus assequitur, qui tamen ob idcernere secundum se nō est statuendus, quamobrem nec in ceteris sensibus, arbiter ille, atq; iudex ita se insinuabit, ut quemadmodum absq; illo externi sensus non discernunt, quod sub eos cadit, ita uiciissim ille perse, & secundum se, his percipiendis aptus, atq; idoneus existat. Ex quo intelligitur, si quicquā superior uis aliqua moliatur, atq; efficiat, ob idipsum eadem conditione, qua inferior res atq; natura affecta fuerit, eminentiorem quoq; illam haud affici, quæ uim etiam, efficaciamq; suppeditat ei, quæ

DE PRINCIPATV ANIMAE

Subest, ut quicquid uel agendo, uel patiendo, aut accipiendo aliquid potest, id quasi acceptum superiori facultati ferat. Quid cum intelligentiam, quae architectatur in nobis, aut nostra quidem anima, intelligibiles notiones, ipse Aristoteles nihil patientem accipientemq; sed agentem, effectricemq; omnium afferit, eis autem, quas ipsa fabricatur, notiōnibus, non admixtam, sed ab his uacuam, liberam, atque solutam omnes in nobis machinari notitas, quarum ipsa sit secundum se expers, atq; in ea uia animae, quahomo doceri potest, species imprimens, eamq; multis erudiens scientijs, laxata autem uinculis corporeis, uires suas recuperans, has cognitiones ascititas amplius non procurat, inquit, sed propria actione atq; agitatione sua intelligendo, contemplandoq; sapientia insita et nativa maxime uiget, ex quoq; sempiterno fruitur. Eò autem à me ista dici ac cōmemorari existimes nimirum ut non protinus, si quid efficiatur à quopiam, istud ipsum quod efficiat ob id simile futurum ei, quod, ut esset, alterius ope, et suū fidio indigebat arbitrere, nec, cum sentiendi uis in totum corpus ē cerebro redundet, eiq; affatim ex eo loco suppeditat, idcirco partipem fore eiusdem in sentiendo facultatis, quam absq; eo nulla ratione reliqui corpus adipisceretur, censendū est. BERN. Teneo quid uelis, nec porro se cuius de his rebus indicare possum. Restat autem, ut

non

non solum quæ cerebro ille adimit, ei restituamus;
sed etiam, ut cordi eas uires eripiamus, quas immens-
ito illi Aristoteles noster adiudicauit. Ex quibus
autem rationibus, hæc sententia emanarit, eas co-
gnoscendas arbitror, atq; proferendas in medium,
quo refelli commodiueris, totaq; opinio hæc rectius
abste confutari queat. LEONARDVS. Tu ue-
ro propone, quo pacto omnis uana natura spoliato ce-
rebro, detractisq; uiribus, eas uniuersas in cordis
domicilium congefferit, deinde, si quid uidebitur,
cōtradicemus. BERNARDVS. Singulis, quasi punctis, om-
nia persequar, tu uero, quod uisum fuerit deinceps
uerisimile, ut mihi quidē recipisti paulo ante, expli-
cabis non fastidiosus harū cōtrouerſiarum iudex.
LEO. Nihil recusabo, sed quin pergis, quid opus ue-
ro his ambagibus, hoc loco minime necessarijs, qua-
si aut tibi inuidet, aut tædio affectus hanc disputa-
tionem defugere sim conatus. BERNARDVS.
Deum immortalem quid audio? quasi uero te non
multo cupidiorē harum rerum interpretem, quam
me auditorem, hactenus semper putauerim, sed non
morabor amplius, nec diutius differam promptam
illam, atq; incitatam animi tui in his refellendis ala-
critatem. Varia sunt, & quidem non pauca nume-
ro argumenta, quibus hoc agit, ut in corde utrangs
uim animæ, ac principatū, tum uegetando atq; ale-
do corpore, tū sentiendi uires sensibus suppeditādo,

DE PRINCIPATV ANIMAE

contineri, in eoq; includi probet, atq; ostendat. Sed primum hoc uideamus, quo, tanquam Achille, ut uincat, pugnare mihi uidetur, cui nisi resistamus, actum de nostro triumpho erit. Proponit autē hoc modo. Idem ad numerum utrungq; existere in animalibus, quo uiuere dicuntur, & ratione cuius animalia appellari solent. Altricem porro uim illam, qua stirpes uiuere dicuntur, & quā non solum uiuunt, uerum etiam sentiunt animalia, quo solo à stirpibus differunt, & nomen animalis sortiuntur, græci priorem θεττικού, posteriorem ἀλιθητικού appellant, utrasq; corde arceri, atque includi eiusmodi argumento confirmare nititur, quod græce primum, deinceps latine uolo edicere.

ἀνάγκη ταυτὸν εἶναι, καὶ ἐρ μόριον ναθ' ὅ, τε
ξῆ, καὶ ναθ' ὅ προσαγορεύομεν ἀνὴ ξῶομ, τὸ δὲ
ὑψὸς ξῶομ, οὐ ξῶομ αἰδίνατον μὴ ξεῖν, οὐδὲ ξῆ ταύ-
τη ξῶομ ὑπάρχειν εἰν αναγνωστον, τὰ γαρ φυ-
τὰ ξῆ μεν, εἰν ἔχει δὲ αἴσθησιν, τῶς δε αἰσθάνε-
θε το ξῶομ, πρὸς τὸ μὴ ξῶομ σιορίζομεν, αἴσθη-
μος μεν δὲ οὐ αναγνωστον εἰναι, καὶ αὐτὸ τὸ μόριον, τόδε εἶναι πλέιω καὶ ἐπερχ. Quorum
hec uerborum sententia est, ut omnino prænecessa-
rio sit habendum autore Aristotele, nec fieri aliter
posse censem, quin unum idemq; sit, quo principatus
uiri usq; uitæ, tam altricis, quam sentientis, conti-
neatur, etenim animal ipsum, quatenus animalis na-
turam

turam obtineat, quocunq; in loco nutricationem perficiat, atq; absoluat, eadē quoq; parte non defūturā uim sentiendi, haud recte uereq; statui non .n. ubicunq; corpus suum anima nutricetur, ibidem sen sum necessariō fore, aut uim ipsius talem, que sensio nem adferat, nec enim, si uiu.it aliquid, idcirco sentire etiam, id est, animal esse consueuisse, sed contra potius, ubi sensus locum habeat, illic altricem uim excludi nullo modo posse. Et hoc uere, mea quidem sententia, sed quod statim adiungit, unum utriusq; locum esse principem nec uerum esse, nec probabile etiam puto, aut rationibus anatomicis consentaneum. Sed quomodo istud tandem, aut quām perspicue probet, modo considerabimus. Et principio quidē, unum communem sensum inquit esse, eoq; multifor- mes reliquorum sensuum species, quasi ad arbitrum, deferri, eum uero locū, aut eam, qua collocatus est, partem corporis, nec arcticam esse, nec posticam, quæ enim antefunt, inquit, multis sensibus ornauit, instruxitq; natura, quæ autem pone, eadem sensi- bus uacua orbatq; esse uoluit, nulla ergo, nisi in me dio, sedes cōmuni relinquetur sensui, cum neutrum extremorum, aptū ad collocationem se exhiberet eius sensus, qui reliquos omnes discernit, & iudi- cat. Proinde, eodem loco subsistere altricis animæ principatum, his colligit rationibus, quoniam nu- tricationis summa uis, in superna parte nequit esse,

DE PRINCIPATV ANIMAE

eaenim est, qua capitur alimentū, nec inferna eam sibi uim uendicat, quum ea reliquiæ ciborum depo- nantur, restat, ut sit in medio, summus ille in alendo, ac nutricando corpore animæ uigor . Ab extremis ergo circumscriptiōnibus corporis, principatum in medio, id est, corde eodem modo se inuenturum existimat, quemadmodum Geometræ, dum centrū in circulo querūt, duobus diametris decussatis quāsi, atq; in medio concurrentibus, sine errore, ac fal- sitate , paruoq; negotio , exploraturos se medium punctū confidunt. Sed mitto hæc, addit deinde mul- ta, quæ non ratione aliqua, sed magis experimento constent. Nam insecta etiam, amputato capite, tan- tisper uiuere, quo usq; sit incorrupta pars media, qua concisa, uel attrita, statim animalculum emori. Per me etiam licet, abscisso capite Arietem illum, quem in subsidium mittit Auerroes, homo acutus, Aristoteli, huc allegat. e m, celebris ille interpres, ut sine capite animal moueri in loco, ex progre- posse probaret, aliquantum spacijs ambulando con- fecisse alibi inquit à lanio iugulatum, dempto capi- te. Quæ sane, cum mihi non omnia uideantur uero simillima, haud repugno, quominus Aristoteles ita concludat argumentum, quod his ferè uerbis facit, οὐδὲν γάρ τινα τῆς αἰσθητικῆς τοῦτο θεω- πικῆς φυχῆς εὑρεῖ τὴν μαρτίαν τὸν αρχέλων εἶναι τοῖς ἐπαίροις. Hæc quidem summa est, reliqua con-
sulte

sulto prætereo, que confirmatis his, stare necesse est, ruentibus autem, ipsa quoq; concidere, atq; inania esse, haberiq; pro infirmis debent. LEON A. Est uero, ut dicas, ista quidem acute excogitata ratio, eiusmodi tamen, ut facile contradicendo ue- ris rationibus elidi queat. Quid ergo dicemus, aut respondebimus; an hoc breue dictum satis erit, si spissitudine corporis, antica & postica ipsius de- finiuntur, que contrariè apposita, sensuum multi- tudinem, eiusq; priuationem describunt, in pro- pinquissima eorundem parte in medio repositū ce- rebrum esse, in quo sensus cōmunitas dominetar, cui sint, tanquam satellites, reliqui circumpositi. Cete- rum, & nutricationi præcipue hoc mediū assigna- bitur, quod extremis à longitudine descriptis, nem= pe supero infroq; continetur. Demiror certe, quod eius discrepantie, que in animali est, causa, latitu- dinis dextro lēuoq; determinata medium simili- ter non insignitum putarit, an uero, ne hoc quidem pro derelicto habuit, dum motricem uim animæ, quemadmodum sentientis, inesse retur cordi, quasi reliquis particulis à natura creatis frustra, omnem actionē iisdem adimens, huic uni omnem carū uim, & efficaciā contribuit, quod ut efficiat cōmode, mul- tas certe cōminiscitur, & uarias rationes, quas dein de quoq; attingemus, simulac de præsentis satis dictū

DE PRINCIPATV ANIMAE

fuerit. Atqui pectore ipso recondi sensum commu-
nem, non autem in cerebro habitare, fidem eo argu-
mento facere conatur, quod supra confutauit, quan-
do omnes ad cor sensus dirigi, nullo autē nexu ner-
uorum ipsos cum cerebro copulatas afferit. Nec id
uno tantum cōmentario scriptum reliquit, sed mul-
tis idem sepe dicit, & affeuerat, haud scio libris ne,
an paginis dicam, ut tertio de particulis animantū
uolumine, ubi ita scriptum legitur, οὐ μὲν ἡ πάθη
δία, εἰ τοῖς ἐμπροσθερ, καὶ εἰ μέσω κατατοι, εἰ
τὸν αρχικόν φαμέν τῆς ζωῆς, καὶ πάσης κι-
νήσεως, οὐδὲ θήσεως. Id est, Cor equidem promi-
net non nihil ad pectus, medium tamen nō deserens,
in quo principium omnis uitæ, motionis, atq; sensus
custodiri afferimus. Deinde, quum ex medio cordis
situ, toto gubernando corpore, præstantiam ipsius,
atq; commoditatem describit, nihilo plus proban-
do ualeat, quam si quis imperio dignum illum dicat,
non qui Diadema redimitus, legitime solium oc-
cuparit, sed pro re nata, & casu quodam ascende-
rit, atq; idem de loco pronunciat Aristoteles, quod
de insigni ad pulchritudinem persona Euripides,
cū inquit, τό πρῶτην ἔδειξιον τυρεών. Hæc enim,
& huiusmodi, tametsi non sint, uiderita-
men possunt esse, quibus ob id tamen adhibenda fi-
des non est, quam facilitatem opinacionis in pytha-
gora ipse quoq; reprehēdit, cum in medio uniuersi,
ob loci

ob loci dignitatem, non terram, sedigneum corpus
arceri, atq; comprehendendi censet. Sed potius autorita-
tes Aristotelis commemorandas existimo, atq; id
præsertim agendum, quo ad finem disputatio hæc
aliquando perueniat, quam refellendis his, quæ non
magnum in probando momentum habent, diutius
insistere. Ex medio igitur loco, principatu nobili-
tari cor, his uerbis ostendit. ἔχει καὶ οὐδέσις αὐ=
τὸς ἀρχικῶς χάρακ, πότερον μέρος γάρ, μᾶλ=
λον δὲ τῷ αὖτις ἐμπροσθεμένῳ ὅπι=
θεμ, εἰ τοῖς γάρ τιμιωτέροις τὸ τιμιωτερον
καθίδρυνετο φύσις, εἴμι τι καλύτερον μάκον. Ob=
tinet etiam situs cordis principalem locum, parum
enim à medio declinans, propinquior supernis, quā
infernis partibus, & magis ante, quam pone adhæ=
rescit, etenim nobilioribus, si nihil impedit, nobi=
liores atq; potiores corporis partes solet natura in=
cludere locis, ac regionibus. Quemadmodum aut
quadrant hæc naturæ istarum rerum, quas queri=
mus, Anatomici uiderint scilicet, quibus nisi assen=
tiamur, haud scio, num quicquam recte, ijs de con=
trouersiis statui, cognosciq; queat. Aut igitur gene=br/>ratim hoc probet, cuius iam à me fiet mentio, desi=br/>natq; geminam medij rationem, uirtutis scilicet, &
magnitudinis, numerare, aut si hoc non potest, ne
isto quidem loco, nimirum sibi credi postulet, cum
inquit, Εὐφνέσατο τόπος οὐ μέσος, εἰ γάρ τὸ

DE PRINCIPATV ANIMAE

καὶ ἐπὶ πᾶρ τοι τόπῳ ὅμοίως οὐ παραπλήσιος.
Hactenus, ut loci gratia, et situs, omnia uitæ
momenta in corde posuerit, planum fecimus, restat,
ut si quæ sint alia, quæ in contentionem uenire pos-
sunt, et ueri quandam similitudinem præ se ferunt,
memoria repeatas, si de ijs aues cognoscere, quemad-
modum ergo paulo ante fecisti, commemorandis
Aristotelicis sententijs, ne ab illo etiam nunc con-
natus, et munere tuo desistas rogo. BERN. Curen-
tem, ut dicitur, incitas, nihil enim æquæ aueo, nec
per omnem uitam ullius rei cupidior fui, atq; cogno-
scendi ueri, quod negligi ab ignavis, et inertibus,
asceleratis, et improbis contemni, atq; despici con-
sueuit perpetuo. Veruntamen, ne quid desideretur,
hac nostra disputatione reliqua etiā attexenda ui-
dentur argumenta, quibus Aristotelis sententia ni-
titur, quæ si parum ualere uidebuntur, eodem iure
refellas licet, quo superiora refutasti, quod ad me
quidem attinet, iam dudum in tuam me adduxisti
sententiam, satis tamen faciendum omnibus existi-
mo, et quæ sunt inchoata, strenue perficienda, atq;
impigre elaborandum in ijs, quæ suscepimus, et in
quibus iam uersamur, existimo. Sed quid attinet hor-
eari, cum uterq; nostrū tantum hoc negotio delecte-
tur, ut nullum ocium iucundius, præq; his studijs, ac-
ceptior nobis, aut minus molesta occupatio nulla
imquam fuerit. Quocirca, ut coepi pergam, meq; ad
Aristotelem

Aristotelē reuocabo, cuius nisi excussa omnia erunt
in presenti re argumenta, prius certe nō dimitten-
dū ipsum censeo. Scire aut̄ nunc dueo, quam uim in-
esse istis rationibus putes, quibus principatū altricis
animæ cordi concedit, Epar aut̄, quemadmodum ce-
rebrū, fermè legitimo, & naturali suo munere, atq;
officio priuat, nulliusq; principis, aut primariæ acti-
onis, effectionisq; possessionē illi permittit. Neq; n.
quasi sanguinis officinam, ex quo, tanquam mate-
rie, omnes procreētur particulae, lecur esse, neq; ex
eo sanguinem effundi ad cor, sed à corde ad ipsum
emanare, tanquam ex fonte sanguinis uniuersi, opis
natur. Eius uero singula argumēta, tu ab errore qui
dem ea, qua usq; huc usus es, expiatione vindicabis.
Primū est ab ipsa specie, & figura, seu conformatio-
ne cordis ductū argumentum. Cum ex uno, tanquam
capite, omnes uenas propagari, & pertinere eas in
uniuersum corpus, pro certo, exploratoq; habeas
tur, uisceri aut̄ nulli hoc magis, quam cordi cōuenient
at, consentaneum quoq; esse, ut uenarum, ita quoq;
sanguinis, principiū cor existere. Sed ne quis Iocino
ri hāc, quasi prouinciā, creandis sanguinis, à natura
delegatā arbitretur ab hoc munere prius semouens
dū, atq; illā uim, ne quid deinde obstareret decreto suo,
auferēdā ab hoc uiscere, atq; ei jciēdā potius homosa-
ne nō incautus, putauit. Quin etiā cauet, ne uī, ne in-
iuria, rōnesq; molitur, quoad fieri pōt, cōuenientiiss.
quas,

DE PRINCIPATV ANIMAE

quas, recitatis iam ipsius uerbis, percipies. Eius uero
rò hec sententia est de locinore. οὐταν δὲ μετὰ
προὸς αὐτοῦ δέσιμ, ἔχει δὲ ὡσαερ αὐτίκηγον
εἰ τοῖς μάλιστα αὐτηριώνοις τὸν μαλιστα,
Idest, Minime uero situm primario uisceri aptum
obtinet, quin potius in his animantibus ex leua qui-
bus splen adhærescens accurate cernitur, sanè qui-
dem æquale libramentū utrisq; uisceribus quasi ge-
minatis, in corpore eorum cōstituit. Hinc tanquam
nothum iecur, et ab eius perfectione deficientem
lienem putat esse, quod ipsum ut probet, quibusdam
locis inquit, Dosypodas uideri, quasi bina locinora
habeant, splene aut uacent ac destituantur, οὐταν
τινάς τόπος ὁ δασύποδες, δύο δοκεῖται οὐτα-
τα ἔχει inquiens. De altero deinceps uideamus,
sed nunquid recte principatum suum IECVR, hac
ratione, quo scilicet, cum sanguinem gignit, fungi-
tur, amifisse, eumq; merito cordi cōcessisse uidetur?
LEON. Qui uero recte sentiat is, qui, que consen-
tanea sunt rebus, ipse non attendat, et, quod quasi
digo natura monstrat, non animaduertit. Procre-
andi uero sanguinis locum primarium in locinore
esse, cum multis rationibus Anatomicis ostendi po-
test, tum ex eo liquet etiā, quod laborāte eo et mor-
bos, sanguinis quoq; habitus, et species, atq; natu-
ra mutari solet. Eum autem, qui nutricando corpo-
re maxime aptus est, naturalem spiritum, et san-
guinem,

guinem, ne uerbo quidem meminit. Atqui, ut initio diximus, quid recte, & uere ab alijs sit dictum his de rebus, duntaxat attingere, non autē ex alijs profuse in meum libellum transferre, & copiose de ijs loqui, decretum mihi fuit. Num quis uero ab Aristotele usus, num que uis, efficacia, utilitas, tum locinori, tum spleni, siquidem natura frustra nihil machinatur, concessa, atq; tributa est? Quid nisi scilicet sed eo usu, ab omento nihil differunt ambo viscera, & quemadmodum ad refrigerandum cerebrum coridis calorem, ita ad calcificandam aluum, constructa haec esse, & ad concoquendos cibos suo calore, fabricata à natura inquit. Βοηθεῖ πρὸς τὴν πέφιμην τῆς τροφῆς, ἐναυμίχταρπόνται, θερμήν τὴν φύσιν. De reliquo autem, succi eius, qui in sanguinem uertatur, lecur nō esse receptaculum, nec conversionis eius opificem, itemq; non ex eo effundi, sed in ipsum aliunde sanguinem infundi, atq; eo modo impleri, quo reliqui artus soleant, & membra corporis, ex his uerbis potest intelligi, cum inquit. Φέπτη οὐδοδοχήν αἴματα Θεῖν τὴν ἔχει, ὥστε εργάδικα, αλλ' ὥστε τὰ λοιπὰ εὑ φλεβί. Item tū hoc addit. τέντι δι αὐτὸν φλέψις ἐκείνης τὸ στεμμάτι. Quocirca, quemadmodū non est perse absq; uenis, sanguinis receptaculum, id est, fons ipsius, ita nec primo conficitur in eo, & generatur sanguis, sed potius ex alio, quasi fonte, in ipsum deriuatur.

Præterea

DE PRINCIP. ANIMAE

Præterea sanè multa, quæ perperam ab eo dicuntur,
que tamen facile sub odorari Anatomicorū peritus
ualeat, suntq; ea copiosissime à Galeno mandata lite-
ris, nec de his quicquam disertius dici, aut disputari
à quoq; poterit, quā ab eo sint exposita, atq; conscri-
pta. Nihil uero prohibet, quo minus idem paulo bre-
uius cōplectamur, ut eis rationibus, quib; gignen-
di sanguinis munere, lecur Aristoteles orbarit, sum-
matim propositis, facile intelligi queat, quantū sit
hallucinatus, dum cōmunes notiones nimio opere,
quasi proprias earū rerum, de quibus differit, perse-
quitur, et profirmissimis iudicat. Solū ergo, et fun-
damentū est, quod tribus his rationibus continetur.
Prima, quoniam principiū sanguinis, in eo si esset,
iure principatū quoq; uitæ sibi uendicaret, sed in eo
principatū illum non esse, loci ignobilitas arguit, &
γαρ ἔχει ἀρχοῦ δέξιπ. Altera. Prope cōparia
uiscera utrinq; à dextra, et laeva natura defixit,
atqui principatus cū sit unus, numerū excludit, et
multitudinem, nullū ergo in locinore principiū est,
nec uis aliqua princeps. Tertia. Quod si fons in eo
sanguinis non est, nec principatus uitæ inherit, prius
tollitur hac ratione, quā paulo ante cōmemorauī,
ergo posterius etiā, inficiando tolli æquū est. His igi-
tur tam lautis, et exquisitis argumentis, hunc ac-
cinit, quasi epilogum. Φλεβῶν ψηφίσκων αναγ-
καῖον εἶναι μίαν, φαίνοται γαρ ἐκ τάντος ζούει,

καὶ διὰ ταύτης. Id est, Venarū igitur principiū
unū existere necesse est, nemp̄ cor, ex eo namq; pro-
pagari, ut initio quodam, non autē per ipsum pene-
trare cernuntur. Atq; hoc amplius, hac ratione pro-
bat. καὶ φύσις τῆς ιαρδίας φλεβώδης ὡς ὁμο-
γενῆς φύσης. Monarchiam ergo cordis, tanta con-
tentione defendit, ut nec quicquam, cuiquam alijs par-
ticule corporis, ferè tribuat, omnia aut ex ipso solo
emanare, ac proficiisci sanguinem omnem, spiritū,
sensum, motū, vegetationē corporis deniq; totius,
nullius indigentē, præpotēti quadā efficacia pollē-
tem, principatū ipsius afferens. Ex quibus argumē-
tis, illud præsertim eminet, cū ex ipso inqt produci
uenas, atq; illic inchoari, reliquas toto corpori in-
tertextas, ex ea, quæ à corde exit, nexas, iugatasq;
procedere. Scriptum aut ita apud Aristotelem legi-
tur. ἀριχ εὐ ιαρδία σκέψη φλεβώδης ἐστι, τῶν δ'
ἄλλων μορίων ἔνακτον, εὐ ταῦτα φλεβίπτησι τὸ
ἀριχ. Proinde nihil sibi reliqui facit, quin omnia
adhbeat, ad id probandum, nimirum, ex cor-
de omnem sanguinem in reliquum corpus effluere,
ipsum uero, aliunde non suscipere influentem, atq;
id, nisi Anatomica inspectio falsum, & inane ar-
gueret, haud sanè puto rationibus, & argumentis
superiores nos illo futuros. Etenim, quam ementi-
tum hoc, & improbable est, ita, ut ne cœcū quidem
latere (ut dicitur) possit, sed absurdā, credo, multa,
illum

DE PRINCIPATV ANIMAE

illum comminisci oportuit, quo haud paulo absurdiorum opinionem defenderet susceptam, quam prodere inconstantis, non acriter undiq; quæsitis argumentis propugnare, ac tueri timidi, aut negligenter hominis fuisse. Sed, ne ipsum suo fraudemus testimonio, cor à nulla parte sanguinem accipere, ipse met eiusmodi testificatur uerbis, εν τῆς ιχεδίας γαρ ἐποχετένεται εἰς τῆς φλέβας, οὐδὲ πώ παριστάται αἴματα ή Σωδόχη πρώτη. Ceterum, ut non solum illi, Anatomiā semper opponamus, sed etiam, non nihil cum eorationibus concertemus, nec duntaxat illum, uerum etiam Stoicos, qui primum corporare inquietunt, cum foetus in utero formari inchoat, submoueamus, argumento Galeni, facile me obtenturum istud confido. Qui, quodam in uolumine, ita inquit, τὰς εν τῇ μήτῃ πώρφυρα φλέβας, έοινέναι τοῖς ἐπὶ τῷ δένδρῳ πέρασι τῷ ξεῖνῳ, σελέχαι δέτινοι πώ πρὸ θυμουσιῶν στόμφαλο, τάτωρ ψτως ἔχόντωρ ἀπαντά τὰ ικτία τῷ ξεῖνῳ σφραγίδια πέρατα τῷ φλεβῷ ἀκρεμόστι τῷ ξεῖνῳ ανάλογορ ἔχει. Quibus uerbis hoc declaratur, uenas non radices agere ex corde, sed ex alio quodā uiscere, & quasi in stipitem, aut truncū coeuntes illas fibras, ramum cordi etiam inserere, per quem sanguis in ipsum aliunde traiicitur, nec inditionem sanguinis in eo, sed quandam

quandam uitali spiritu, & calore perfectionem, absolutionemq; locum habere. Ex quo intelligi par est, non ex corde tantū emanare, sed in ipsum quoq; influere, & in ipsum pertinere, uenam non tantum ex ipso propagari nasciq; solitam, contra quā Aristoteles, & Stoici sentiant, atq; opinentur. Quando autem aliquid simile fonti in corde somniant, nec reliquorum instar membrorum, uenis coērceri in eo sanguinem dicunt, sed ex concauo ipsius, dura spisaq; carne conseqto, magnam uim sanguinis, in uniuersum corpus, per ductus uenarum, influere censem, nec solum arterias, è corde tractas, & profetas, quibus continetur uitalis ille spiritus, & sanguis, sed quascunq; etiam uenas, ex eo productas idcirco, quod amplissimum, atq; capacissimum cor dis uentriculum intuentur, cui nihil in reliquo corpore simile existat, næ illi, si Hippocratem audiant, facile hoc errore liberari se patientur. Etenim, hac de causa munitos, tam densa, & dura carne, uentriculos cordis existimat, ne si tenuior aliquanto, minusq; spissa compago ipsius existeret, à perpetua insiti caloris agitatione, & insedato illo feruore recordis, offensionis aliquid acciperet, cui hac ratione à natura sit prouisum, quæ omnibus in rebus procurandis, tum efficacissima, tū solertiſſima esse consueuerit. Eius, si quis requirat, uerba sunt hæc.

π τῶι

DE PRINCIPATV ANIMAE

πῶ πιλήματι τῆς σαρκὸς φυλακῆς ἐνεκά τ'
ἰχῖθ τὸ δέρμα. Hactenus plerisq; argumenta-
tis, quibus Aristotelis opinio fulcitur, respondia-
mus, cui si adiunxerimus, quæ prætereunda hoc lo-
co non est, confutationem eius criminis, quo in Pla-
tonem inuehitur, peracta credo erit disputatio hæc.
B E R N. Meminicerite, cum aliquando ipsius de ani-
ma libros euoluerem, me incidisse in hanc dispu-
tationem, qua Platonis partitionem, seu distribu-
tionem animæ refellit Aristoteles. Evidem triparti-
tò, autor ille, animam diuisam, munus uiuendi in
corpore administrare inquit, primum esse rationis,
quod in cerebro collocetur, alterum iræ atq; id cor-
de arceri, tertium, quod lecur contineat, esse cupi-
ditatis seu appetitionis cuiusdā, & desiderij. L E O.
Sentis, opinor, qui, & qua ratione, non conueniat
inter ipsos, harum animæ affectionum, princeps lo-
cus est, secundum Aristotelem, in corde, Plato au-
tem, membratim secernenda censet, & tribus, qua-
si regionibus, dirimit, quas una sede Aristoteles in-
cludit vires, atq; officia animæ. Sed literi hanc, ina-
ter ipsos nunc componere, animus non est, ne longi-
gius à proposito digrediar, sed si placet concludam,
& finem disputandi faciam, quæ, ut mihi uidetur,
liberius aliquanto euagata est, quā decuit. B E R N =
A R D V S. Minime uero licenter à proposito di-
gressus, & q; aberrans, sed, quasi cancellis circum-
scriptus,

scriptus te semper in ijs, quibus oportuit, continua-
sti præsentib[us] hac disputatione, tametsi saepius à pro-
posito digredi, ut pleriq[ue] solent scriptores, potuis-
ses. Nondum tamen absoluisse mihi pensum tuum
uideris, sed est, quod prætereat uerbis exequi, atq[ue]
oratione, seu potius interpretatione te mihi ostendere,
ac declarare cupiam. Evidem haud me fu-
git, cum ex cerebro nerui toto corpore miscean=
tur, atq[ue] item ex locinoris magna illa uena, quam
cauam appellant, propagatis minoribus uenis, per
omnia membra sanguis diffundatur, eoq[ue] uniuer-
sum corpus sustentetur, ac uigeat, quid porro est,
quod illi sanguis è corde emanans conferat, aut qua
in re, aut quomodo adiuuat, et opitulatur, siqui-
dem ne tu quidem principatum adimis cordi, et fa-
cile eminentiam principis partis, et dignitatem ei
tribuis, nec tu solum uerum multo magis Hippo-
crates, qui interdum mihi cum Aristotele facere
eandemq[ue] sententiam sequi uidetur. Et ne quid ad=
dubites, ipsius hoc tibi uerbis, nulla quæsta in=
terpretatione, hoc ipsum tibi probare possum. Ecce
quid nam aliud tibi, quam quod dixi modo, uide-
ri potest sensisse, quum inquit, γνῶμη τὸ δύνθρωπὸν πέφυκεν εὐτῷ λαμῆ νοιλίη, καὶ ἀρχεῖ τῆς αὐλῆς φυχῆς. Id est. Intelligentia hominis insti-
tuit sinistro uentriculo cordis, omnem reliquam
uim animæ gubernat. Ratiocinandi uis ergo, non

DE PRINCIPATV ANIMAE

in cerebro, sed corde dominatur, siquidem Hippocrati credimus. At qui communem sensum, cuius uis iudicando cernitur, itemq; cognoscendi, ei intelligendi, quæ consociata cum sensu illo, munus suum perficit, non uspiciam, nisi in cerebro, posse consistere antea censuisti. Veruntamen baud scio, an cuiusquam plus autoritatis tribuas, quam Hippocrati, quem tamen puto cum Aristotele, uno eodemq; iudicio, in dicta causa (quæ tua est æquitas) non damnabis, cum alioqui, uires animæ singulas, non unum in locum coaceruarit, sed singulis, quasi sedibus in corpore cuiq; aptis, & conuenientibus eas distinxerit. L E O. Non equidem me pudet, quantum huic summo auctori tribuam, uel apud omnes confiteri, ob id tamen ipsum, si quid aut falsi, & ementiti, aut parum probabile, & uerisimile ab eo dicatur, ipsi potius, quam ueris, & exquisitis rationib; obsecundem, atq; assentiar. De cætero autem, nihil ne hoc quidem loco, quod contradicam habeo, doctissimi, ac sapientissimi hominis autoritati, cuius sententiam, quod minus asscutus es, fortasse dubitandi causam tibi attulit. Vis. n. illa in corde delitescens, quam Plato θυμόν appellat, propterea quod assetus ille, præsertim sit actuosus, eoq; reliquos etiam complecti, & quasi insignitos hoc nomine uoluit ea uis, inquam, & pars animæ, cum hac conditione sit, & natura in homine, ut rationi obedientem se, atq; obtemperantem

obtemperantem exhibere debeat, quanquam ipsa, secundum se, rationis non sit particeps, aut compos, tamen si paret rationi, & gubernari se patitur, probos, beneq; moratos, & rebus gerendis, atq; ci= uilibus negotijs administrandis circumspetos, & prouidos effici homines exploratum est. Mens uero ipsa, cum libera, & soluta corporis admixtione nullam, ut ipsa munere fungi suo, atq; officio possit, partem sibi corporis uendicet, cuius commertio ei= dem in sita, ac plane intexta, uel agat, & efficiat, uel paciatur, & sustineat aliquid, non solum sensu communi, ad contemplandas res, & ueri cognitio= nem, quasi administrō, reliquisq; ad sentiendū per= tinentibus uiribus, tanquam separatis instrumentis sua actione utitur, uerum etiam uitæ moralis ratio= nem circumscriptam, & definitam in his infinitis affectibus moderatione quadam, & certis pruden= tie legibus, dirigit, omniq; uirtutum genere effor= mat, & perficit. Ratio ergo non solum est, dum ue= rum cōtemplamur, adhibenda, sed affectibus etiam reprimendis, atq; frenandis, si se se in corde iacti= tent, atq; exultent nimis insolenter, tanquam uirtu= tis magistra admouenda erit, ut ille apud Homerū. ΣΤΗΘΩ δὲ πλήξας, οραδίλω ἡνέποτε μύθῳ. Non ergo intelligentiam γνώμη simplicem, ut tu paulo ante è Græco uertens dixisti, sed quandam in Aristotele. moribus, in conisciendo apte & quo & bono, senten= Ehi.

DE PRINCIPATV ANIMAE

tiam significat. Quemadmodum ergo, quasi in pectori, mores finguntur, ita ex eodem cogitationes tales, & sententias pro eo, ut quisq; animatus est, proficisci si dixerit quispiam, haud omnino equidem absurde statuat, atq; id secutum hoc loco Hippocratem existimo, à quo Platonis opinio etiam, nō mihi uidetur ulla in re discrepare, quam in Timaeo scriptam reliquit. Caterum, quod ad uitę conservationem, & custodiam attinet, sed & quod locum in orituralem calorem, suosq; item spiritus, cerebro communicat, & largitur, adeoq; cum ipsum sit, quasi clavis quidem, quo compingitur anima corpori, eo nomine quidam ἡγεμονικόρ, & principatum uite in ipso consistere, non nemo contendere habebit, atq; hoc modo generatione primas partes cor, natura autem, seu naturali absoluzione, cerebram principatum in animali sibi uenadicabit, propter sentiendi, iudicandiq; quorum strung; sibi asciscit, nobilitatem, & præstantiam. Esse autē in leua parte cordis sanguinem illum, er, ut Galenus inquit, καθέπτεται τὸν πυρὸς ἐσίαρη, quo omnis generis uita foueatur, & unde calor omnis, & per omnia diffundatur, Hippocratis quoq; autoritate probare licet, cuius, quoniā sunt elegantes, & breves sententiæ, ijs cōmemorandis magna pere oblectari soleo. Quæ sequuntur aut, continua- ta sunt cū superiore oratione, hæc uero ita se habet.

Τρέφεται

Τέφετοι δὲ ψῆτε σιτίοισι, ψῆπε ποτοῖσι ἀπὸ τῆς
 οὐθύΘ, ἀλλὰ καθαρῇ, καὶ φωτοφθεῖ περισσοῖ?
 γενονά̄ ἐπ τῆς σικηρίου Θ τε ἀιματ Θ (εὐ-
 ποέ̄) δὲ τὸ τροφλό̄ ἐπ τῷ ἔγγυσα δεξαμενής
 τῷ ἀιματ Θ) σικεβάλλεται τὰς ακτίνας. Id
 est. Instauratur autem, et nutritur sanguis ille, non eo,
 quod ex intestinis haurit, sed ex propinquo cordis
 uentriculo facta secretione, quodq; in ipsum influ-
 it, atq; redundat purū, syncerum, et quasi lumino-
 sum existit, ex quo per omne corpus uitalis spiritus
 radij, atq; fulgores traiiciuntur. Eundem uero, nati-
 tio ferore calidū, non autem, ut reliquum sanguinem
 aduentitio calefcere, his uerbis ostendit. Η̄ γαρ
 μεγάλη αρτηρίᾳ βόσκεται τὸ γαστέρα, καὶ τὰ ἐν-
 πρεπά, καὶ γέμι τροφῆς ψήχη γεμονικῆς. Οὐτὶ δέ ψή-
 τεφετη βλεπομένῳ αἰματὶ η̄ μεγαλή αρτηρίῃ
 δῆλοι ὁδε. ἀποφαγέντ Θ τῷ ξώς, θιασίσης
 τῷ αριστερῆς κοιλίκης ἐριμήν φαίνεται πᾶσα, πλιώ
 ἵχωρ Θ τίνος, καὶ χολῆς ζαυθῆς, καὶ τῶν ύμενίων,
 οὐδὲ αρτηρίᾳ ψήλιφαμδσα, ψοῦ η̄ δεξιή κοιλίκη.
 Id est, Magna equidem arteria aluum, atq; intestina
 depascit, abundatq; cibo, et nutricatione non prin-
 cipali. Eo autem, qui sub aspectum cadit, sanguine,
 non ali magnam arteriam, hac ratione patet.
 Dissecto enim animali, in sinistro uentriculo nul-
 lis cernitur sanguis, nec aliud relinquitur, quam

DE PRINCIPATV ANIMAE

fanieſ quædam, et parum flauæ bilis, ipſiusq; tun-
ſanè membrane conſpicue ſunt, magna uero arte-
ria non priuata omnino conſpicitur, aut uacua pe-
nitus cruore, neq; etiam dexter uentriculus. Nox
concludit, ſanguinem non ſuapte natura calidum,
ſed à leua parte cordis, omnē calorem illi aduocire,
qui parte natui caloris, quaſi officinā, animo inſti-
tueri, et focū incenderit, atq; id uerbis eiusmodi te-
ſtatur. Cū de ἔξιν κοιλίᾳ αὐθενὲς τὸ θερμόρημα δυναſe-
νόμενον χρήματι τυχρά, τὸ αἷμα γένεται τῇ
φύσει θερμόρημα τὸ δὲ γένεται λόγῳ, γένεται
νετη. δοκέδη φύσει τοῖσι πολλοῖσι θερμόρη-
μενη. In dextro cordis uentriculo imbecillis calor, et quaſi
frigori cedens includitur. Etenim per ſe ſanguis ca-
lidus non eſt, nec feruet ſuapte natura, ſed aliunde
calefit, quemadmodum quaſilibet aqua, et quiuis li-
quor. Videtur autem plerisq; ſua natura calere ſan-
guis. Hactenus, qua opinione Hippocrates fuerit,
exposui, nunc, ſi placet, in ceteris etiam Aristotelis
ruinas, et ex antecedentibus falsis, quaes ex his ſequuntur, falsa et inania uideamus. BE R N. Laudo in-
ſtitutum tuum, et quidem non poſſum, quin appri-
me probem facilitatem, atq; humanitatem uolunta-
tis tuae. Iam diu enim metuebam, ne paulo ante quam
extremum actum ageres, ab incepto resilires, ſed
perge quaeso, ut coepisti, ſiquidem ego minime fasti-
diosus tuorum sermonum eſſe auditor conſueuerim.

LEO.

LEON. Breuiter sanè complecti possum, quæ peram deinceps asseuerare Aristotelem his suarum rationū positis, iactisq; fundamentis oportuit. Quorum errorum ille est maximus, ex quo reliqui etiam neglectuntur, quo sensum communem, non in cerebro collocatū, sed in corde arbitratur. Explicandis ergo causis somni, somniorumq; qni non hallucinari, aut errare potuit, cum qua pars corporis his affectionibus obnoxia sit, non recte definierit. Somnum porrò ita effici, ac gigni censet. Primum cocto, & subacto cibo calore uentriculi, in uenas subire è cibo excitatos uapores, qui uenarum ductu ad cerebrum usq; perueniant, illic quando constiterint, contagione cerebri refrigeratos, ac liquefcentes (ut concretis nubibus imbres decidunt) ita aggrauatos pondere nativo, per certos meatus uenarum delabi ad cor, ipsum uero ab his circundatum refrigeratis succis, atq; stipatum interius reuocato calore reliqua corporis membra defectu caloris languida, & torpore quodam stupentia relinqui, fonte illo gelidis succis præcluso, unde omnis uigor in artus ipsos influebat, atq; id tantisper durare, dum excoctis illis humoribus, atq; cōfectis, natiuus calor rursus conualescat in corde, atq; iterum in omne corpus diffundatur. Hæ somni quidem causæ ab Aristotele, ut scis, commemorantur, quem, ut capitulo cum somno censem, ita somniorum quoq; uisis affici,

p 5 quasi

DE PRINCIP. ANIMAE

quasi nocturnis quibusdam sensioribus existimat,
quas perpessiones subire posteriores dicunt cere-
brum, non autem cor, cum in eo principatus sentia-
endi non subsistat. Sed hactenus, que sentiendi uis
esset, autore Aristotele planum fecimus, nunc etia
am quomodo loco progrederiatur, ac moueri soleat,
prout ipse sentit, uideamus. Non est autem, ut hoc
loco à me expectes earum partium enumerationem,
quibus, ut Anatomici dicunt, tanquam instrumentis
anima in corpore motū administrat. Nec cōmemor-
abo nūc quid caro sit, aut quomodo cieat articulos,
nec uero sola caro, quin potius ex carnis substantia
neruorum, & eorum, quae ex ossibus oriuntur, liga-
mentorum mixtione procreati musculi, quibus eò,
quod caput crassius, tenuior autem cauda existit, no-
men hoc impositum est. Quarum particularum na-
turam, & uim idcirco Aristoteli ignotam suisse pu-
to, quod, quid ijs fiat, nunquam recte meminit, nec
parum officia partium rationibus explicet, sed earū
ne formās quidem, quod sciam, describit, aut oratio-
ne attingit. Hęcigitur missa facio, quorum dum ge-
neratim dicuntur rationes non obscura habetur, &
perplexa notitia. At uero, tacitum hoc non feret
Aristoteles meus, qui cum non rimarit eas partes
corporis, quibus uia totius corporis mouet arti-
culos anima, suæ sententiae propemodum contra-
dixisse uidetur, cū inquit, Ἡ φύσις εἰ πρὸς εὑ τοῦτο.

Consentaneū

Consentaneum ergo est, non sub eadem forma, ex conditione corpus se aptū ad nutricationem exhibere, quā se exhibet, ut sentire, ut in loco cier i queat, dūvōμδς, autem naturales formarum, atq; etiam subiectorum corporum discepantia, atq; dissimilitudo sequitur. Non igitur qua specie prædictum alitur, ex sicutur nutrimento corpus, atq; eo recipiendo ab animæ ui aptum se, ex idoneum exhibet (illud enim in corporibus est φύσις) eadem substantia ad sentiendum, mouendumq; habilitatem suam anime præstat, alioqui ne stirpes quidem sensu uacarent, ex quo sequitur, ut quasi singularibus instrumentis sensum motumq; corpori anima adferre his, quæ diximus, opus illi fuisse, nec potuisse fieri, ut sine neruis, aut muscularis artus, ex membra pro arbitrio animæ buc illucq; circumferrentur. Sed hæc aliás, nunc quomodo absque his etiam quasi Dædalus, imò uero Logo dædalus. Aristoteles, animalis motum oratione sua machinetur perpendamus. Primum ergo similitudines in medium proponit, quibus adumbrare motum uoluntarium, quo animantia centur sua sponte, non autem externo impulso, conatur. Et recte quidem omnia, si instrumentorum suppellectilem, quam natura mouendis membris destinasset, acute satis anatomica usus ratione perspexisset, in quibus inest, ut antea dixi, φύσις, id est, habilitas ad sustinendas,

DE PRINCIPATV ANIMAE

nendas, atq; suscipiendas animæ motiones, qua sine corpus in loco ab anima moueri nequeat. Cæterum, ut in machinis, quæ quasi à seipsis commoueri cernuntur, apparatio quædam ad motiones illas efficiendas ex machinatio fit primum in æqualibus circulis, atq; orbiculis, seu rotulis, quarum minor, mouendo maiores, instar centri se habeat. Deinde ferramentis, ex lignis, tum ligamentis, ac vinculis, qui bus uicissim laxatis, rursusq; contentis reliqua cieri necesse fit. Non longe secus, cum à seipso animal ciceretur, ossa machinarum ferro ex lignis, teudines autem, ut vocant, quibus colligantur articuli, itemq; ligamenta, loris ex funibus, postremo compressas, atq; iterum laxatas carnosas partes, instar rotularum, quas magnitudine impares esse conueniat, exprimere. Hoc autem interesse inquit, quod in machinis ex maioribus rotis minores non efficiantur, ex contra, in corpore autem animalis idem astringi ac deinde rursus amplificari, atq; hoc ipsum alteratis partibus, ex ob qualitates diuersas accidere consueuisse. Affici autem has partes hoc modo, ex alterari calido frigidoq; quas excitari qualitates inquit sensu, atq; his quæ ex sensu oboriuntur affectibus, ut metu, uerecundia, ira, amore, deniq; omnis generis animi perturbationibus, eas. n. aut singulare membrum, aut uniuersum corpus calore ex frigore perfundere consuetas, quibus astringi, rursusq; laxari carnosæ

carnosæ partes solitæ, motiones excitent. Scite quidem hæc, et per quam dicuntur concinne, ac eleganter, sed quoniam rationes illæ materiæ nimis incumbunt, motrici autem animæ parum tribuunt, et ab eis remotiores sunt, ideo sunt minus graues et uerae existimande. Quod si quæ species præsertim motionem efficiat, itemque ipsius efficientia, in quo tanquam subiecto et materia exerceatur, si oratio aliqua ostendat, ea mihi pressius limatusque omnē uim, et naturam rei exponere uideatur, atque idem sentientem hoc loco Platonem non pudebit citare, qui quodam in libro ita scriptum reliquit. ἀλλο μὲντις εἰσὶ τὸ αἴτιον τῷ οὐτί, ἀλλο δὲ καίνο, ἀλλεν τὸ αἴτιον τὸν αὐτοτελέην, αἴτιον. οὐδὲ μοι φαίνονται θυλαφῶντες οἱ πολλοὶ ὥπορει σὺ σηστός αλλοτρίω ὅμματι προσχρώμενοι ως αἴτιον αὐτὸ προσαγορεύθη. Id est, Aliud quiddam reuera' appellationem cause sortitur, aliud uero est, quo sine res non posset esse, genus cause. Atque hoc ipsum pro Causa sine uera, et germana causa habent, qui non genuino quan non. aspectu in tenebris oberrantes, quicquid obuium est palpant, et sine iudicio attractant. Quum ergo in omnes partes aëreo quodam spiritu, corpus inflecti commode inquit, idcirco, quoniam aëris quasi medium sortitus naturam, et sursum et deorsum naturali impetu impellatur facilimè, in materiam recūcere cause rationem, non in propriam animati corporis

DE PRINCIPATV ANIMAE

corporis speciem Aristo uidetur. Sed fortasse minus
hęc accommodata presenti loco uideri possint, quum,
quo pacto corpus animatum moueatur, non sit pro-
positū nunc exponere, sed quo loco princeps illa uis
sit inclusa, & quo fonte emanet, prout Aristoteles
opinatur, explicare in animum induxerimus. Iam
nunc ergo omnem, que ab ipso de motu animalium
disputatio instituta est, persequamur. Primum er-
go hoc sumit, nihil nisi quiescente aliquo moueri
posse, atq; hoc ipsum uarie probat, & quidem non
obscuris argumentis, siue quid ipsum perse, atq; à
se moueatur, siue extrinsecus impellatur ac protrus-
datur, ei quod cieri oporteat obniti, & quasi resis-
tere obicem quandam consueuisse. Ita sanè dum ahia-
malia progrediantur, siue natando, siue gradien-
do, siue uolando, solum quoddam & fundamentum
esse, quo cedente & lubrico moueri nihil queat.
Perinde, ac si mures in arena gradientes, diu qui-
dem se uersantes cedente arena nihil progrediun-
tur aut pergunt, ita quoq; lubrica uia nobis lapsan-
tibus, inquit nisi obsterit aliquid extrinsecus, ni-
hil sane promoturos esse. Atqui extra id, quod cie-
tur, nisi obfirmatum sit aliquid, internum sanè mo-
torem nec quicquam conaturum hac ratione de-
monstrat. Nam si quis intra nauigium stans quan-
tis maxime potest uiribus impellere, ac subducere
nauim moliatur, nihil tamen quantumuis conando
efficiat.

efficiat, nusquam protendat, propterea, quod quantum ex una parte contentione virium impellendo elaborat, tantum ex altera parte, qua quiescere aliquid necessè est, quod contentioni illi renitatur visissim remorari solet, ut, uerbi gratia, tantum pedibus retro contendit, quantum brachijs ante se submouere conatur. At enim si manibus, aut conto in littore obnixus protrudat nauim, & eo, in quo mouens quiescit, ut eo, quod ab ipso cietur, seiunatis atque separatis, motionis particeps efficitur demum quod cietur. Hactenus Aristoteles, omne id quod moueri ab alio necesse sit, quiddam, quod motionis expers existat, sibi asciscere, demonstrauit, atque id tantisper in motibus animantium protendi, quo usque ad mouens immobile non tantum quiescens perueniatur, cuius principatum ille in corde (ut deinde ostendemus) constituit. Istud ipsum uero hanc ratione demonstrare, atque hoc modo probare conatur. Quum ergo motio nulla non aliquo quiescente esse queat, quare cum absque corporis totius motu suo quodam, proprio & peculiari carentur singula membra, proximis quibusque sanè artibus quiescentibus, moueri illa necesse est. At uero in commissura ossium flexus insunt ad finierdos artus idonei, ob id quod uniuersum corpus simul moueri negat, nec pars ullam nisi, ut dictum est, quiescente aliquo cieri potest. Flexus ergo ille, quo inter se finiuntur artus quantum ad numerum sit

DE PRINCIPATV ANIMAE

fit unus, rationem tamen geminam sustinet, eo enim adduo natura utitur, nam posterioris membra motus ex altera parte inchoat, ex altera, quasi cardine quiescente, mouendi principium proficiscitur. Sed num principatus etiam motricis cause in quolibet insit flexu, propterea quod initium quoddam motionis illi tribuitur, recte queri potest, quod sanè diligenter considerandum censeo, prius tamen quam id explanem intelligi istud, quod nunc dicam, oportet. Enim uero quod ad quiescens, & immotum quidam obfirmari atq; adnitit id, quod ciet, & à quo motione excitatur, oporteat, paulo ante dixi. Nec illud porro obscurum est, cubiti flexum (ut uerbi gratia hoc sumamus) ita se habere, cum duobus extremis inflectatur, altero quidem moueri, non autem mouere, priore scilicet brachij parte, reliquo unde mouetur, & in quo principium est mouendi, licet quiescat & motu uacare uideatur, tamen & ipsum tota brachio sublato atq; agitato, quemadmodum tota inflexio, quam ad numerum unam diximus, mobile existit, qua propter principatus motionis in eo esse nequit, quum aliunde moueaturo quoq;. Quod si uero ipsum secundum se brachium animal esset, in medio certe flexu illo, princeps causa motrix esset non solum mouendi principium quoddam, ex alio dependens. Veruntamen, ut perspicue satis intelligatur, non protinus si quid particeps sit principij motionis,

motionis, ob id principatum eiusdem fore in eodem, ex eo cognosci potest, Quoniam bacillo, qua parte manui coniungitur, principium mouendi è manu existit, nemo tamen est, qui principatum ob id illi motionis tribuat, nihil autem ea ratione in anima hec à membris, cum quatenus mouentur, differunt, nisi quod expertia animæ assumpta sunt, deponi iterum possunt, ipsi uero artus quoniam adnascuntur, nō item abiiciuntur. Quoniam ergo principatus mouendi, neq; in eo existit, quod mouetur, neq; in eo, quod proxime mouet, quum scilicet & ipsum cieri queat, sequitur ut in neutro flexus extremo, quorū in altero principium, in altero finis est motionis, principatus ille mouendi existat. Expers ergo principis motoris illud statuendum, in quo alterum finitur membrum, quoad enim usq; semper aliud aliudq; occurrit nec ipsum principium est, sed alterius articuli finis existit, particeps principatus nullum membrum dici debet. Ut (exempli causa) baculus à manu, manus à cubito, cubitus ab humero, humerus ab eo, quod medium inter utrosq; humeros interiectum est, ita susq; deq; à capite etiam & pedibus progrediendo, quousq; ad medium perueniatur, aliud semper ab alio moueri posse cernitur, atq; ita primorum motuum causa erit in uno medio, quod omnium extremonrum principium unum erit motionis, cum earū, quæ supra sunt infraq; partium, tum

q à

DE PRINCIP. ANIMAE

à dextra leuaq; cieruntur. Atq; istud etiam, inquit Aristoteles, rationi consentaneum est, quum ibidem etiam principatus sentiendi collocetur. Nam per sensiones ea parte, quae principatum habet, alterata, atq; mota, reliqua etiā quae cum eo continuata sunt, una moueri expansa, rursusq; contracta necesse est, quae si accidunt, in loco moueri animal oportet. Vim ergo principem ex initium mouendi è corde, non autem cerebro dimanare, his propemodum argumentis ab Aristotele concluditur. Proinde autem, cum quod germanum in mouendo principatum sibi uendicat, nō tantum quiete uacet, sed etiam prorsus sit immobile, quomodo extremis mouendis principium hoc, quod in medio est, se habeat, latius inuestigandum. Media pars ergo illa corporis, cum subiecto sit una, actione tamen multiplex existit, nam ex altero quiescente extremitate alterum mouerit autem, aut ambo simul possunt cieri, ut uerbi gratia, si α sit medium illud mouens, extremitati autem quae moueantur β. γ. Quocirca medium illud, quod utrisq; extremis commune est, punctum haud dicendum erit. Nam si extremitate altero moto, quiescat alterum, quum simul quiesceret, ex moueri haud ulla res possit, diuiduum sane ex corporeum hoc medium esse oportebit, subiecto quidem, ut dixi, unum, actione autem καὶ εὐργείᾳ non unum, sed diuidū. Atqui cum non solum quiescente

scente uno, alterū extremum moueatur, sed utrumq; simul moueri cōtingat, propterea necesse est utrūq; principium, in quæ medium. &. diuiditur, extrema mouere, ita ut nihilominus ipsa quoq; moueantur. Veruntamen quoniam sine quiescente nullus excitari motus potest, quare principatum mouendi placet immobilem, secundum se, esse conuenit, quamobrem incorporeus erit ille, nempe anima ipsa, & magnitudine uacans, non tamen quin in ea insit, aut ei presit potius, dum illi uitales actiones impertit & administrat. Sed quo habitu, aut natura sit corpus illud mediū, quod motrici animæ & reliquo corpori, quod cietur, interiectū est, iam nunc dispiciendū erit. Quemadmodū ergo appetitio ita tandem animal mouet, si prius ipsa cōmota ab eo, quod expetitur, fuerit, nec unquam nisi mota, & incitata ipsa mouet, cietq; corpus, ita quoq; corpus à corpore moueri necesse est, illud aut quod mouet, aliunde citatū motumq; reliquū mouere, atq; impellere oportebit. Cæterū quodcunq; mouens ipsum, mouetur etiā quoad cietur ut aptū se exhibeat necesse est, & habile ad sustinendū extrinsecus motorem oportet, deinde, ut robur ipsius quoq; ad reliqua mouenda nō sit imbecillū, & parum ualens. At qui uidetur uniuersa animātia, insito quodā spiritu (græci ēμφυτεύμα uocat) robur & firmitatē corporis præstare, cū uegetando, tū mouendo ipso, sed quæ cōditio ipsius,

DE PRINCIPATV ANIMÆ

aut natura existat, et num subinde evanescentem,
atque tabescentem illum instaurari oporteat, alio libro exponam. Proinde ergo, ut in flexu membrorum immobile seu quiescens punctum sese habet, ita toto corpore mouendo sese habebit prorsus hic immobilis animæ principatus in mouendo. Ceterum, ut dixi, spiritus ille nativus, quem in corde nasci, aut aliqua parte, in his, quæ cordis sunt expertia, quæ proportione cordi respondeat, pro explorato sanè habetur, idoneam uim atque efficaciam obtinere ad mouendum cernitur. Quum enim omnium motionum hæc sint generatim opera, nempe impellere, seu expellere, et attrahere (ὧρις, καὶ ἐλξις) quibus necesse est instrumenta motionibus destinata tum laxari, tum astringi et contrahi rursus, eiusmodi autem naturam spiritus ille ob id, quia aëreus est, sortiatur quis neget iam, quin sine medio ab anima ipse ad ciendum reliquum corpus moueatur. Et enim uia nulla adhibita, sursum deorsumque (propterea quod natura ipsius, inter levia et grauia media conditione prædicta est) impellitur, atque agitatur ab anima, alioqui motus non futuri essent et quabiles, siquidem uel igneum, uel plane terreum hoc corpus existeret. Iam uero, qui participant reliqui artus motionibus, ab hoc principio excitatis, quum tam longe absint, ipse autem animæ motricis principatus non præsto sit omnibus, sed in solo corde dominetur.

minetur, profecto necesse nō est, ut in singulis prin-
cipatus ille sit inclusus membris aut articulis, quo
moueri cernimus ipsos, satis enim est, si hoc modo se
habeat compago corporis, & omnium membrorū
cōmissura, ut simul ac in principe loco mutatio sit
facta, tamet si principium in quibuscunq; nō sit, ta-
men causa naturali principij recipiant efficientiam
in se, etiam si principatu uacent, atq; ipso destituta
sint. Perinde enim, ac similiter se habere ad princi-
pem locum reliquas corporis partes, quemadmo-
dum in bene constituta republica, & cuius partes,
& munera, atq; magistratus sint descripti scienter,
cum quid geri ab inferioribus, atq; administrari o-
portet, ad id ipsum perficiendū summo principatu
nihil opus est, nec descendere eū, & præsto esse, &
queuis munera obire seipso necesse est, uerū quando
semel ordinatio constiterit, nihil est, quod suo non
rite fungatur officio, ipsaq; series rerū facit, ut hoc
facto mox aliud, deinceps aliud sequatur. Ita quoq;
in multiformibus partibus animalium accidit, nec
principatum ubiq; esse oportet, uerum quemadmo-
dum illic moribus, & consuetudine coherent, &
conspicant omnia, ita connexio naturalis, & cohæ-
rentia aptam ad motum, atq; omnia uitæ munera
obeunda, corporis efficit compositionem. Non enim
quod princeps in ijs uita sit inclusa mouentur &
uigent, sed quòd ad natas sunt καὶ συμπεφυόται,

DE PRINCIPATV ANIMAE

& causa naturali, principi particulae, & quæ in ipsa dominatur animæ obedientia, & ad motus sustinendos apta se, & parata exhibent. Hactenus in medio esse motricem animæ uim, & quomodo reliquis membris ciendis sese habeat, pro eo, ut Aristotelei uidetur, exposui. Nunc quæ iure reprehendi in hac opinione possunt, partim supra dixi, partim nunc dicenda arbitror. Pleraque sanè non inepte dicuntur, nec ijs inuitus assentior, in ea error omnis est tamen, quod uim, atq; naturam cerebri, nervorum, muscularum mihi ignorasse uidetur. Quas præterea adfert rationes, non minus quadrant, atq; conueniunt, si principatus mouendi in cerebro collocatus sit, quam si in corde inclusus dicatur. Sed quæ nam sunt illæ? Nimirum causa naturæ, etiam si principatus in eis non sit, reliqua cieri membra. Altera, spiritu quoddam animā mouere, qui tamen ipse primus motor non sit, sed proximum animæ, & cognatissimum instrumentum. Tertia. Animam, quæ sit princeps in mouendo, prorsus secundum se immobilem, cum non sit corpus, sed in spiritu illo species. Corporis expers καὶ λόγος, qui tamen uim efficiendi, ac mouendi absq; corpore, & magnitudine nullam habeat. Si quæ præterea recte sunt ab eo dicta, tu pro tua industria persequere, atq; enucleatius rimabere, quæ enim in doles est ingenij tui atq; ais, prolixius ista disputari à me nihil

nihil oportebit. Habet igitur quid sentiam de con-
trouersia ea, quæ inter medicos & Aristotelicos
de principatu animæ contenditur, quod si tibi me-
am satis probavi, sententiam, atq; arbitrium meum
tibi non dissplicet, utra pars uincat, ex penes quam
sit potior ueritas, exquisitus iudicium, minus ana-
ceps & dubia fides, optime equidem tute cognos-
ces & iudicabis, sin aliud uisum tibi, quam mihi,
fuerit non recuso, quin à me dissentias, libe-
ra enim debent esse iudicia, nec uero ipsa astrina-
gi autoritate certorum hominum, aut cogi par est,
modo ne, aut contemptu aut odio Aristotelis, me
quicquam dixisse opineris, quem quanti fecerim &
semper faciam, haud nescius es puto. Istud autem à
te contendo, non quod diffidam uoluntati tuæ, sed
propter homines indoctos & malevolentes, à qui-
bus omnia, quæ inuidiose carpere & mordere pos-
sunt, animaduerti solēt. Sed nimis diute detinco &
est fortasse, ut alio te negotia tua uocent. BER N.
A RDVS. Assentior equidem tibi, nec est quod
uereare, ne aut refragari tibi, aut contradicere
uelim. Recte autem facis, cum propter inuidos
culpam, quam ego uideo nullam esse, depreca-
ris. Cæterum nimis equidem impudens essem fla-
gitator, si non aliquando respirandi, & quie-
scendi à disputando copiam facerem tibi, quantum

DE PRINCIPATV ANIMAE

atrig; nostrum facit absoluta, et perfecta harum
rerum tractatio, cui sanè abste differendo, à me au-
tem auscultando satis superq; factum reor.

FINIS.

MARTINI HILLERI HER-
renbergensis Tetraastichon.

Candide lector habe hunc modica breuitate libellū
In quo quid sapias discere rite potes
Nam docet hic animæ sita sit quæ summa potestas
Parte animantis, et in corpore, quoue loco.

Παῦλος ὁ Κριτικός τῶν νέων τοῖς
τῶν φυσικῶν λόγων ἐπιεμβούσιοις.
Σοὶ φιλογλώτῳ ποίεις εὖ ἐλεύθερον
αὐτὸν τεκνὸν αὐτοῦ ἀγαθὸν καί λογε
τάρροθός, μόχθῳ τόδε σοὶ πονήσας
μνῆμα μεγίστῳ.
Τόνδε συζητῶντος λάβε γόδ' ἐποίμως
Ἐαρ' ἔχέ φρεσμα, ἀνταποδονται οἱ δέ,
καὶ φίλας κοσμητὸς ἀγαθοῖσιν ἀντα-
ποδονταποῖσιν.
Θεῦρο γάναταδαξόμενοι νεορτοί,
τῆς φύσεως μυστήρια, τὰς δὲ θεάς,
ὧς πορὶ τυχῆς, αἴρετας γινώσκειν
απεύθετε ταρφαῖς.



PAVLVS KR EVR,

gus Lectori.

Omnia quæ queris Physices monstrabit et Index

Libri, Mens quo sit principe digna loco,
Inq; sinu sistet. Si quid dubit aueris ergo,

Mox compos uotis sic eris ipse tui,

Nostro congestum studio si Lector Elenchum

Hunc uoles, ut Theseus filia, Benigne sequi:

INDEX RERVM ET VER-

BORVM IN VTRQ; VE

opere memorabilium.

Absolutas iā artes labi atq;	rū, brutorum et plantarum permutari.	271	rum ad quod genus rerū
Academicorū ἐποχὴ refel-	pertineant.	48	litrur.
106	Actio inuoluntaria.	254	Accidens incorpore nullum
Accidens incorpore nullum	Actio mixta.	254	pars est corporis natu.
105	Actionū piarum aut impia-	255	Accidentia duplicita.
105	rum causa efficiens.	255	Accidentia quomodo in lo-
co.	Actionis proprietates,	114	72
Actio quando desinat.	115	Actio humanæ tripl.	254
Actio quid.	113	Actio passio unde.	131
Actio uoluntaria.	254	Actiones et passiones sunt	Actus, cuius impotentia na-
singularium, non uniuersalium.	turalis est, nullo modo est	62	uoluntaria.
Actions infantium, fatuo-	Actam perfectū et imper-	95	fictum

INDEX.

fectū quibus uerbis Gram	Aēris etymologia & syno-
matici significant.	nyma.
59	97
Actus perfectus & imper-	Aēris leuitas probatur . co.
fectus.	cod. Aēr quid.
	cod.
Actuum plurium potentiae	Aēris regiones tres, earūq;
licet sint naturales, tamē	temperaturae.
	cod.
actus ipsi in homine sunt	Aes quid. 167 Aestas. 91
uoluntarij.	255 Aestus quid.
	97
Actus primus duplex.	Aeternitas quid.
	76
Actus primus et secūdus.	Aether.
	82
Actus primus quid.	195 Aeuum quid.
	76
Actus secundus.	cod. Affectus bonus.
	247
Actus significata.	58 Affectuū causæ efficiēt.
	225
Admirationem in animis ho-	Affectus cur motus ani.
minum ignorantia, sapi-	Affectus mali, non cū bonis
entiam admiratio pepe-	solum, sed inter se quoq;
rit.	272 pugnant.
	247
Adumbrata & ficta notitia	Affectus malus.
	cod.
proscientia.	268 Affectuū quatuor gene.
	225
Aegyptij sacerdotes.	273 Affectus quid.
	246
& eorundē in disciplinis	Affectus quinque diuisio-
indagandis studiū. ibidē	nes.
	246. 247
Aēr an humidissimus.	Affectus synonyma.
	247
Aēr an calidus & humi.	97 Agens ad causam efficientē
	Aēr cur humidior quam a-
	refertur.
	113
qua.	99.117 Agens duplex.
	113
Aēris effectus in mixtis.	98 Agere quid.
	22

INDEX.

<i>Agriculturæ laus.</i>	172	<i>Anima corporea et mortale</i>
<i>ἀργελαί.</i>	140	<i>lis.</i>
<i>ἀθητικὴ uis animæ.</i>	282.	<i>Anima cur actus.</i>
<i>ἀθητικὴ virtus aīe.</i>	258	<i>Anima cur actus etc.</i>
<i>Albert. operose disputat de</i>		<i>Anima cur actus corporis</i>
<i>alteratione.</i>	109	<i>organici.</i>
<i>Alimentum quid.</i>	202	<i>Anima cur actus corporis uia-</i>
<i>Alterari.</i>	190	<i>tam habētis potētia.</i>
<i>Alteratio à generatione qd</i>		<i>Anima cur actus primus.</i>
<i>differat.</i>	109	<i>Anima cur actus substantia-</i>
<i>Alteratio an cōpositio.</i>	131	<i>alis.</i>
<i>Alteratio duplex.</i>	109	<i>Anima cur corporis natu-</i>
<i>Alterationis causa effici-</i>		<i>ralis sit actus.</i>
<i>ens.</i>	eodem	<i>Anīe definitiōes quales.</i>
<i>Alteratio propriaque.</i>	eo.	<i>Animæ eiusq; partiū inqui-</i>
<i>Alumen quid.</i>	168	<i>sitionis ordo.</i>
<i>Amicitia Empedocli quid si-</i>		<i>Animæ eiusq; sciētia, adquæ</i>
<i>gnificet.</i>	198	<i>nam corpora etc.</i>
<i>Amicitiae ueritas anteponen-</i>		<i>Anima et corpori commu-</i>
<i>da.</i>	280	<i>nnes operationes.</i>
<i>Angelus quomodo in loco.</i>	72	<i>Anime etymologia.</i>
<i>Anima proprie quomodo ac</i>		<i>Animæ excellentia.</i>
<i>cipiatur.</i>	196	<i>Animæ humanæ ortus et in</i>
<i>Anima an sit.</i>	192	<i>corpora ingressus, secun-</i>
<i>Animæ an extraduce pro-</i>		<i>dum Platonicos.</i>
<i>pagentur.</i>	268	<i>Animæ humanæ origo, secū</i>
<i>Animabrum.</i>	199	<i>dum D. Augustinum et</i>

INDEX.

Hieronymum.	256	Animæ species uel partes
Animæ uis in corpore.	281	tres. 199
Animæ Embryonis secundū		Animæ species ut numeri se-
Ecclesiasticos.	257	habent. 199
Animæ Embryonis secundū		Animæ vegetatiæ et sensi-
Medicos.	257	tiuæ ortus. 257
Animæ immortalitatem E=		Animæ vegetatiæ obiectū
picurei atque impij non		& organum. 202
credunt.	262	Animæ vegetatiæ tres ope-
Animæ immortalitas ex A=		rationes. 202
rystotelis uerbis probari		Animæ virtutes sedecim se=
nequit.	eod.	cundū Platonicos & Pe-
Animæ immortalitatē phi=		ripateticos. 258
losophia probare &c. eo.		Animæ unde oriantur. 256
Animæ immortalitatem sa=		Animæ Hermothei Clazo=
cris literis docētibus cre=		menij extra corpus errauit,
dendum.	eod.	ac inde in corpus redijt. 201
Animæ mors prima & secū		Animæ hominis. 199
da, secundum Plato. 260		Animæ incorporea. 197
Animæ rationalis duæ pri=		In animalibus nervis & car-
mariæ partes.	230	ne carentibus organum
Animæ sensitivæ orga=		tactus. 208
num.	206	de Animalibus qui scripse=
Animæ sensitivæ parti=		rint. 176
tio.	codem	Animalis acceptio, 175
Animæ sensitivæ obie=		Animalis motus prosecuti=
stum.	codem	ui species. 228
		Animalis

INDEX.

- Animalis motus prosecuti= Animantium causa forma-
 uis quomodo fiat. 227 lis. 179
 Animalis motus quid, eiusq; de Anima Philosophorum
 obiectum. 226 controversia unde orta
 Animalium aliarumq; rerū sit. 196
 cum pluuiā decidentium de Anima Philosophorum
 generatio. 142 opiniones. 196
 Animalium in mari uiuen- Anima plantarum. 199
 tium, quot genera secun- Anīa φυξι undē dicta. 197
 dum Plinium. 182 Anima quid. 198
 Animalium materia pro- Anima rationalis nō orga-
 pinqua. 178 nica. 23
 Animal quid. 175 Anima rationalis quid. 230
 Animam compositam ex e- Anima rationalis, sensitivae et vegetatiuae officia
 lemētis qui putarint. 197 quoq; præstat. 230
 Anima motiuia in corporib.
 inanimatis an sit. 200 Anima sensitiva quid. 205
 Anima motiuia quid sit. ibid. de Animas separata à corpore
 in Anima naturæ ordo. eod. re cuius intersit tractare.
 αὐθεωπομορφίται hæreti- Anima tanquam ta- (191
 ci. 236 bula rasa. 234
 Animantia media quotupli- Anima vegetatiua qd. 202
 cia. 177 Animus propriæ quomodo
 Animantia operationib. sen- accipitur. 196
 sitius quæ careant. 206 Annus Platonis magnus. 86
 Animantiū causa effici. 179 Annus Solaris. ibidem
 Animatiū causa finalis. 181 Appollonius Tyaneus mi-
 racula

INDEX.

- Vacula edidit. 260 duplex est centrum. 100
 Appellatio fit à digniore. 23 quare. 101
 Appetitiua uis aīe que. 224 Aquam altiorem esse terra
 Appetitus. 224 probatur. 99
 Appetitus cōcupiscib. 224 Aqua quid. eodem
 Appetitus irascibilis. 224 Aqua salubrior & melior
 Appetitus intellectiuus. 220 que. 147
 Appetitus organum & ob= Aqua thermarum, maris,
 iectum. 225 fluminum & fontium nō
 Appetitus sensitiuus. 201 est elementum aque. 108
 Appetitus sensitiuus duplex Aquatiliaque. 181
 eiusq; organum secundū Aquatilium differentia. eod.
 Platonicos. 224 Aquatilium exanguium se-
 Appetitus uaria nomina, co cundū Plinium tres spe-
 rumq; causæ. 224 cies. eodem
 Apū solertia & politia. 155 Aquatilium exanguium un-
 Aqua anfrigida. 100 decim species secundum
 Aqua calida citius congelaz Albertum. eodem
 scit quam frigida. 144 Aquatiliū generatio & pro-
 Aqua cur extrinsecus magis lifatio. eodem.
 humectet quam aér. 99 Arabes, meteora ignita quo
 Aque effectus in mixt. 100 modo uocent. 137
 Aque locus. 99 Arbor quid. 172
 Aque motus. 100 Arborum differentiae. eod.
 Aque rotūditas proba. eod. Archicauirtus. 259
 Aqua & terra unum corpus Architæ lignea colubra. 194
 sphæricū cōstituit, cuius Auena. 169

Argumentis

INDEX.

Argumentis tanquam Achil li pugnare.	282	Artis causa.	23
Arietem iugulatum dempto capite ambulasse iuxta A uerroem.	283	Artis cognata.	ead.
Arietem iugulatum dempto capite ambulasse iuxta A uerroem.	283	Artis partes.	22
Arietem iugulatum dempto capite ambulasse iuxta A uerroem.	283	Artis significata.	22
Argentum uiuum quid.	169	Artium appellatio unde su=	
Argentum quid.	165	menda.	23
Aristoteles intellectum per=		Artium differentia.	22
petuum atq; inseparabilem		Artium usus in pace.	272
facies quo respiciat.	227	Arx in qua se Aristot. tutum	
		putauit.	277
Aristo. quomodo antiquiss.		Assensus dupl.	259.
uocet Philosophiam.	275	Assub apparenſ et c.	140
Arist. à multis inferioris et=		Assub ascendentēs.	137
tatis reprahensum.	275	Assub descendētēs.	138
Arist. sibiſe cōtrarius.	278	Atomi Epicureorū quid fi-	
Aristotelis error.	269	nificant.	128
Arist. octolibri Physicorū,		Attractio.	203
cur de auscultatione Phy- ſicat titulum habeant.	2	Auctum quid.	110
Aristoxeni de aniā sentētia.		Auditio quomodo fiat.	213
Ars memoratiua.	241 (197)	Auditus obiectū, et organū.	
Ars quid.	21	Auditus quid. eod.	(212)
Arteria quid.	227	Augen triplex.	110. (281)
Artifices scelerum.	273	Augmentatio an compoſi- tio.	131
Artificialis rei species.	24	Augmetatio et nutritio qd	
Artificialiū rerū partes, eo.		differant.	204
Artificialis res quæ. eodem		Augmetatio in solis anima- tis	
	23		

INDEX.

- tis corporibus fit propri-	Aristoteles ἐντελέχεια�
um. 109	& Cicero motionem cō-
Augmentationis propri-	tinuatam. 58
um. 110	Bona omnia omnia citius a-
Augmentatio quid. 204	mitti quam parari. 271
Auroræ causa. 152	Bonorum studiorum interi-
Aurora cur significet pluui-	tus. 270
am plerunq;. 152	Bonum duplex. 48
Aurum quid. 167	Bonum idem quod finis.eod.
Autoritas pro ueritate. 268	Bonum uirum primis moti-
Autoritates quam ueritatē	bus non autem secunda-
magis sectantes quid lu-	rijs obnoxium esse. 246
crentur. 268	Bruta an habeant aliquam
Autoritatibus hominū post-	rationem. 228
habitaueritate parere no-	Bruta Græcis ἀλογα. 228
xium. 268	C
Autumnus. 91	Calculi uesicæ & renū quo-
B	modo generentur. 168
Barbaries nostrorum tem-	Calor naturalis. 204
porum. 273	Calidum quid. 117
Bicongius Ciceronis filius	Calidū quomodo siccet. 120
cur dictus. 175	Calor quotuplex. 134
Bilis appetitus organū. 225	Campus. 103
Binarius. 198	Candela alteram accen. 139
Biobάvator. 189	Candela ardens. 138
Bitumen quid. 168	Capræ saltantes. 139
Boetius actum vocat, quod	Castor & pollux. eodem
	Casus

INDEX.

Casus ex fortuna quid diffe-	nnonnunquam.	52
rari.	54 Causa quid.	38
Casus cum fato, natura, ar-	Causarū ad effectus cōpara-	
te, & libero arbitrio af-	tio, quomō fieri debeat.	56
finitas.	55 Causarum catena.	42
Casus quid.	54 Causarū cognitio quare ne-	
Casus significaciones.	cessaria.	37
Catena aurea apud Hom. 11	Causarum communia &	
Caulis quid.	171 propria.	56
Causa an sit ulla.	38 Causarum dignitatis et grā-	
Causa à principio quid dif-	dus ordo.	56
ferat.	38 Causarum diuisiones trede-	
Causa efficiēs pie aut impie	cim. 38. & sequentibus.	
factorum.	255 Causarum & effectuum cir-	
Causa efficiens quæ.	culus.	8
Cause efficientis diuisio-	Causarū omnium cōmunis	
nnes.	usus.	56
Cause efficientes uolūtarie	Causarum plurium interdū	
ratio & uoluntas.	unus finis.	50
Causa internæ à Cicerone	Causarū propria officia.	42
partes nominantur.	Causarum quatuor quesiti-	
Cause quæ certiores.	ua, quibus elicuntur.	39
Cause quo ordine inquiren-	Causarum sexta diuisio, the-	
de.	ses et hypotheses gignit.	40
Cause secūdæ præcipu.	8. 13 Causarū tractatio apud A=	
Cause significata.	rיסטotelem, quem usum	
Cause unius plures effectus	habeat.	56

INDEX.

<i>à Causa uniuersali omnes a=</i>	<i>Ciceronis filius, cur Bicongl</i>
<i>liæ dependent.</i> 40. 47	<i>us sit dictus.</i> 175
<i>de Causis & effectibus regu</i>	<i>Circumstantiae.</i> 60
<i>læ topicæ.</i> 52	<i>Cleopatræ unio quanti aesti-</i>
<i>de Causis regulæ octo.</i> 42	<i>matus sit.</i> 118
<i>de Causis tractationis brevis</i>	<i>Cœlestia corporata tantum mo-</i>
<i>epilogus.</i> 57	<i>tu locali mouentur.</i> 11
<i>Cerebrum frigidiss.</i> 277	<i>Cœlestia quomodo agant in</i>
<i>Ceruisia.</i> 39	<i>inferiora.</i> 134
<i>Chalybs quid.</i> 167	<i>de Cœlestibus orbibus tra-</i>
<i>Chaos Poëticum.</i> 31	<i>ctare cuius intersit.</i> 85
<i>Xæropæ.</i> 140	<i>Cœlestis influentia animo-</i>
<i>Xæropæ VVittenbergæ ui-</i>	<i>nat necessitatem humanis</i>
<i>sum.</i> eodem	<i>actionibus.</i> 91
<i>Cholerici & Melancholici</i>	<i>Cœlestis influentia quid.</i> 83
<i>cur parum dormiant.</i> 221	<i>Cœlestis motus causa effici-</i>
<i>Cholericorū affectus.</i> 226	<i>ens.</i> 84
<i>Chordæ quid, & unde ori-</i>	<i>Cœlestium orbium motus.</i> 86
<i>antur.</i> 227. 228	<i>Cœli concentus & harmo-</i>
<i>Christianismum sacræ lite-</i>	<i>nia quid.</i> 85
<i>ræ solæ docent.</i> 261	<i>Cœli & corporum cœlestium</i>
<i>Cicero de atomis quid di-</i>	<i>materia.</i> 83
<i>cat.</i> 127	<i>Cœlestium orbium numerus</i>
<i>Cicero & Rodolphus quid</i>	<i>& ordo.</i> 85
<i>uocent effectum.</i> 51	<i>de Cœli materia et forma co-</i>
<i>Ciceronis de natura Deorū</i>	<i>trouersia inter Physi.</i> 45
<i>triūlibrorū argumen.</i> 7	<i>Cœli motus qualis.</i> 84
	<i>Cœli</i>

INDEX.

Cœli proprietates.	83	Coloris species septem.	210
Cœli situs.	82	Color quid eiusq; causa effi-	
Cœli significata.	eodem	ciens.	eodem
de Cœlo et mundo tractati-		Colubalinea archite.	294
onis cōmendatio.	78	Comatus cometa.	151
in Cœlo plures motus.	83	Cometa caudatus.	eodem.
de Cœlo quo ordine doceat		Cometæ et Galaxie natu-	
Aristoteles.	82	ra.	eodem
Cœlum an in loco.	87	Cometa quid.	150
Cœlum non uidetur.	88	Cometarum species tres.	151
Cœlū quatenus simplex et		Cometarum tempus et mo-	
quatenus cōpositū.	6. 7.	tus.	151
Cœlum quid.	82	Cominus pugnare.	277
Cœlum serenum, cur cœru-		Commentarij huius parti-	
leum uideatur.	153	tio.	2
Cœlum tripliciter agit in		Commentarij huius quatuor	
hœc inferiora.	83	librorum argumen-	
Cœlum unde dictum.	82	ta.	91. 92
Cognitio à posteriori.	237	Commentarij huius quatuor	
Cognitio à priori.	eodem	librorum capit 2. et se-	
Collis.	103	quentibus.	
Colloquentes de principatu		Cōmunem sensum in Corde	
Animæ cur patrē et A-		Arist collocat.	277
unculum fecerit.	270	Cōmunis sensus Index atq;	
Collatis signis pugnare.	277	cognitor.	eodem
Colores uirgarum in nubi-		Complexio ad pondus et ad	
bus unde.	155	justitiam.	118

INDEX.

- Cōplexio quid & quot. eod. Conscientia quid. eodem
 de compositione corporis Consequentia que. 66
 naturalis tractationis u= Consilia optima cur fallan-
 sus. 131. 132 tur saepissime. 55
 Compositionis cognata. 131 Consolatio que à ratione
 Compositionis diuersa. eod. est ægris efficax Medi-
 Compositionis effectus. eod. cina. 272
 Cōpositionis efficientia ex= Consuetudo. 255
 terna et interna. 129. 130 Contactus continuus. 112
 Cōpositiōis exēpla. 126. 131 Contactus proprij due con-
 Compositionis finis. 130 ditiones. 111
 Compositionis forma seu mo Cōtactus proprius quid. eo.
 dus. 127 Cōtactus trifariā dicitur. eo.
 Cōpositionis materia. 126 Contactus uirtualis quid &
 Compositionis nomina. eod. quomodo fiat. 112
 Compositionis partes. eod. Contiguaque. 66
 Compositionis species. 125 Contingens. 14
 Compositio quid. 126. 104 Contingentia fortuita. eod.
 Compositū corpus quid. 133 Contingētia uoluntaria. eo.
 Conceptus duplex. 235 Continui proprietates. 66
 Conceptus quid. 258 Continuum quid. 65
 Condensatio quid. 110 Controuersiae de rebus ob-
 Conscientiæ differentiæ ea= scuris inter peripateticos
 rumq; cause. 246 medicos. 269
 Conscientiæ iudicium quo= Conuallis. 103
 modo fiat. 245 Cor ad pectus prominere, &
 Conscientiæ officia. 244 Cor in medio. 284

INDEX.

- Cor in quo uitæ principium, turam prodit. 186
 motus & sensus. 284 Corporum compositio qua-
 Cor calidiss. 277 druplex. 178
 In corde omnem uitam con- Corporū compesitorū natu-
 tineri. eodem raliū quinq; species. 133
 In cordis sedem omnia con- Corporum resolutio an pro-
 gesit Arist. 282 xime fiat in materiam pri-
 Cordis calor ad refrigeran- mam. 108
 dum cerebrum. 287 Corporum sectores. 280
 Cor uenarū principiū. 288 Corpus anima uegetari. eo.
 Corallium. 169 Corpus cōpositū quid. 133
 Corpora dolentium & gra- Corpus duplex. 190
 uioribus affectibus obno- Corpus mixtum quid. 105
 xiorum, cur tabe & ma- Corpus mobile. 190
 cie conficiantur. 187 Corpus naturale mobile
 Corpora opaca, non opaca, quid. 6
 lucida, luminosa &c. 208 Corpus organicū quid. 197
 Corpora quæ magis aut mi- Corruptibilitatis rerū cau-
 nus obnoxia morbis. 180 sa. 108
 Corpori insunt animalis quæ Corruptionis causa effici-
 per se anima nunquam ens. 107
 præstaret. 280 Corruptio generalis & spe-
 Corporis & animæ opera- cialis. 107
 tiones. 191 Corruptio quid. 112. 107
 Corporis ad animam compa- Corruptio specialis propria-
 ratio qualis. 195 & impropria. 107
 Corporis habitus animi na- Corruptio uxius est genera-
 r 3 tio

INDEX.

<i>tio alterius.</i>	107	<i>pud ethnicos quid signia-</i>
<i>Corruptio à generatione</i>		<i>ficit.</i>
<i> quid differat.</i>	108	<i>Deos prophanos nihil esse ip-</i>
<i>In Corrupto an aliquid for-</i>		<i>sorum etiam gentiliū iu-</i>
<i> mē remaneat.</i>	108	<i>dicio.</i>
<i>Corusca. seu fulgurqd.</i>	159	<i>Destinatum quid.</i>
<i>Cristallus.</i>	169	<i>Deum esse quid probet.</i>
<i>Cur natura frigidius sit ce-</i>		<i>Deum pro agnitione uerita-</i>
<i> rebrum.</i>	278	<i>tatis orandum esse.</i>
<i>Cuprum.</i>	167	<i>Deum unum esse quomodo</i>
<i>Curæ Etymologia.</i>	187	<i>probet Lactantius</i>
<i>Currentem in citare.</i>	285	<i>Deus quid.</i>
D		
<i>Damascenus synteresin ap-</i>		<i>Deus quomodo in loco.</i>
<i> pellat uolūtate ratio.</i>	242	<i>72</i>
<i>Dasypodes.</i>	286	<i>Dialogo cur de principatu</i>
<i>Deficiente sanguine calorē</i>		<i>Animæ differuerit.</i>
<i> non abundare.</i>	278	270
<i>Deglutire.</i>	274	<i>Dictamē rationis quid.</i>
<i>Dei cognomina apud Phys-</i>		243
<i> icos.</i>	8	<i>Dictaminis rationis offici-</i>
<i>Dei uera cognitio ex sacris</i>		
<i> literis petenda.</i>	8	<i>Dies naturalis.</i>
<i>Demensum diurnum.</i>	174	86
<i>Demensum menstruum.</i>	175	<i>Digestio eiusq; tres opera-</i>
<i>Deorum tantus numerus a-</i>		<i>tiones.</i>
<i> </i>	8	203
<i> </i>	8	<i>Digestionis ordo quadru-</i>
<i> </i>	8	<i>plex.</i>
<i>Diminutio quid.</i>		203
<i>Dinarchi de anima opis</i>		
<i> </i>	110	
<i>Diræ & furie apud Poëtas</i>		
<i> </i>	297	
<i> </i>	9	<i>quid</i>

INDEX.

quid significant.	245	Echo quid ex quomodo si-
Discontinuum.	65.	66 at. 213
Discendi auditas.	275	Effectus diuisiones. 50
Discendi cupiditate uigere studia.	275	Effectus efficientis. 51
Difſita uel non coherenta.	65	Effectus finis. eodem
Diuiuum quid.	66	Effectus forme. eodem
Diuinatio ex insomnijs.	223	Effectus idem diuersarū interdum causarum. 51
Dolium.	140	Effectus proprietates. 52
Draco uolans.	eodem	Effectus quid. 50. 52
Dulcia leuiora quare.	148	Effectus species. 51
Durabilitatis caſe.	204	Efficiens caſa que. 47
Duratio quid eiusq; caſa efficiens.	105	Efficiens extēnum quadruplex. 47
δυσυχία.	55	Efficiens particula re quo modo agat. 47
E		Efficientia. 129
Ebrijs cur pleraq; duplia uideantur.	215	Efficientis caſae diuisiones 47. Ex sequentibus.
E corde ad iecur emanare sanguinem.	286	Electrum. 169
Ecclesiasticorū ſententia de mundo.	81	Elementa. 92
Echo cur ultimas tantum uoces repetat.	213	Elementa anſint. eodem
Echo quid.	159	Elementa corpora ſimplicia quomodo composita vocari poſſint. 104
	74	Ele-

INDEX.

Elementa nō esse prima prin-	Empedocles.	198
cipia.	28. 36 ἔμφυτοι πνεῦμα.	298
Elementa quatenus simplicia	ἐναιμα.	287
et quatenus cōposita.	6.7 ἐντελέχεια.	179
Elementa quatuor esse pro-	ἐντελέχειας significata.	58
batur.	94. 118 de ἐντελέχειας uocedoctoris	
Elementa quomodo maneāt	rum controuersia.	193
in mixtis.	129 Ἐνέργεια.	eodem
Elementa quomodo simpli-	Entia rationis.	219
cia & pura.	122. 124 Eorūque sunt diuisiones.	53
Elementa secundum partes	Epar.	286
quomodo in se mutuotrās	Ephesini tēpli incendiū.	161
mutentur.	123 Epicureorum Atomi quid si	
Elementa secundum se tota	gnificant.	128
quare nō transmutē.	123 Epicurei atq; impij immora-	
Elementi acceptiones.	talitatem animæ non crea-	
Elementi etymologia.	dunt,	260
Elementorum figura.	95 Epicureorū de fato & pro-	
Elementorū modo.	87. 95 uidentia opinio.	9
Elementum quid.	9. Epicureorū sententia de for-	
Ἐλέγια.	298 tuna.	52
Embryo an corpus ani.	195 ἐπισημονικόμuis aniæ.	259
de Embryone & spermate	ἐπιθυμιτικόμuis aniæ.	258
disputatio.	180 ἐποχὴ Academicorū refel-	
Embryo qua anima uegetat-	litur.	106
tur & sentiat.	268 ἐρμηνευτικόμuis aniæ.	269
Embryon quid.	180 Error.	248
		Error

I N D E X.

Error Arist. de principe lo-	Fatalis ordo secundum Peri-	
co Animæ.	276 paticos.	10
Erroris parens.	268 Fatalis res dupliciter acci-	
Error quid.	54 pitur.	12
Essentia quinta.	179 Fati effectus.	eodem.
Euentus fortuitus duplex.	55 Fati necessitas quo ad homi-	
Euentus fortuitus quis.	54 nem.	11
Euentus quid.	12 Fati tractatio quo animo le-	
Euripidis de pulcritudine uersus.	genda sit.	12
	289 Fato an omnia fiant.	9
Exanglia quotuplicia.	176 Fato quærelis non reluctan-	
Exhalatio quid.	136 dum.	272
Experientia.	248 Fatum	272
Explicandis causis somni la- psum Aristotelem.	Fatum an sit,	eodem
Expulsionis modi.	293 Fatum à prouidentia quid	
Ἐνθυμία	204 differat.	10
Ἐντυχία.	245 Fatum astrologicum.	9
Ἐνφέσατος τόπῳ οὐ μέ- σῃ.	55 Fatum & prouidentia an ne-	
	cessitatem imponant cau- sis & euentibus.	eodem
F	Fatum duplex.	8
Facere quid.	22 Fatum Physicum.	9
Factiose & contumaciter de- fendere.	Fatum quid.	eodem
	278 Fatum unde dicatur.	8
Factorum pie aut impie cau- sa efficiens.	Fax lata.	140
Falsum Arist. antecedens.	(287 Ferrum quid.	167, 174
	Fides.	248

I N D E X.

- Finis plures eiusdem rei in-** Fontium uirtutes ac miracu-
terdum. 50 la, 146
Finis diuisiones. 49 Fontium generationis mo-
Finis & causa finalis quid dus. 145
differant. 49 Fontes cur in montiū summi
Finis proprium officium. 50 tatibus interdum. 145
Finis quando causa & quan- Fontes & flumina in hyeme
do effectus. 40 calida, in estate uero fri-
Finis quid. 49 gida quare. 147
Finis ultimus duplex. 49 Fontibus generandis loca a=
Finitum quid. 65 ptiora, 146
Flatus cur nō uideatur. 161 Fontium atq; fluminū diuer-
Flexus cubiti. 296 sitatis cause. 145
Flumen quid. 146 Fontiū & fluminū materia
Flumina & fontes cur non= secundum Physicos. 145
nunquam absorbeantur, Fontium & fluminum or=
deficiant, aut recenter ena= tus secundum sacras lite=
scantur. 146 ras. 144
flumina cur modo maiora, Formæ an aliquid in corru=
modo minora. 148 pto remaneat. 108
Flumina quare interdum in Formæ diuisio. 32
hyeme decrescant. 146 Formæ primæ materia, for=br/>
Fluminum aqua cur dul= ma, efficiens, et finis. 34
cis= 148 Formæ ratione agit quid=br/>
Fluminum & fontiū mate= quid agit. 51
ria secundū Physicos. 145 Formæ secundæ appellatio=br/>
Fœlicitas politica. 261 nes earumq; ratio. 45

INDEX.

de Formæ secundæ producti	dentaria.	104. 125	
onè uariæ Philosophorū fortunæ cum fato, Natura, opiniones.	45	Arte & libero arbitrio	
Formæ significattiones.	32	affinitas.	55
Formæ uaria nomia.	34.36	fortunæ effectus.	12
Forma non est locus.	71	fortuna quid.	33
Forma non nascitur ex ma- teria.	127	fortunæ uariæ acceptio.	53
		de fortuna uariæ opinione	s
Forma particularis à cōmu- ni quid differat.	46	Philosophorum.	52
forma prima quid.	36	frigidum quid.	115
forma prima quomodo co- gnoscitur.	32	frigidum quomodo hume-	
		et.	121
forma principium acti- uum.	17	frigus quotuplex.	135
forma principiū in quo præ dicamento.	34	fructuum usus.	173
Forma quare dicatur cōmu- nis.	32	frugum inuentores.	173
		frutex quid.	173
		fulgetri noxa.	160
		fulgetrum quid.	160
forma secunda alia ingene- rabilis et incorruptibilis	ferant.	161	
alia generabilis & cor- ruptibilis.	45	fulguris causa.	160
forma secunda non principi um, sed causa.	eodem	fulmen quid.	161
forma secunda quæ.	44	fulminei lapidis gene.	162
forma substantialis & acci		fulmineus lapis quomodo speciestres.	162

INDEX.

- Fumi an sint.** 136. 142 *Gemmæ cur Indis & Aethi-*
Fumi plures & crassiores *opibus magis quam nobis-*
unde. 232 *nascantur.* 169
- Fumos non esse exiguos de-** *Gemmarū uirtutes unde. eo.*
monstratur. 136 *Generatio ab alijs mutatio-*
Fumus duplex. 136 *nis speciebus quid diffe-*
Fumus unde excitetur. 140 *rat.* 107
- Fundamentum disputatio-** *Generatio à corruptione qd-*
nis Arist. tres habet ra- *differat.* 108
tiones. 287 *Generatio generalis & spe-*
- Furiæ et Diræ apud Poëtas** *cialis.* 107
quid significant. 245 *Generationis causa effici-*
- Furiosis cur pleraq; dupli-** *ens.* 107
cia uideantur. 215 *Generationis impedimen-*
G *ta.* 180
- Galaxiæ et cometæ nat.** 151 *Generatiois instrumēta. eo.*
Galaxia quid. 151 *Generatio propria quid* 107
Galaxia quo tempore et ubi *Generatio specialis pro-*
in cœlo cōspiciatur. eod. *pria & impropria.* 107
- Galeni locus.** 288 *Generatio unius, est corru-*
Galenum Anatomiae cogni- *ptio alterius.* 107
tione Aristote. superaf- *Geometræ quomodo centrū*
se. 269 *in circulo querant.* 283
- Galenus Arist. carpsit.** 275 *γνώμη.* 291
- Galenum Anatomia presti-** *Grammaticæ finis.* 25
tisse. 260 *Grandinis & Niuis uapor*
- Gemmæ.** 169 *quid differat.* 143
Grandinis

INDEX.

- Grandinis figura. 144 Habitus intellectui secundum
 Grandinis locus. 144 Aristotelem. 249
 Grandinis vapor qualis. 144 Habitus uoluntarij ex intel-
 in Grandine quare animalia lectui obiectum. 251
 interdum, aut aliæ res re Habitus uoluntarij non sunt
 periatur. eodem in corpore. 257
 Grando quid. 144 Habitus uoluntatis duo. 150
 Grando quare cum pluia de- Habitus uoluntatis quid ex-
 cidat. 144 quot duplex. 252
 Graue quid. 59 Habitum uoluntatis causa
 Gustatus et tactus 280 efficiens. eod.
 Gustus ægrotantium depra- Halocur saepius subluna. 153
 uatus quare. 214 Halonis locus. eodem
 Gustus cum tactu affini- Halo quando serenitatem si-
 tas. 214 gnificet. 164
 Gustus obiectum, organum Halo quando significet plu-
 et medium. 214 uiam. 163
 Gustus quid. 213 Halo quando uentos signifi-
 Gustus utilitas. 214 cet. 153
 Guttarum diuersitas un= Halo quid. 153
 de. 142 Halosanguineicoloris. eo.
 Gymnasia Philosophorum. Harmonia quid. 88
 (275) Herba quid. 172
 H Herbarum differentiae. eod.
 Habitus animalij innati, a= Hermothœi Clazomenij a=
 alij acquisiti. 249 nima extra corpus erra-
 Habitus electiuus quid. 251 uit ex inde in corpus re-
 dit

INDEX.

dijt.	201	Hominum in absoluendis ar-
Heroica uirtus.	259	tibus studium. 271
Heroicæ uirtutes unde.	11	Hominum peruersitas. 12
Hesiodis sententia de compen-		Homo. 185
sandis muneribus.	265	οὐρανὸς quid. 115
Ἔπειρογενὲς quid.	115	Homo μηδοκόσμος. 78
Hierarchica uirtus.	259	Homo sibi ipse est causa maa-
Hippocrates et Aristo. in=		li. 12. 254
terdum conuenire uiden		Honorū populares sumi. 273
tur.	290	Horizon. 212
Hippocratis πόπι Κιλοπο		Horizōtis semidiameter, di-
vias sententia.	274	ameter, circūferentia et
Hirsauiæ amoenitas.	267	tota area quanta. 212
Homeri locus.	291	Humanæ conditionis mise-
Homines quare in æstate mi-		seria. 271
nus, in hyeme magis fa-		Humidi natura. / 98
mescant.	116	Humidum quid. 115
Homines malevolentes et		Hyems. 91
indocti.	200	I
Hominis ætates secundū Me		Idea an causa formalis an ef-
dicos quatuor.	188	Idea quid. 46 (ficiens. 46
Hominis ætates; septem, se-		de Ideis Pseudoplatonicorū
cundum alios.	eodem	error. eodem
Hominis anima.	199	Iecur. 286
Hominis corpus.	185	Ieiunij finis. 49
Hominis ortus.	eodem	Ηγεμονικόμ.
Hominis partes.	eodem	Ignis elemēti effectus in mi-
		xtis

INDEX.

- x̄tis. 96 sophia probare negl. 262
 Ignis efficaciam quæ repr= Immortalitatem animæ sa=
 mant. eod. cris literis docētibus cre=
 Ignis elemēti effectus insua dendum. eodem
 ſphera. eo. Imperij propagandi studi=
 Ignis elementum à nostro i= um. 271
 gne quid differat. 97 Impij atq; Epicurei non cre=
 Ignis elementum cur non ui dunt immortalitatem a= deatur. 96 nimæ. 262
 Ignis elementum quid pro= Imprægnatio animaliū. 180
 prie. eodē Incendia ubi facta. 97
 Ignis fatuus. 139 Incorruptibilia et ingenera
 Ignis lambens. 139 bilia quatenus immobilia
 Ignis noster quare non sit e= quatenus mobilia. 66
 lementum. 97 Individuum quid. 67. (274)
 Ignis noster quotuplex. 97 Inertia omni sensu uacua.
 Ignis perpendicularis. 138 Infinitū in rerū natura nul=
 Ignis uolitans. 161 lū, præter solum Deū. 65
 Imagines unde fingātur. 219 Infinitum quid. 65
 Imber quid. 142 Influentia cœlestis quid. 83
 Immortalitas animæ ex A= Ingeniosioli. 273
 ristotelis uerbis probari Ingenio ualentibus cur magis
 nequit. 262 obliuiosi. 141
 Immortalitatem animæ Epi Ingratus quis. 265
 curei atque impij non cre= Infecta quæ, et quare sic di= dunt. 261 Insectorū et uer= (Ita. 182
 Immortalitatē animæ philo miū differentia. eodem

INDEX.

- Insectorū generatio & pro-** Intellectus agens & paſſibilia
 lifatio. eodem lis quomodo differat. 232
- Insectorum mores & inge-** Intellectus agens quid. 231
 nia. 182 Intellectus à uoluntate quid
- Insectorū partes & mem-** differat. eodem
 bra. 182 Intellectus compositus. 233
- Inspectio patefacti corpo-** Intellectus compositus du-
 ri. 2279. plex. eodem
- Institutio puerilis à primis** Intellectus cum sensu in qua-
 annis qualis sit plurimū bus conueniat. 234
 refert. 255 Intellectus cum pro paſſibilia
- Instrumenta artificum ad** possibilis quibusdam uo-
 causam efficientēm per- cetur. 231
 tinent. 47 Intellectus & rationis diffe-
 rentia. 233 239
- Intellectio.** 233
- Intellectus appetitus.** 201 Intellectus & sensus quomo-
 do differat. 234
- Intellectū agentem immor-** tales Aristoteles cur se= Intellectus habitu quid. 233
 paratum à materia faci= Intellectus paſſibilis qd. 232
 at. 232 Intellectus practicus qd. 233
- Intellectum agentem omnia** ad Intellectū pertinētia. 230
 facere, paſſibilem omnia Intellectus propria offi. 234
 fieri quomodo intelligen Intellectus proprium obie-
 dum. 233 ctum. 220
- Intellectum perpetuum esse** Intelle. quomō diuīda. 231
 &c. quo referendū. 262 Intellectus significata. 231
- Intellectus actu quid.** 233 Intellectus simplex. 233
 Intellectus

INDEX.

Intelle. speculatiuus qd.	233	Iridis colores.	154
Intellectus uel mens qd.	241	Iris quare uaricolor. eodem	
Intellectus uniuersalia ordi=		Iris quid.	154
ne intelligat.	238	Iudicia debet esse libera.	200
Intelligendi modus.	236	Iuppiter.	90
Intelligēdi modi quinq;	256	Ius quid.	242
Intelligendi normam litigi=		Iuxta rectam rationem ui=	
osos amittere.	268	ctoria.	277
Intelligentia.	281	Kαθαρεύιντος.	260
Intelligentia quid.	248	Kαθαρτικός uis anīe.	260
Intelligentiae.	68	καρδία εἰ τοῖς ἔμπο=	
Intelligibile obiectum.	255	θερ.	284
Intentio.	219	καρδία αρχή τῆς ζωῆς	
Intentio quid.	217	καὶ πάσης κινήσεως καὶ	
Inuenta hominum quid.	26	ἀισθήσεως.	284
Inuenta hominū qui descri=		κινητικός uis animæ.	258
pserint.	26	L	
Inuoluntaria actio.	254	Labor hominum inuestigan	
Iris altera interdum cur ap=		dissentij.	271
pareat.	255	Labes studiorū propter per	
Iris an fuerit ante Nahā.	155	fectionem fieri.	273
Iris cur arcuata.	154	Lactantij opinio de modo ui	
Iris cur nō eadem nubis par		sionis.	211
te uideatur ab oībus.	154	Lampas.	138
Iris cur nō integrisolisima=		Lancea ardens.	eodem
ginem referat.	eodem	Lapides ex lignis facti.	169
Iris cur rarior sub Luna.	155	Lapides lati et ampli, et	
		S non	

INDEX.

- non continui unde. 168 Liberum arbitrium coniunctum
Lapides quadrati 277 gitur uoluntati. 253
Lapides ubi generentur. 169 Liberum arbitrium in rebus
Lapidū diuersæ species pro diuersitate materiæ. 168 uoluntarijsquare necessaria sit. eodem
Lapidum & gemmarū causa efficiens. 169 Libri tertij huius commentariorum
Lapidum materia. 168 rijsubjectum. 133
Latio quid. 110 Librorum Aristotelis de
Latio triplex. 111 anima materia. 191
Legis naturæ causa efficiens. 242 Librorum Aristotelis de
 ad Legem naturæ pertinentia. 190
 principia practica. eodē Librorum Aristotelis de ge
Legis naturæ primaria precepta octo. 242 neratione & corruptio-
 ne materia. 160
Leue quid. 95 Lien. 286
Lex naturæ quid secundum Ciceronem. 242 Lineæ perpendiculares. 155
Lex quid. eodem Localis positionis sex differ-
Lex triplex. eodem rentiæ. 72
Liberi arbitrij finis. 253 Loci conditiones sex. 71
Liberi arbitrij obiectū. eod. Loci diuisiones. 72
 in Libero arbitrio duæ uires Locorum perpetuo ardenti
 animæ requiruntur. eodē tium causa. 156
 Liberum arbitrium an & in Locus Grammatice & physi-
 quibus rebus sit. 252. 253 sice quid. 71

INDEX.

- Locus Hippocratis. 289 Mare cur salsum & amara
 Locus Platonis. 295 rum. 148
 Locus immobilis primo qua Mare quid. 147.
 re. 72 Mare quomodo generetur
 Λογικόν uis animæ. 258 & corrumpatur. eo.
 Λογιστικόν uis animæ. eod Mare quotplex. 149
 Λογοθεῖδαλον Aristo= Maria omnia cur nō eodem
 telis. 294 tempore & modo recipi-
 Λόγον. 299 procent. 149
 Lucretius de atomis quid di Marina aqua quomodo dul-
 cat. 128 cis efficiatur. 148
 Lumen quid & unde. 209 Maris & fœminæ consuetu-
 Luna. 80 do & prolificatio. 180
 Luna quare inæqualiter lu= Maris locus. 147
 men in se recipiat. 88 Maris profunditas. 150
 Lusciis cur pleraq; duplia Maris reciprocationis cau-
 uideantur. 215 sæ. 148
 Lux quid & unde. 209 Maris reciprocatio qd. eos
 M (268 Maris reciprocationis spe=
 Machinatores flagitiorum. cies. 149
 Maiorum prudentia. eod. Maris substantia non &c.
 Manna animalibus & plan- 147.
 tis cursus exitialis. 143 Mars. 90
 Manna quid. eod. Materiæ prime &c. 30. 36
 Mare an elemētū aquæ. 147 Materiæ secundæ cū prima
 Mare cur non ex crescatur su= quid conueniat. 44
 per littora sua. 147 Materiæ significationes. 29

INDEX.

Materiæ uaria nomina.	37	Mathematica.	6
Materia corporum firmior		Mechanica an Philosophie	
redditur sex efficienti.	111	species.	1
Materia inquam prima qua		Mediæ cuiusdam naturæ es-	
litas operatur diligenter		se aërem.	295
est discernenda.	116	Medium corpus quod intera-	
Materia nō est locus.	71	iectū motrici est aīe.	298
Materia prima an sit.	29	Medulla.	278
Materia prima quid.	29. 36	Melancholici & Cholerici	
Materia prima quomodo co-		cur parū dormiant.	221
gnosci possit.	29. 30	Melancholicorū affect.	226
Materia principium in quo		Memoratiua ars.	241
prædicamento	34	Memoria artificialis.	ead.
Materia principium passi-		Memoriæ intellectiue obie-	
uum.	17	ctum.	241
Materia prima non est nisi		Memoriæ duo officia.	ead.
substantialis.	125	Memoriæ obiectum & or-	
Materia secunda alia inge-		ganum.	218
nerabilis & in corrupti-		Memoriæ officia.	eadem
bilis alia generabilis &		Memoria intellectiua.	241
corruptibilis.	43	ad Memoriam exacuendam	
Materia secunda à prima		quatuor sunt necessaria.	242
quid differat.	44	Memoria naturalis.	241
Materia secunda non prin-		Memoria quid.	218
cipium, sed causa.	46	Memoria sensitiua.	241
Materia secunda quæ.	43	Mensis.	86
Materia ignorantiae.	268	Mens uel intellectus qd.	231
		Mensurarum	

INDEX.

- Mensurarum uulgatiōra** *Metaphysica.* 6
 nomina. 174 *Metaphysicæ materia.* 198
Mercurius. 90 *Metaphysices quæ pars non*
Metalla corpora homoge- *necessaria, et quæ utilis.* 6
 nia. 166 *Metempsychosis pythagore*
Metallare quid. 164 *quid significet.* 256
Metallaria à meteoris quid *Meteora aquosa que.* 141
 differant. 165 *Meteora cur corpora im-*
Metallariū efficiēs caus. 164 *perfecta.* 190
Metallarium finis. 165 *Meteora cur sic uocētur.* 133
Metallar. forma triplex ib. *Meteora ignita.* 137
Metallariū materia. 164 *Meteora ignita ubi crebrius*
 de Metallaribus qui scripse- *appareant & quare.* 139
 rent. 190 *Meteora media que.* 150
Metalla ubi generētur. 166 *Meteora paucissima sub tor*
Metalli etymologia. 165 *rida zona cur sint.* 135
Metalli materia. eo. *Meteora plurima sub zona*
Metalli species septem. eod. *arctica habitabili quare*
Metalli triplex causa effici- *generentur.* eodē
 ens. 166 *Meteora regionum septen-*
Metallorū affinia. 167 *trionalium.* 135
Metallorum ductibilitas un- *Meteoron quid.* 133
 de. 167 *Meteororum aquosorum loc*
Metallorum forma. 165 *cus.* 141
Metallorum parentes. eod. *Meteororū aquosorum ma-*
 Metamorphosis corporū a- *teria.* eodē
 pud Poëtas qd signifi. 256 *Meteororū causa efficiens*
§ 3 remota

I N D E X.

<i>remota.</i>	134	<i>Mixtilia quomodo in cōpos-</i>
<i>Meteororū causa final.</i>	137	<i>sitione alterentur. eod,</i>
<i>Meteororū dictorū lo.</i>	139	<i>Mixtio & compositio cor-</i>
<i>Meteororum diuīsio.</i>	134	<i>poris an sit naturalis. 125</i>
<i>Meteororū diuersitas.</i>	141	<i>Mixtionis acceptiones. 121</i>
<i>Meteororum ignitorū cau-</i>		<i>Mixtio idem quod compo-</i>
<i>sa finalis.</i>	140	<i>sitio. 125</i>
<i>Meteoro. loca quatuor.</i>	136	<i>ad Mixtionem tres requirū</i>
<i>Meteororum materia.</i>	134.	<i>tur conditiones. 122</i>
<i>Meteororū materia propin</i>		<i>Mixtio non fit ex uno. 131</i>
<i>qua & remota.</i>	137	<i>Mobile. 6. 69</i>
<i>Meteororum mediorū pri-</i>		<i>Mobile actu. 70</i>
<i>mi generis species.</i>	150	<i>Mobile potentia. 70</i>
<i>Meteororū secundi generis</i>		<i>Monastica uirtus. 159</i>
<i>qua colorata dicūtur spe</i>		<i>Mons. 103</i>
<i>cies.</i>	codem	<i>Monstrorum causæ. 130</i>
<i>Methodus.</i>	22	<i>Monstrum quid. 25. 54. 185</i>
<i>Mineræ cur dictæ.</i>	164	<i>Morale principiū qd. 252</i>
<i>Minutiorib. philosophis de</i>		<i>Morale principiū cuiusuis</i>
<i>principe loco Animæ ce</i>		<i>sententia non est. eodem</i>
<i>dat oportet Arist.</i>	278	<i>Moralium principiorum u-</i>
<i>Mira probandi uis Aristote</i>		<i>sus. eodem</i>
<i>Mixta actio. 254</i> (lis. 276)		<i>Mors anime duplex secun-</i>
<i>Mixtile.</i>	121	<i>dum platonicos. 260</i>
<i>Mixtilia non statim resol-</i>		<i>Mors quid, 188. 170</i>
<i>uuntur in materiam pri-</i>		<i>Mor triplex. 183</i>
<i>mam.</i>	121	<i>Morti naturali que cōple-</i>
		<i>xio</i>

INDEX.

- xio minus obnoxia. 189 proprium officium. 62
 Mos quid et unde. 251 Motus medium seu interme= Motrix animæ uis. 277 dum. 70
 ad Motum continuum tria Motus naturalis quorum sit requiruntur. 66 corporum. 66
 ad Motum quemlibet requiri= Motus passio formalis. 69 runtur quinq;. 63 Motus quid. 58. 61
 Motus. 6 Motus quid uulgo signifi= Motus animalis prosecuti= cet. 61
 uus quomodo fiat. 227 Motus quilibet unus. 67
 Motus animalis prosecutui Motus significations apud species. 228 Physis. 60
 Motus animalis quid eiusq; Motus sursum, deorsum, à obiectum. 226 latere qualis. 95
 Motus an sit. 61 de Motu tractationis brevis
 Motus an sit idem cum suo epilogus. 77
 mobili nec ne. 69 que Moueantur uelocius,
 Motus diuisiones seu speci= que tardius. 86
 es, earumq; proprietates. 62. & sequentibus. Mouens duplex. 69
 Motus duplex respectus. 67 Mouentia quinq;. eod.
 Motus localis omnibus cor= Moueri. 6. 60. 190
 poribus est cōmunitis. 92 Multiformes sensuum spē= Motus localis différētiae. 24 cies. 283
 Motus materia forma, effici Munus animæ triplex. 289
 ens, finis, circumstantiae, Musculi. 293
 accidentia, effectus & Mundi appellations. 79
 5 4 Mundi

INDEX.

Mundi forma, efficiens, finis	Musculus quid.	227
effectus, & accidentia. 81	Mutatio corporū sit ratione	
&	82 materiae non formae. 105	
Mundi materia secundum	Mutatio quid, eiusq; causa	
Poëtas, Ecclesiasticos,	efficiens. eodem	
Peripateticos & Plato-	Mutationis species sex. eod.	
nem. 81	Mutatio totalis & particu-	
Mundi partes principales &	laris.	eodem
minus principales. 80	N	
Mundi partes secundum si-	Naphtha quid.	167
tum & secundum relati-	Natura ansit.	14
onem. 80	Natura duplex.	eodem
Mundus an æternus. 81. 82	Natura gubernatrix.	272
Mundus an in tempore. 76	Natura prorata portione	
Mundus finitus. 82	paria machinatur. 277	
Mundus perfectissimum cor-	Natura cum efficaciss. tum	
pus. eodem	solertiß. 289	
Mundus quatenus mutabilis	Naturam unū ad unum des-	
& quatenus immutabi-	tinasse. 277	
lis. 80	Naturæ actiones & uitæ qui-	
Mundus quid. eodem	planetæ gubernent. 91	
Mundus sedes DEI, & cre-	Naturæ causæ. 17	
aturarum. 82	Naturæ circūstantiæ, signa	
Mundus unde dictus. 79	indicia & accidentia. 18	
Mundus unustantū. 80. 82	Naturæ cognata. eodem	
Mundus uulgo & Theolo-	Naturæ diuersa. eodem	
gis quid significet. 79	Naturæ diuisio. 15. 16	
	Naturæ	

INDEX.

Naturæ in genere effect.	12	Necessarium quid.	14
Naturæ species.	17	Necessitas duplex.	13
Naturæ propria officia. eo.		Neruis carentes partes non	
Naturæ significata quat.	14	sentiunt.	208
Natura in quo prædicamen-		Nerui sensitiui & motiui un-	
to.	15	to.	228
Naturalis res à quibus diffe-		de orientur.	
rat.	20	Nerorum uis.	278
Naturalis res cur ita dica-		Neruorum amputatio.	279
tur.	19	Neruus opticus.	210
Naturalis res quid. eodem		Nestor in concionibus Grae-	
Naturalis res trifariam di-		corum est intellectus a-	
citur.		gens.	232
	eod.	Curningat interdū in mon-	
Naturalium rerū finis. eod.		tibus, in planis uero plus	
Naturalium rerū utrum sci-		Nitrum quid. 168. (at. 143	
entia.	5	Niuis & Grandinis uapor	
Naturā cur animatam qui-		quid differat.	143
dam putarint.	17	Nix cur nō cadat in æsta. eo.	
Natura merare ratio.	eod.	Nix quid.	eodem
Natura quid.	14. 15	Nobiliores partes nobiliori-	
de Natura tractatio cur dif-		bus locis naturam inclusa-	
ficilis uideatur.	77	dere.	285
de Natura tractationis sum-		Noxium uirtus.	260
maria repetitio.	18. 19	Nomica uirtus.	259
Nebula quid.	142	Non omnia possumus om-	
Necessaria ad ueritatē per-		nus.	279
cipiendam.	268	Nothum iecur.	286
		Noticia	

INDEX.

- Noticia abstractiua. 238 Nutritionis operatiōes. 202
Noticie officiū duplex. 248 Nutritio quid. 202
Noticie partitiones. eod. O
Noticie species. 14. 249 Ob frigus cordi appositum
Noticia intuitiua. 228 cerebrum. 278
Noticia quid. 248 Obliti alicuius cur occiput
Nubecula quid. 142 scalpant. 218
Nubes cur albæ. 152 Occasio dialogi de princi-
Nubes cur nig. uel atræ. 152 patu Animæ. 269
Nubes cur nō decidunt. 142 Oceanus unde dictus. 156
Nubes cur rubæ, puniceæ Oculi tunicæ & humores.
uel sanguineæ, & quare Odor quid. 214. (210
periculoſe. 152 Odorum species. eod.
Nubes cur virides. 152 Oeconomica uirtus. 259
Nubes quid. 142. Officium quid. 245
Nubium colores uarij un= Olera medij generis. 172
de. 158 Olfactus ad sanitatem quo-
Nubiū motus unde. 148 modo conducat. 214
Numeri quid significet. 198 Olfactus obiectum. eod.
Numerus mathematicus. 77 Olfactus omniū sensuum mi-
Numerus numerans. 76 nime necessarius. eod.
Nume. numerā triplex. 77 Olfactus organum. eodem
Numerus numeratus. 76 Olfactus quid. eod.
Numerus qd significet. eod. Omnia suas quasi ætates ha-
Nunc quid. 75 bere. 272
Nutricationis perfectæ prin Omnia in prius ruere. 273
cipatus in corde. 277 Opticorum sententia de mo-
do

INDEX.

- | | | |
|---|-------|---|
| <i>do uisionis.</i> | 112 | <i>Paſſio materialis & formā</i> |
| <i>Opticus neruus.</i> | 210 | <i>lis.</i> 70 |
| <i>Orichalcum quid.</i> | 167 | <i>Paſſiones & actiones sunt</i> |
| <i>Origenis de origine animæ</i> | | <i>singularium non uniuersalium.</i> |
| <i>humane opinio.</i> | 45 | 62 |
| <i>ωσις.</i> | 298 | <i>Paſſionis proprietates.</i> 114 |
| <i>δε φενοτυπή αἴνοι.</i> | 280 | <i>Paſſio quando definet.</i> 113 |
| <i>In Oſſium commiſſura fle-</i> | | <i>Paſſio quid.</i> eodem |
| <i>xus ad finiendoſ artus idoneos eſſe.</i> | 296 | <i>aut ſecus.</i> eodem |
| <i>Ouipara.</i> | 183 | <i>Patiens refertur ad causam</i> |
| | | <i>materialem.</i> eod. |
| P | | |
| <i>Palingenesia Pythagoræ</i> | | <i>Peripateticorum atque poētarum</i> |
| <i>quid ſignificet.</i> | 256 | <i>ſententia de fortuna.</i> |
| <i>Palus quid.</i> | 146 | na. 52. 53 |
| <i>Panis finis.</i> | 25 | <i>Peripateticorum, Ecclesiasticorum & Platonis ſententia de mundo.</i> |
| <i>Parafeline.</i> | 155 | |
| <i>Parelius quid.</i> | 155 | |
| <i>Partes diſſimulares.</i> | 184 | <i>Peripateticorum de fato & prouidentia opinio.</i> 9 |
| <i>Partes externe & interne.</i> | 184 | <i>Peripateticorum opinio de</i> |
| <i>Partes ſimilares ſiue homogenei.</i> | eodem | <i>modo uisionis.</i> 211 |
| <i>Partitio huius commentarij.</i> | | <i>Pefſis Tubingæ ingrauenſcens.</i> 266 |
| <i>Partium cauſæ.</i> | 184 | <i>Phantasia duplex.</i> 234 |
| <i>Partium diuisiones.</i> | 104 | <i>Phantasia in brutis & hominibus diuersitas.</i> 218 |

INDEX.

- P**hantasiæ officia quinq;. 217 Physicæ finis generalis thea
Pphantasiæ obiectum & or= oricus. 5
ganum. eo. Physicæ inuentores. eod.
Pphantasia quib. agilior. 217 Physicæ materia in gene=
Pphantasia quid. 217 re. 190
Phantasmata quid. 222 Physi. materia in specie. eo.
Φαντασικό uis aniæ. 258 Physi. nobilissima pars. 23
Pharmacifinis. 25 Physicæ subiectum. 6.124
Philosophiæ cōmendatio. 1 Physica generalis. 5
Philosophiæ species. eod. Physica quid. 189. 263
Philosophia quid. eodem Physica quid à mathematica
Philosophia minimè ambi= et metaphysica differat. 6
tiosa. 274 Physica qd præter naturale
Philoso. φελιξομένη. 275 corpus mobile tractet. 7
Ωιλαυτίκ. ibidem Physica specialis. 5
Ωιλοπονίκ. eodem Physica unde dicatur. eod.
Philosophorum Deus Ari= Physica utrum scientia. eod.
stoteles. 280 Physicorū octo libri Aristó
Phlegmaticorū affectus. 226 telis cur de auscultatione
Phocylidis & Theognidis physica titulū habeant. 2
sententiæ. 252 Physiologia. 5
Physicacur & quando di= φύσις. 294
scenda. 262 φύσιμ ἐρ πρὸς εὐ τάπεδη
Physicæ commendatio. eod. φυτὰ ἀναιθητὰ. 282
Physicæ efficiens causa. 5 φυτικό uis animæ. 258
Physicæ & mathematicæ Pisces & alia animalia pul=
professio antiquissima. 262 mone carentia quomodo
spirent

INDEX.

<i>Spirent.</i>	188	<i>Platonica Theologia qua-</i>
<i>Planetæ quomodo gubernet</i>	lis.	261
<i>uitam & actiones natu-</i>	<i>Platoni cur omnes habitus</i>	
<i>ræ.</i>	91	<i>innati.</i> 249
<i>Planetæ singuli in inferiori</i>	<i>Platonicorum error.</i> 200	
<i>bus quid efficiant.</i>	90	<i>Platonicorum opinio de ut-</i>
<i>Planetæ unde dicantur.</i>	89	<i>sione.</i> 212
<i>Planetarum motus.</i>	85	<i>Platonicorum uirtutes con-</i>
<i>Plantæ etymologia.</i>	179	<i>templatiæ cōmenti.</i> 260
<i>Plantæ quomodo alantur et</i>	<i>Platonis de anima opinio.</i>	
<i>crescant.</i>	171	<i>Platonis in Timæo</i> (89)
<i>Planta quid.</i>	179	<i>opinio.</i> 292
<i>Plantarum anima.</i>	199	<i>Platonis magnus annus.</i> 86
<i>Plantarum finis.</i>	171	<i>Plumbum quid.</i> 166
<i>Plantarum materia.</i>	170	<i>cum Pluuiia decidentiū ani-</i>
<i>Plantarum partes.</i>	170	<i>maliū, aliарumq; rerum</i>
<i>Plantarum qualitates & ui-</i>	<i>generatio.</i> 142	
<i>res.</i>	171	<i>Pluuiæ miraculose.</i> 142
<i>de Plantarum semine.</i>	171	<i>Pluuiæ sanguineæ & la-</i>
<i>Plantarum species.</i>	170	<i>eteæ causa.</i> 143
<i>Platinus philosophus plato-</i>	cū Pluuiia quare grando de-	
<i>nicus.</i>	260	<i>cidat.</i> 144
<i>Plato.</i>	198	<i>Pluuiia quid.</i> 142
<i>Plato animam tripliciter di-</i>	<i>Pneumatinoꝝ uis anime.</i> 258	
<i>uisit.</i>	289	<i>Pneuminoꝝ uis anime.</i> eod.
<i>Plato contra Arist. defen-</i>	<i>Polita argumēta Arist.</i> 277	
<i>ditur.</i>	209	<i>Poliduplices.</i> 86

INDEX.

Politicae virtutes præci.	259	res actus in homine sunt
Politice virtutis species se=		uoluntarij.
ptem.	259	Prætextæ finis.
Πολιτικόν uis animæ.	259	Præuaricari.
Polycletus.	41	Πρακτικόν uis animæ.
Polycrates.	55	Praxis siue Theorica incer-
Porphyrius apostata.	259	ta.
Portus Carthaginensis.	25	Præsteris, procellæ, & tur-
Portus Hostiensis.	25	binis materia.
Positionis localis differen=		Præsteris species.
tiæ sex.	72	Præsteris synonyma.
Posterius quid.	75	Præster quid.
Poſidonius.	198	Principia naturalia cur præ-
Potentiae augmentatiuæ or		ter elementa Aristoteles
ganum.	204	commentus fit.
Potentiae diuisiones.	59.60	principia naturalia cur pri-
potetiæ generatiuæ or.	205	madicantur.
Potentiae generatiuæ tres		Principia naturalia tantum
operationes.	205	tria esse probatur.
Potentiæ motiuæ partit.	206	Principia nihil sunt præter
Potentiae naturalis synony=		corpus compositū.
ma.	249	principia practica ad legem
Potentiae significata.	59	naturæ referuntur.
Potetiæ generatiua quæ	205	principia quomodo ostens=
Potentia naturalis.	249	dantur.
Potentia quid.	59	Principij naturalis materia,
Potentiarum naturaliū plu=		forma, efficiēs & finis.
		28

INDEX.

Principij naturalis propri-	spiritualis.	codex
etates.	eod.	Priuatio principium mediū
Principij significata.	27	esse probatur.
de Principijs naturalibus		Priuatio quare in materia
philosophorum opinio-	habili.	35
nes.	28	Priuatio quid. 34. 37
Principijs que sunt commu-		Priuationē Aristoteles cur
nia.	37	sit commentus. 35
Principiorum moralium u-		de Priuatione quorundam
sus.	252	opinio. 35
Principium à causa quid dif-		Priuationis acceptio-
ferat.	38	nes. 34
Principium aliud primum,		Priuationis diuisiones. 35
aliud secundarium.	36	Prius quid. 75
Principiū didacticum in na-		Probabilis ratio quid. 256
tura notum triplex.	250	Procella quid. 162
Principium didacticū quid		Prognostica quadruplica.
& quotuplex.	eodem	cia. 163
Principium morale, cuius-		Prognosticum quid. 63
uis sententia non est.	252	Propositio mentalis. 248
Principiū naturale quid eo.		Prosecutiæ uirtutis causa
Principium naturale qd.	27	efficiens. 226
Priuatio à materia & for-		Prosecutiæ uirtutis orga-
ma quid differat.	38	na. 227
Priuatio cur principiū per		Prosecutiua uis anime. 226
accidens.	35	Prosecutiui motus animalis
Priuato nulla coelestis aut		species. 228
	8 2	Prou

INDEX.

- P**rosecutus animalis motus quomodo fiat. 227
Proudentia à Fato quid dif- ferat. 10
Proudentia Dei effectus. 12
Proudentia & fatū an ne- cessitatem imponant causas & eventibus. 9
Proudentia Dei quid. 10
Prudentia consilia cur fallā- tur sæpiissime. 55
Pruine & Roris differen- tia. 143
Psuedoplatonici. 191
Psuedoplatonicorum er- ror. 46
Puerilis institutio qualis sit à primis annis plurimum refert. 255
Pulli formatio in ouo. 181
Pulmonibus præcordia re- frigerari. 278
Pulsus quid. 227
Pumices, Tophi ut alia pos- rosa cur supernatent a- quam. 168
Pythagoræ Metépsychoseis
- E**t palingenesia quid si- gnificat. 256
Pythagoræ sententiae de ani- ma. 198
Pythagoras. codem
Quæ preclara putant mor- tales infirma esse. 271
Qualitas alias sensibilis, alia insensibilis. 114
Qualitas dupliciter accipi- tur. eodem
Qualitas neq; materia neq; forma substantialis cor- poris. 130
Qualitas nulla in summo gradu in composito qua- re. 118
Qualitas secunda quid. 119
Qualitates actiue & passi- ue quæ & cur. 117
Qualitates interdū non pro prias sed contrarias acti- ones perficiunt. 119. 118
Qualitates prime quare sic uocentur. 115
Qualitates quales sint cau- se effi-

I N D E X.

<i>sæ efficiētes compositio-</i>	<i>Quaternarius.</i>	198
<i>nis.</i>	<i>Quiescens.</i>	70
<i>Qualitates secundæ cur sic</i>	<i>Quiescere quid.</i>	67
<i>dictæ.</i>	<i>Quies est in termino ad quē</i>	
<i>Qualitates sensibiles , aliæ</i>	<i>compræhenso.</i>	70
<i>primæ aliæ secundæ.</i> 115	<i>Quies quid.</i>	76
<i>Qualitates virtuales.</i> eod.	<i>Quies triplex.</i>	68
<i>Qualitatum actiones prima</i>	<i>Quietis acceptiones.</i>	67
<i>rie & secundarie .</i> 119	<i>Quietis duplex respect. eo.</i>	
<i>& 115.</i>	<i>Quod sensum impertit sen-</i>	
<i>Qualitatum elementarium</i>	<i>su præditum esse opor-</i>	
<i>in augmentatione corpo-</i>	<i>tet.</i>	
<i>rum usus.</i>	204	R
<i>Qualitates tangibiles ea=</i>	<i>Radix quid.</i>	171
<i>rumq; cause.</i> 119. 19	<i>Rarefactio quid.</i>	110
<i>Qualitatum primarum in=</i>	<i>Rationis entia.</i>	219
<i>compositione corporum</i>	<i>Rationis & intellectus diffe-</i>	
<i>commissio.</i>	<i>rentia.</i>	239
<i>Qualitatum primarū paria</i>	<i>Rationis duæ partes.</i>	243
<i>seu symbolismi sex.</i> 118	<i>Rationis significata.</i>	239
<i>Qualitatū primarum sym=</i>	<i>Ratio inferior.</i>	241
<i>bolismi possibiles & im=</i>	<i>Rationandi uis.</i>	290
<i>possibiles.</i> 118. 94	<i>Ratio particularis.</i>	218
<i>Quantitas quælibet &c.</i> 66	<i>Ratio probabilis quid.</i>	245
<i>Quare tepidius esset cere=</i>	<i>Ratio quare interdum ab-</i>	
<i>brum reliquis causam nō</i>	<i>erret.</i>	240
<i>inuenit Arist.</i>	<i>Ratio quid</i>	230

INDEX.

Ratio superior.	243	nes.	11
Rebus ad uitam necessarijs	Res fortuita quæ.	55	
studiosos abundare debe-	Res naturales cur ita dicantur.		
re.	274	19	
Regulus seruauit fidē Char	Res naturalis à quibus diffe-		
taginenibus ductus ho-	rat.	20	
nestate.	243	Res naturalis quid.	19
Rei artificialis cum natura-	Res naturalis trifariam di-		
li cognatio & differen-	citur.		eodem
tia.	25	Res non naturalis à natura-	
Rei artificialis materia for-	li quid differat.	21	
ma, efficiens & finis.	24	Res non naturalis quatenus	
Rei artificialis species.	24	à physico cōsideretur.	20
Relatiuorum natura.	52	Res non naturalis quid.	eod.
Reminisci quid.	242	Res partim à natura, par-	
Remuneratio duplex.	265	tim ab arte suam formam	
Rerū artificialiū partes.	24	accipientes in quo prædi-	
Rerū artificialiū finis.	19	camento.	25. 26
Rerum naturalium utrum		Respiratio.	188
scientia.	5	Respirationis usus.	eodem
Rerum non naturalium tri-		Respiratio quid.	227
plex ordo.	20	Respub. bene cōstituta.	299
Rerum quatuor genera.	13	Resquædā in solo actu, que-	
Rerum publica. Voragi-		dam in sola potentia que-	
nes.	273	dam partim in potentia que-	
Res artificialis que.	24	partim in actu.	60
Rei fatalis due acceptio-		Res uoluntaria quæ.	254
		Retentio	

INDEX.

Retentio.	203	bris colligatur.	179
Riuus quid.	146	Semen materia ne an effici-	
Rodolphus & Cicero quid		ens.	44. 47
uocent effectum.	50	Semen quid.	44
Roris & pruinæ differen-		Seminalis uirtus quid.	47
Rosquid. eod. (tia. 143		Seminatio.	180
8		de semine diuersæ sententiae.	
Sal.	167	Senecta. 170. (205	
Salis species.	eodem	Sensibilia communia.	212
Sanguineorū affectus.	226	ad Sensem interiorem quid	
Sanguis in leua parte cor-		exterior conferat.	216
dis quo omnis generis ui-		ad Sensem que requiran-	
ta souetur ναθωπερ τι-		tur.	207
νΤΙΒΟΣ πυρὸς ἐσίχημ		Sensus ad cerebrum pertine-	
esse.	291	re iuxta Arist.	277
Saporis et coloris diuersitas		Sensio quid.	278
in aqua pluiae unde.	142	Sensus Communis	281
Saporis species.	214	Sensus cōmunis tanquam in	
Sapor quid.	eodem	corruptus iudex.	eodem
Saturnus.	90	Sensem Cōmūnē in cerebro	
Saturnus qualis.	eodem	esse Arist. error maxi-	
Scientia.	249	mus.	293
Scientia duplex.	56	Sensus cōmunis obiectū.	216
Scientia quid.	244	Sensus cōmunis organū. eo.	
Scientiarum uicissitudi-		Sensus cōmunis quid. eodem	
Scire quid. 56. (nes. 273		Sensus cōmunis tres opera-	
Semen an ex omnibus mem-		Sensus. 248 (tiones. 216	
t 4 Sensus			

INDEX.

Sensus exteriores quinq;	207	qualitatibus quomodo par-
Sensus exterioris proprium		ticipent.
obiectum.	220	Simul uel non simul esse quo-
Sensus exterior quid.	207	dicantur.
Sensus exteriores tres.	216	Singularia ab artibus sunt
Sensus interioris proprium		remota.
obiectum.	220	à Singulari causa ascender-
Sensus interior quid.	215	dū est ad uniuersalem or-
Sensu nihil percipitur sine		dine prædicamētario. 40
medijs qualitatibus passi		Sol.
bilibus.	220	Sol an per se calidus.
Sensus singularium, intelle-		Sol cur anima mundi.
ctus uniuersalium. eodē		Sol cur medius planet.
Sensus partim actiua, par-		Solertia argumentandi in
tim passiua potētia.	207	Aristo.
Sensuū exteriorū usus.	215	Soles plures.
Sentiendi modus.	219	Solis obnubilationis siue de-
ad Sentiēdi operationē que		fectus causa.
requirantur.	215	Solis uia.
Sentiēdi uis in cerebro.	278	Sol quomodo illuminet stel-
Sentiens animæ uis.	277	las.
Separata uel seiuincta.	65	Somniatriplicia.
Septentrio.	157	Somni causa efficiens.
Serpentes.	183	Somni effectus.
Sicci natura.	102	Somni finis.
Siccum quid.	115	Somni efficiens causa.
Signa zodiaci planetarum		Somni generatio.
		293

INDEX.

Somni materia circa	Species quomodo à se inui-
quam.	220 cem differant. 176
Somni multi causa.	Species sensibilis dupl. 219
Somni pauci causa.	Species sensibilis quid. 218
Somnium quid.	de Spermate & Embryone
Somnus quid.	disputatio. 180
Soni diuisiones.	Sphæræ inferiores motu
Sonitus in aëre causa. 144	proprio cur moueantur. 86. 87
ad Sonum tria requiruntur.	Spiritalis uirtus quid. 227
Sonus quid.	Stannum quid. 167
Spaciorum nomina. 73	Stella cadens. 139
Spacium quid. 73. 74	Stella quid. 87
Specieis sensibilis nomina. 218	Stellæ aliæ fixæ aliæ plane-
Specierum sensibilium sub-	tæ. 89
iectum.	Stellæ an coloratæ. eodem
Species immateriales quo-	Stellæ an ignæ. 87
modo intelligamus. 236	Stellæ cur tantum noctu ui-
Species intelligibilis du-	deantur. 88
plex.	Stellæ cur scintillare uide-
Species intelligibilis imma-	antur. 89
terialis quid.	Stellæ fixæ quot secundum
Species intelligibilis que. 235	Mathematicos. eodem
Species intelligibiles quomo	Stellæ non omnes æque luci-
do insint animæ. 238	dæquare. 88
Speciei intelligibilis synony-	Stellæ qualitatū cognomina
ms.	quomodo sortiantur. 90

INDEX.

<i>Stellæ quomodo luceant.</i>	87	<i>Sulphur duplex.</i>	165
<i>Stellæ quomodo calefaci=</i>		<i>Sulphur & argentum uiū</i>	
<i>ant.</i>		<i>ebd. ubi generentur.</i>	<i>ebd.</i>
<i>Stellarum figura.</i>	89	<i>Sulphur quid.</i>	<i>eodem</i>
<i>Stellarum fixarum differen=</i>		<i>Surculus quid.</i>	172
<i>tiæ sex.</i>		<i>eodem Sufficio uel coiectura.</i>	248
<i>Stellarum influxus in inferi=</i>		<i>Syllogismus practicus</i>	
<i>ora corpora unde.</i>	90	<i>quid.</i>	245
<i>Stellarum magnitudo.</i>	<i>ebd.</i>	<i>συμπεφυκότα.</i>	299
<i>Stellarum motus.</i>	89	<i>Synesis quid.</i>	243
<i>Sterilitas.</i>	180	<i>Synteresis officium.</i>	<i>ebd.</i>
<i>Stipule ardentes.</i>	188	<i>Synteresis quid.</i>	<i>eodem</i>
<i>Stoicorum de fato & proui</i>		<i>Synteresis subiectum.</i>	<i>ebd.</i>
<i>dentia opinio.</i>	9		T
<i>Stoicorū sententia defor.</i>	52	<i>Tactus obiectum.</i>	207
<i>Stradiotica uirtus.</i>	259	<i>Tactus omnibus animalibus</i>	
<i>Studiorū interitus ut aliarū</i>		<i>cōmunis est.</i>	208
<i>rerū naturales esse.</i>	272	<i>Tactus organum.</i>	207
<i>Studiorū contemptus.</i>	273	<i>Tactus quid.</i>	<i>eodem</i>
<i>Subiectum cessans quid.</i>	61	<i>Tactus usus atq; necessi-</i>	
<i>Subsolanus.</i>	157	<i>tas.</i>	208
<i>Substantiæ duplices.</i>	200	<i>Tempestatis acceptiōes.</i>	159
<i>Substantiæ incorporeæ tan=</i>		<i>Tempestatum locus & tem-</i>	
<i>tum motu locali mouen=</i>		<i>pus.</i>	162
<i>tur.</i>		<i>in Tempore esse quid.</i>	76
<i>Succi & liquores.</i>	174	<i>de Tempore præter nūc ni-</i>	
<i>Suffratex.</i>	173	<i>hil sentitur.</i>	75
		<i>Tempore</i>	

INDEX.

- Tempore quæ mensurētur, ubi plures. eodem
que non. 76 Terræ quatuor diuisio. 102
- Temporis affinia. eodem Terræ rotunditas non impē
Temporis proprium officiū. ditur montium et cōual-
Temporum nostrorū (75 lium inēqualitate. 101
status. 271 Terra et aqua unum cor-
Tēpus qualis numerus. 77 pus sphæricum constitu-
Tempus quid. 75 unt, cuius duplex est cen-
Tempus triplex. eodem trum. 100. quare. 101
Terrovītēs quid et unde ori- Terrestriaque. 191
antur. 227 Terrestriū differentia. eod.
Terminiduo. 70 Terrestrial generatio. eo.
Termino proprio uel alie- Terra immobilis. 101
no cōtineri quid sit. 117 Terra magna mater cur uo
Terminus quid. 70 cetur. eodem
Ternarius. 198 Terra quare siccior quam
Terra an frigida. 102 ignis. 132
Terra an siccissima. eodem Terra quid. 100
Terra centrum mundi. 101 de Terra quomodo loqua-
Terræ differentiarum cau- tur Mathematici. 101
se efficientes. 108 Terra rotunda. eod.
Terræ effectus in mixtis. 102 Teognidis et Phocylidis
Terræ motum pestis cur ple sententiæ. 252
rung; sequatur. 158 Theologia Platonis. 261
Terræmotus cause. eod. Theorica ad praxim nece-
Terræmotus uarij etc. eo. saria. 259
Terræmotus ubi pauciores, Decoptikōp uis animæ. eod.
Thermæ

INDEX.

Therme.	147	Vacuum quid.	73
Thermarum calor, sapor, de Vacuo trium quæstionum calor & uirtutes unde eo.		solutio.	73
Θερμική uirtus.	260	Vapor.	141
Θερμική uis animæ	282	Vaporē constringere qd. eo.	
Θυμική uis animæ.	258	Vaporē conuertere qd. eo.	
Θύμος.	282	Vapor quid.	136
cur Tonet & fulguret non de Vegetabilibus, sensibili=			
nunquam in hyeme.	163	bus & homine qui tra=	
Tonitru.	169	ctent.	192
Tonitru cur tardius audia= Vena quid.			227
tur quam coruscatio ui= Venti occidentales & sep=			
deatur.	160	ptentrionales cur apud	
Tonitru & coruscationis nos frequentiores.			158
causæ.	259	Venti orientales & septen=	
Tonitru quid.	eodem	trionales quare salubri=	
Tophi, pumices & alia po= ores.			158
rosa cur supernatent a= Venti quomodo augean=			
quam.	168	tur.	156
Torrens quid.	151	Ventorum causæ.	eod.
Transcedentia.	238	Ventorum numerus secun=	
Turbini acetū medetur.	160	dum Aristotelem & Pli=	
Turbinis, procellæ, & præ= nium.			157
steris materia.	161	Ventorum numerus secun=	
Turbo quid.	160	dum Poëtas.	eodem
V		Ventorum situs diuersi quid	
Vacuum an sit.	72	efficiant.	eodem
		Ventorum	

INDEX.

Ventorum temperamenta eo.	Vestis finis.	15	
Ventos quæ sistant.	156	Victa opinio.	268
Ventos pluia quomodo si=		Vigilia quid.	223
stat quomodo cieat. eod.		Vigiliæ causa efficiens. eod.	
Ventus idem, cur non ubiq;		Vina unde peculiarem sapo	
spiret.	156	rē acquirant interdū.	146
Ventus quid secundum per=		Vinum faustianum.	161
ripateticos.	156	Vinum sublimatum.	97
Ventus quid secundum ui=		Vires occultæ.	115
ctruuum.	155	Virgilius.	126. 197
Venus.	90	Virgilius de causis fulmi=	
Ver.	91	num.	162
Vera causa sine qua nō.	295	Virtus heroica.	259
Vergili de gratitudine sen=		Virtus politica quid.	cod.
tentia.	265	Virtus quid.	251
Veritatis fructus uberri=		Virtus seminalis quid.	47
mus.	268	Virtus spiritualis.	227
Veritatis studio mancipa=		Virtus uitalis.	cod.
ti.	eodem	Virtutes cōtemplatiue pla=	
Ad ueritatem præceptū in=		tonicorum quæ & qua=	
uestigandam utile.	cod.	re ab eis excogitatae.	260
Veritatis ortus & occasus		Virtutes politice prima=	
esse.	271	rie.	259
Veritatem nec manere nec		Virtutis & uicij species.	252
exulare semper.	271	Virtutis politice septē spe=	
Vespertina rubedo cursore=		cies.	259
nitatem significet.	152	Vis fati.	270
		Visio	

INDEX.


Visio quomodo fiat variæ	Vite longæ humidum causa
opiniones.	211 bifariam. 186
Visius radius quid ex quo=	Vite longæ in homine præ-
tuplex.	209 cipua causa. 187
ad Viseum tria sunt necessaria.	Vite longitudo et breui-
ria.	212 tas. 186
de Visu tractatio cur diffici=	Vitalis spiritus quid. 227
lis.	208 Vitalis uirtus. eodem
Vesus.	281 Vitam inpotentia habere
Vesus cū tactu affinitas.	212 quid. 195
Vesus in plano quo usq; ten=	Vita quid. 168
dat.	eodem Vitium quid. 251
Vesus medium.	212 Viuipara. 183
Vesus obiectum.	208 Vncia circuferentie qd. 157
Vesus organum.	210 Vniuersalia quid. 238
Vesus quid.	208 Vno ore confiteri. 279
Vita.	295 ex Vno nulla fit mixtio. 131
Vita contemplativa.	260 Vocis instrumenta noue. 213
Vitales spiritus.	289 Volatilia et aues que. 181
Vite et mortis causæ potis=	Volatilium generatio, oua,
sime.	186 incubatio, fomenta. 181
Vite et naturæ actiones qui	Volatiliū nomenclatura, mo-
planetæ gubernent.	res, natura et proprietas. 91
Vite longæ calidum causa	Volatilium partes et (181
bifariam.	uictus. eodem
Vite longæ et brevis cau=	Voluntaria actio. 254
se.	186 Voluntariæ causæ efficien-
	ta. 161

INDEX.


tes ratio & uolūtas.	255	Voluntatis effectus.	12
Voluntaria res quæ.	254	Voluntatis humanæ officia	
Voluntarij habitus non sunt	um.	240	
in corpore.	257	Voluntatis obiectum.	240
Voluntas.	247	Vox quid.	213
Voluntas duplex.	240	Vrina & Sudor.	148
Voluntas hominis.	240	Vrsa fœtum suū singit lam-	
Voluntas irrationalis.	240	bendo.	128
Voluntas libera & non libe		X	
raquæ.	240	Xenocrates.	198
ad Voluntatem pertinen-		Z	
tia	230	Zodiacus.	103
Voluntatis cum fortuna & ζοντικόρuis anime.		258	
arte affinitas.	255	Zone quinque.	102


ERRATA.

Arctica pro antica. apposita pro opposita:
 πλεβῶμ pro φλεβῶμ. 288. ei pro et 290.
 b. Lubet pro uoles.
 Fo. 221. uer. 2. lege arterie q̄; ibidem uer. 8.
 leges somnus pro sonns.




In manu Dominis sunt omnes fines terra.









Biblioteka Śląska

31735

- 31736

ČIMELETA